TOMVS DVO
DECIMVS LI
TERAR ROMA
SCRIPTARVM

162

1

Ecclesiastyka.
Spiritualia

Tomus duodecimus

1

Epistole Sigismundi primi Regis Polonie et Petri Tomiczki Episcopi Cracouien̄ regni Polonie Vicecancellarii de Sacerdotiis Romam scripte

Ordinatio conferendi Archidiaconatus
LUBLINEN.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam.
Nos Joannes dei gratia sancte Eccl[es]ie Gnesnen[sis] Archiepus et primas.
Significamus tenore presentium, quibus expedit universis p[rese]ntibus, et fu:
turis harum noticiam habituris. Qu[onia]m cum inter Ser[enissi]mum Principem,
et dominum dominum Sigismundum dei gratia Regem Polonie, magnum
ducem Lithuanie Russie Prussieq[ue] dominum et heredem &c.
ex vna, et R[everendissi]mum in Chr[ist]o patrem D[omi]n[u]m Ioannem Conarski, eadem gra:
tia Ep[iscopu]m Crac[oviensem], partibus ab altera orta esset differentia, et materia
questionis super Iure patronatus et presentandi ac provisione Archidiaco:
natus Lublinen[sis], Demum eedem partes volentes ad equam concordiam,
sine strepitu Iudiciario pervenire, in nos voluntarie, et ex certa earum
scientia, et non per errorem, pro se, et omnibus suis successoribus, concorditer
consentien[tes], compromiserunt, tanq[uam] in arbitrum compromissarium arbitra:
torem, seu amicabilem compositorem, dantes et conceden[tes] nobis liberam,
atq[ue] omnimodam p[otes]tatem et facultatem, vt possimus super iure p[rese]ntandi
seu conferendi dicti Archidiaconatus de plano et sine strepitu ac figura
iudicii pronunctiare, laudare, diffinire, arbitrari et ordinare, etiam Iuris
ordine non servato, prout nobis melius videretur expedire. Nos itaq[ue]
dei nomine invocato, maturaq[ue] deliberatione intra nos habita de consi:
lio R[everendissi]morum Presulum Suffraganeorum, provintie n[ost]re aliorumq[ue] prelato:
rum ecclesiasticorum, ac virorum peritorum, quia Iura partium predictarum
visa erant aliquantulum esse obscura, pro bono pacis et eccl[es]ie tranquil:
litate, vigore predicti compromissi in nos facti laudavimus atq[ue] ordinavi:
mus, laudamusq[ue] atq[ue] ordinamus, et diffiniendo arbitramur. Jus patro:
natus et presentandi ac provisionis dicti Archidiaconatus Lublinen[sis]

alternis vicibus tam ad ipsum Ser^mum D.^m Sigismundum, et eius succes-
sores legittimos Reges Polonie, quàm ad prefatum D. Ioannem Epum
et pro tempore existentes Epos Crac, pertinere et spectare debere, ita
tamen vt ipse Ser^mus Dominus Sigismundus Rex Polonie hac vice
ad eundem Archidiaconatum per mortem venerabilis olim domini
Sigismundi Targowizki vacantem, et similiter alia vice posteaq̃ per
cessum vel decessum vacauerit personam idoneam presentet, Deinde vero
ipse D.^s Epus Crac et eius successores presentabunt, seu prouidebunt
de eodem, et tandem perpetuis temporibus Regia M^tas Polonie, et
D^s Epus Crac pro tempore existens, per vices alternatas conferent
dictum Archidiaconatum, per hanc aut prefati Ser^mi D^mi Sigismu-
di Regis Polonie ad dictum Archidiaconatum presentacionem, qua
ex certis legittimis causis, Eius R^tati ad presens ad iudicandam
censuimus non intendimus, nec volumus iuri R^mi D^ni Epi Crac
quo ad alternatas vices presentandi et prouidendi, deinceps seruandas
in aliquo derogari harum quibus sigillum nostrum est appensum testi-
monio lrarum. Datum in Conuentu Piotrcouien generali, in curia
Regie M^tis xx die Decembris. Anno domini M^o D^o xij^o
Presentibus ibidem R^mis in Chro patribus dominis, Ioane Posnamien
Erasmo Plocen, Matia Premislien, et Regni Polonie Cancellario,
Iacobo Camienecen dei gratia Epis, Nec non Mag^cis Venerabi-
libus dominis Nicolao Gardzina de Lubranz Posnamien, Nicolao
de Camieniecz Cracouien et exercituum Regni Polonie Capita-
neo generali, Joane de Tarnovo Sandomirien Palatinis, Christophoro
de Schidlowiecz Sandomirien, et Regni Polonie vicecancell^o
Sta^o de Ostrorok Calisien, Nicolao Jordan de Zachigin Visiicien,
Andrea de Tanczin Biecen, Castellanis, Stanislao de Chodecz Regni
Polonie Marschalco et Capitaneo Leopolien, Andrea de Cosczielecz
Regni eiusdem Tesaurario Szepusien, Osviangzinen, Iunioladisla-
vien, Bidgoschinen, Capitaneo, zuppario et procuratori Crac genera-
li, Petro Tomiczki decretorum doctore archidiacono, Joanne La-
talski PP^to Ioanne Karnkowski Secretarii Regie M^tis, Iacobo

de Crdzieschoro decretorum doctore, Leonardo Pieczichorski Bhisico Regio, Petro Siemnigki, et Andrea Criczki Cancello R.lis M.tis Can.cis Cracouien. testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis

Sigismundus primus rex Polonie Gymnasio Cracc.

VEnerabilibus etc. Venerabiles et egregii deuote nobis dilecti. Cum Ser.mus D.s Vladislaus diuae memoriae auus et predecessor nr. rex Poloniae, in primis extiterit fundator et dotator vri istius almi Gimnasii, vt per coadiuuationem doctorum virorum cultus fidei nre cresceret, et alia commoda reip. ex illorum doctrina assidue accederent, merito non postreme curae nobis debet esse, vt hii qui eliguntur ad beneficia seu officia et collegiaturas, ex quibus ea vtilitas in posteros prouenire solet per precepta et lectiones eorum, non diuagentur ab eisdem officiis et collegiaturis per absentiam suam, que non posset esse sine incommodo studentium in eodem vro gimnasio, et graui preiuditio nre et eiusdem Ser.mi aui nri voluntatis. Ideirco volumus et ita proprio motu fieri mandamus omnes absentes ab eisdem beneficiis seu officiis ac collegiaturis suis, moneri procurretis, vt hii qui in Regno sunt infra tres, extra autem Regnum sex menses a die presentium computandos redeant, ad eadem beneficia officia seu collegiaturas et legant per se et non per substitutos, aliaque onera eis incumbentia diligenter exequantur, alioquin, Et illis et vobis significamus nos prouentus eorundem absentium vbicumque in Regno nro existentes mandaturos, vt eis intercipiantur et ad publicam vtilitatem conuertantur. Quod si forsan in exequendo huiusmodi mandato nro negligentiores fueritis, aut ipsi nre monitioni contu-

maciter parere non curauerint, nos nihilominus prefatos absentes pena superius descripta mulctandos decernemus, et ad perceptione eorundem prouentuum admitti prohibebimus, aliter id quod vobis mandatur sub graui indignatione mā nō facturi. Datum Cracouiæ in vigilia Natalis domi Anno domini M° D° XI°. Regni vero nri

Commissio propria Regie M^{tis}

V

Enerabiles deuote nobis dilecti. Cum accepissemus ciuitatem nostrā Calisß censibus eccliaticis, qui sunt Vederkoffi, iam maiori ex parte desolatam esse, ac in dies magis decrescere, et confici, comperissemusq ipsos census, absq nro et predecessorum nrorum consensu, et preter ipsius ciuitatis priuilegia fuiße obligatos. Potuimus nos Iure Regni nri, eos penitus tollere, et ab ea destructione ciuitatem ipsam liberare, nisi respectum ad rem et cultum diuinum quem non diminuere modo, sed insuper augere cupimus habuissemus, suspendimus itaq rem istā, et vobis committendam duximus. Hortamurq vos vt vocatis ad se presbiteris simul et ciuibus, cognitaq eorum destructione ac intollerabili onere, moderationem eiusmodi censuum, vsq ad dimidiam partem, vel prout vobis melius videbitur ad triennium faciatis, et interea mutua inter vos et alios prelatos eccliarum consultacione habita, constituatis inter eos, ita ut et ipsa ciuitas ab eiusmodi grauitate respirare ac refici poßit, et suma principalis ipsorum censuū non interiret. Quoniam si ita prout scribimus facere Vre Dnes negligerent,

nos nequaquam vellemus ulterius ipsam ciuitatem penitus desolari, qua destructa necessario et census ipsi simul interirent.

Sigismundus primus rex Polonie, Joanni Laski Archiepo Gnesnen.

Deferuntur ad nos magne quermonie de euocationibus vigore legationis nate Vre P. ad loca incerta post curiam ipsius, et plerumque ad instantiam leuium personarum, prout et capitulum Ecclie Cracouien tam insigne collegium est euocatum. Nos post illos clamores communitatis in conuentu nouissime putauimus Vram P. vna cum aliis prelatis modum statuisse de ipsa iurisditione, quo citra grauamen hominum exerceretur, et presertim vt non traherentur homines post curiam Vre P. sed cause in diocesibus committerentur, prout ab initio ipsa legatio fuerat suscepta, miramurque quod ita collibeat Vre P. omnium ob hanc rem quermonias et clamores in se concitare, cum magno etiam ecclesiastice rei incomodo. Et proinde hortamur illam, ut ipsam iurisditionem ita moderetur, prout est ab initio suscepta. Causamque capituli Crac hic in diocesi committat, quod hoc modo trahi et euocari per quemlibet indignum, neque ferendum arbitramur.

Ceterum tempus contributionis nobis a Vra P^te promisse iam pridem preterijt, ea colligi non pot, nisi cuidam decreto Synodali de soluenda prius a Vra P. contributione retenta satisfiat, nobis vero iter in Russiam per hoc retardatur emissis terciarum restiu lris, et veremur ne interim Turci et Tartari, qui magna vi prope fines applicuerunt damnum aliquod regno inferant, quod non possemus nisi huic remorationi que nobis per hanc promissam contributionem fit imputare, et propterea postulamus a Vra P^te ne quid per eam stet, quo minus eandem contributionem quam celerius habeamus, pro virtute sua et nra reique pub^ce necessitate factura. Que bene Valeat. Datum etc.

Sigismundus primus rex Polonie
Joanni Laski Archiepo Gnesnen.

Rme in Christo pater. Inter alia que nobis Generosus Joannes Rozdrazewski Castells Camenen nomine consiliariorum et communis Nobilitatis istarum terrarum retulit. Questus est ab illis grauiter Nobilem quendam apud Miedzirzecz commorantem euocari per commissionem Vre Ptis in Schadek usq. Et quia sepe eiusmodi querimonie ad nos perferuntur, intelligimusq id magnum esse comune omnium grauamen, ac status ecclia[ci] ab omnibus odium, et miprosperum; Hortamur Vram P. committat ne ipse Nobilis amplius per eiusmodi commissiones impetatur, sed quod nobis equum et decens videtur, remittatur ad Epum et officialem suum. Curetq Vra P. ne deinceps talia grauamina per rabulas et turbatores hominum ingerantur subditis nris, quia nos illis deesse non poterimus. Valeat feliciter Vra Ptas

Sigismundus Primus rex Polonie
Andree de Missbicze Palato Plo:
cen

Magce sincere nobis dilecte. Expectauimus a longo tempore ut S. tua Jura, que se a nobis ad preposituram S. Michaelis Plocen habere pretendit, coram nobis exhibuisset, et insuper pro benignitate nra illam adhortati sumus, terminumq satis amplum illi prefiximus

ad producendum eadem iura cum interminatione privationis bonorum ipsorum, que absque ullo legittimo titulo hactenus violenter et indebite occupavit, nolentes ut de donationibus nris aliquis alter arbitrium ferat, et illas interpretetur quam nos ipsi. Cum igitur S. tua intra terminum sibi assignatum non curavit dicta iura sua, si que habet, coram nobis producere, et in hiis que de potestate et beneficentia nostra procedunt arbitrium et decretum nrm post habuit: Commisimus dicte prepositure bona, ut ita merito facere debuimus nra auctoritate vendicare, pro secretario et prelato nro, qui ad eandem preposituram est iam pridem legittime institutus. Mandamus S. tue idque omnino habere volumus, ne deinceps se una cum filio suo ad eam ipsam preposituram, et bona illius quo quo modo intromittat, et secretarium nrm impediat.

Ceterum quia ad plebanatum Visliczki, quem ut per mortem vacantem alteri Secretario nro Ven.li Sta.o Olesniczki contulimus, debuit etiam S. tua intra eundem terminum, quem de prepositura illi constitueramus iura sua coram nobis reponere, idque facere non curavit, deberemus merito plebanatum ipsum illi pariter mandare recipi, tamen ut ampliorem adhuc in se benignitatem nram agnoscat, prefigimus illi secundo terminum huic ad festum S. intra quem volumus et mandamus illi districtius, ut iura si que habet coram nobis exhibeat, ut nos ipsi differentias in collationibus nris, quas ab omnibus involucris et difficultatibus immunes esse volumus, cognoscamus, et interpretemur. Alioquin faciemus similiter bona eiusdem plebanatus S. tue aut eius filio recipi et Secretarium nrm deinceps ab omni impeditione illius tuebimur. Dat.

Sigismundus primus rex Polonie
Joanni de Lasko Archiepo Gnesnensi.

Rme in Chro pater et domine . Scribit nobis Ptas
tres ptatos ad ecctiam Szemen coram Rdo Do Epo Posnamien
pro experiundo iure suo, lite concurrisse, simulqz petit, vt ptato
nepotis eius Magci Palatini Siradien, priorem habentis donati:
onem, Jus in eadem ecctia decernemus. Sciat Ptas Vra, nos hic
cum consiliariis nostris, qui nunc vna nobiscum sunt iura corūdē
ptatorum et tempora atqz loca donationis nre, diligentissime
reuidisse, inuenisseqz donationem nram, quam in Magcum Castellm
Sandomirien contulimus priorem tempore esse, donatione Nepotis
Ptis Vre, atqz ita ptato eiusdem Castellni Sandomirien, dicte
Ecctia Szemen Ius competere, quod quidem etiam nos sibi de:
creuimus, et adiudicauimus, cum nos nullius alterius rei, qz iusti:
cie et equitatis rationem habere oporteat. Bene valeat Vra
Ptas. Datum etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni de Lasko Archiepo Gnesnensi.

Rme in Chro pater et domine sincere nobis dilecte.
Scripsit nobis Venerabilis Stas Gorzki custos Plocen de concor:
dia quam fecit cum Nepote Ptis Vre, supplicans nobis vt presenta:
tionem ad plebanatum Piotrcouien et consensum ad pensionē in Custo:

dia Plocen statuendam illi daremus. Nos quidem presentationem dari fecimus, huic generoso Petro de Wroczimowice P.ti V.re deferendam. Sed quod ad pensionem attinet non libenter eam in sacerdotio n.ro videremus, et hoc exemplum reliquis id petendi preberemus, et suspendimus rem ad id tempus, quo erat apud nos P.tas V.ra. Itaque postulamus ab ea ut in hoc negocio tantisper supersedere velit. Et bene valeatis.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Ioanni Lubranski Ep.o Posnanien.

R.de X. habemus in memoria nos ad peticionem P.tis V.re ius conferendi, pro una vice ad custodiam Plocen. illi dedisse, et d.no Archiep.o cum ex urbe redierat. Nos similiter et diligentissime petenti ius vel expectationem quantam, ad eandem custodiam contulisse rati secundam donationem, priori efficere non debere, nihilque post hac uni, aut alteri parti subsidii dedimus, cumque libenter videbimus huius beneficii compotem, qui iuris ad illud ex concessione n.ra plus habet. Nemo vero id alicui mutabilitati iuste ascribere poterit quod fit quia nos in talibus peticionibus, quibus pro beneficenciis vacantibus et non existentibus adhuc in libera dispositione n.ra fatigamur, presertim a consiliariis n.ris quos non libenter obaudire solemus, nam et ab aliis qui beneficia conferre habent, id vulgo, et sine indecentia fieri videmus. Alioquin si cui quidpiam conferimus, quod per vacationem venit in n.ram p.tatem licet variatio concessa sit a iure in beneficiis Eccl.iasticis tamen id mutare non consuevimus. Quod tamen nos non nisi importunis precibus victi facere cogimur.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Strigoniensi.

R.me in Christo pater et domine amice nr charme, et tanq pater honorand. Contulit non pridem Rdus Ds Epus Wratislavien, prebendam in ecclia sua Mgro Martino Dobrogosthio predicatori almano in Crac, doctrina illius et virtute integritate inductus, pro qua nunc à quodam doctore Stephano Taurino familiare Vre Rme P,
·tis ad illam habere se pretendenti impetitur quod nobis est molestum, habemus enim ipsum Martinum Mgrm eius virtute singulr comendatu. Et proinde rogamus Vram Rmam D.nem contineere velit suum familiarem, ne bonum virum in eo sacerdotio quod illi est legittime collatu impediat: nam posset id nobis multum displicere. Faciet Vra Rma Ptas rem et gratam nobis, et sue erga nos benivolentie congrua. Cuius amori nos ex animo comendamus, et valere illam felicissime desideramus. Dat &.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Sanctorum Quatuor.

R.me in Chro pater et domine amice nr charme. Iste nr subditus Erasmus Vanson, qui hic in studio Crac non parum temporis bonis artibus impendit, vt et aliis quoq disciplinis animum imbueret, peregrinis quoq moribus ingenium excoleret, et expoliret, recepit se istuc vbi omnia

bonarum artium et ingeniorum sedem perpetuam collocatam esse cogno:
scit. Vellet autem Vrē Rme Dni seruitorum numero asscribi, vt eius
ope et suffragio rebus suis melius et honorificentius consulere possit.
Rogamus velit Vrā Rma Do non detractare ipsum in albo seruito:
rum suorum describere et commendatum in rā causa habere.
Beneq valeat Vrā Rma Do. Dat

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Sanctorum Quatuor Protectori REGNI

Rme etc. Iste adolescens Joannes Scarbek subditus nr, habet
iampridem actionem cum quibusdam fratribus suis super iure natalium,
que, vt refert pluribus annis in rota versata et agitata, ob quasdam
probationum difficultates adhuc finem accipere nequiuit. Mittit
nunc autem istuc ampliores instructiones, vt deducta ad lucem
veritate, tandem finem videat optatum. Rogamus igr dignetur
Vrā Rma Do in ipsa sua causa tantum ei auxilii prestare, quantum
intelliget ex vi equitatis id sibi licere. Quamquidem equitatem
suffragaturam sibi esse non dubitat, modo adsit eius auctoritas,
que in re conficienda facilitatem prebet simul et celeritatem.
Bene valeat Vrā Rma Do. Et nos habeat commendatos.
Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Sthe:
phano Broderico Rome oratori

Rnde sincere nobis dilecte. Retulit nobis Rdus Ioannes Stafilus
PP[tns] Enrsien, et Ser.mi D.ni Ludouici Vngarie et Bohemie Regis
Nepotis nri charmi apud nos orator, te iterum Rome orem agere,
que res fuit nobis acceptissima, experti enim sumus tuam erga nos
fidem, et propensionem, experti diligentiam et curam in obeundis
negotiis nris, que istic Rome eueniebant. Prouideq et commen:
dauimus iam sepe ipsi Sermo Dno Nepoti nro virtutem et merita
tua, et commendare indies magis non desistemus. Postulamus vero
à te impense, et tibi cure istic fuit, vt solebant nra subditorumq
et procerum nostrorum negotia, que incident, nobisq ea que noua
emergent, scribere per omnem occasionem non grauare, vt et
tua erga nos merita, et nrm vicissim in te fauorem reddas indies
cumulaciorem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Pape TERCIO

SAnctissime. Causa negotiatorum curiam Romanã sequentium
quam mihi S. Vra litteris suis commendare dignata est, vt ad optatum
exitum perueniat, ita aõme aduita est, vt ad eius pfctm nihil ei defuis:
se videretur. Omnes enim similes cause, quotiens ad meam noticiam

deducuntur, et presertim peregrinorum, que merito debent esse fauorabiles, sic solent transigi, ne hii qui subditis meis in necessitate gratificare solent, mutua pecunia eos iuuando, culpa illorum ipsius pecunie sue iacturam faciant. etc. Me[que] v[est]re S[anctita]tis gratie com[m]endo, cuius uotis pro uirili mea morem gerere presto sum, et deum omnipotentem oro, vt eam diu seruet incolumem et felicem, ac ei tantam inspiret gratiam, vt quod cepit, ad succurendum rebus Christianis, labantibus, felicibus auspiciis agere, faustis omnibus prosequi, et perficere possit. Dat[um]

Sigismundus primus Rex Polonie
SVMMO PONTIFICI

Beatissime p[ate]r etc. Venerabilis D[omin]us Iacobus Schulz etc. cubicularius quondam diui Leonis Pont[ificis]. Post multas difficultates ad quas cum obligationes pro sociis facte redegerunt. Pro quibus se vadem his creditoribus posuit, qui nullius iuris beneficio, nec vllis ingeniis creditam pecuniam ab eis extorquere possunt. Constituit tandem ita suis rebus prospicere, vt in sumpta pecunia sua in dissoluendo ere alieno, per eosdem socios contracto, sine vlla spe eius recuperando se liberet ab hiisdem difficultatibus, in quibus positus cogitur ita delitescere, vt se non possit adaptare et accomodare se vlli digne actioni, pro quo ego oro cum sit eius animi, quod malit perdere pecuniam, quam honori et saluti sue deesse, dignetur V[est]ra S[anctita]tas sibi tantum gr[ati]e impartiri, vt eius beneficio adiutus istic secure sub eius protectione manere possit, donec cum hiisdem creditoribus, de ea parte eris predicti dissoluenda, que inter alios expensores ad se pertinebit, pacisci et componere valeat, et se ex huius labirinti inuolucris explicare,

ad quae, vt ait, per imprudentiam est inductus.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Canonicis Varmiensibus

Venerabiles deuoti nobis dilecti. Adeptus est Canonicatum Ecclesiae Vestrae Varmiensis, Venerabilis Ioannes Benedicti phisicus noster, et vadit istuc ad possessionem eius capiendam, quem vobis vti seruum nostrum benemeritum commendamus, et postulamus a vobis, vt, quia eius seruitio continuo indigemus, indulgeatis illi in gratiam nostram, hos triginta dies quibus tenetur quisque a principio susceptionis suae, apud ipsam ecclesiam Vestram residere, Deinde etiam hunc fauorem illi ad trienmum exhibeatis, in soluendis annis triginta florenis, quem Venerabili N. Plotorski Praeposito vestro ad intercessionem nostram exhibuistis. Facietis nobis rem non mediocriter gratam, quam vobis vicissim gratia et beneficentia nostra Regia volumus referre. Datum etc.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali de Grassis Protectori

Reverendissime in Christo pater. Scribimus literas Sanctissimo Domino nostro in commendationem Reverendi B. de comitibus Notarii et referendarii suae sanctitatis, quem pro eius doctrina et meritis, cupimus aliqua maiori accessione promotum iri. Rogamus Vestram Reverendissimam Paternitatem dignetur easdem literas

sue Sanctitati offerre, et illum eius gratie, quantum fieri pot nomine nro insinuare. Cum vero se occasio aliqua provehendi illum offeret, velit meam ipsam commendationem sue Sanctitati in memoriam reducere. Nam illa cogitacionibus aliis districta, eius oblivisci posset. Faciet nob Vrã Rma Ptas rem non vulgr gratam. Cui nos ex negocia nrã commendamus. Cupimusqz, vt sit longe falix et incolumis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

Sanctissime in Chro pater et due domine clementisme. Post humilem servitutis mee et orationum mearum comendationem. Agit istic in aula et servitio Vre Stis. Venlis Pirrhus Antonius de Charis Barien. Protono rius et cubicularius eiusdem S. Vre, qui qp vna cum domo sua tota sit Illme Dne Isabelle Dna, mri vre charme iam pridem et optime meritus, et ego pro ea affinitate que mihi cum ipsa Illma Dna Duce intercedit, omnia mihi cum illa comunia esse duco. Cuperem ex animo dicto Pyrro Antonio, aliquo modo opera mea comodare, ac habens compertum singularem in me favorem et benignitatem Vre Sti eum illi comendandum putavi, commendoqz ex affectu plurimum, et supplico Vre Sti vt eundem ipsum Pyrrum Antonium cum eius virtute, tum hac mea commendatione, gratia et beneficentia sua complecti, ac per occasioné ad maiorem aliquam dignitatem seu Epatum provehere dignetur. Quo et officium optimi et clementissimi dni faciet, cum in virum dignu beneficium conferret, et me hac gratificatione sibi et Sancte sue Sedi tanto arctius devinciet. Comendo me etiam atqz etiam, regnumqz et dominia mea Vre Sti quã pro incolumitate rei Chriane, et optatis meis cupio esse qz diutissime sanam sospitem et incolumem. Cracovie

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo Quinto Hispaniarum REGI

SERx^me Princeps et domine frater, et consanguinee noster char.^me et honorande. Intelleximus R^m D^m Cardinalem S. Crucis aliquas ecclias, et beneficia in Regnis Vre M^tis iuste consequi debere, et omnibus super id iuridice consumatis restare totum debite execu- tioni à M^te Vrá mandari, et licet non ignoremus eundem R^mum D^m Cardinalem ob magnas eius virtutes, singularemqz doctrina, ac sanctissimos mores, antiquasqz fidem, et obsequium erga M^tem Vrám, eiusqz coronam, charum esse eidem M^ti Vre, ac propter: ea dignum qui non modo iusticiam, verum gratiam omnem atqz fauorem à M^te Vrá consequatur, tamen nos eundem D^m Cardi: nalem ob virtutes et merita eius predicta. Ac etiam pro ma: gna que nobis cum illo est beniuolentia voluimus illum et res ipsius comendare Vre M^ti quam rogamus diligentissime, vt pro debito iusticie, quo omnes tenemur, proqz magnis ipsius Cardina: lis virtutibus et meritis, ac etiam intuitu et causa nra dignetur illum in fine commendatum suscipere, et ius suum debite execu: tioni mandare, meritumqz iusticie locum facere, ne tam antiquus Cardinalis virtute moribus et doctrina prestantissimus, ac de Vestra Regia corona optime meritus, res suas vlterius desideret. Sed intelligat M^tem Vram iusticiam super omnia colere, ac pre: ces has nrás sibi profuturas, vt tandem commodius ac quietius seruire valeat ecclie, ac Vre M^ti. Que quidquid in eius fa: uorem et beneficium facere dignabitur, in nos ipsos collocatu putabimus, curabimusqz vicissim id omni gratificatione nrá

Vrē M^ti referre. Cuius fraterno amori nos commendamus, et quam valere felicissime desyderamus. Datum Vilne ix Nouēbris Anno domini M° D° xvj°

Sigismundus primus Rex Polonie summo Pontifici LEONI DECIMO

SAnctissime. Superiori tempore, quando posonii, cum Ser^mo olim fratre meo domino Vladislao Hungarie et Bohemie Rege conuenissem, dederam ad vram S. litteras meas quibus illi R^dum D^m B. de Comitibus ptonarium et referendarium eiusdem ex animo commendaueram. Cognoui enim illum, et dignum futurum gratia S^tis Vrē, et ad quoduis munus gerendum idoneum. Licet vero credam ipsam commendationem meam, non nihil apud eandem S^tem Vram ponderis habuisse, quia tamen intelligo ad nullum hactenus vsum illi cessisse, repetendum duxi preces meas, et supplico Vrē S^cti vt ipsum B. cum ob eius virtutem, tum hanc commendationem clementia sua complecti, et vbi occasio se obtulerit, ad sacerdotium vel officium aliquod honestum prouehere dignetur. Rem suam benignitate dignam et mihi gratissimam faciet Vra S. Cuius gratie me Regnumqz et dominia mea commendo et deuoueo. Datum etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
LEONI PAPE DECIMO

Sanctissime in Christo pater etc. Impetitur istic Rome Venlis et religiosus Iohannes abbas Tyniecen. ratione prepositure in Tuchow, quam dudum abbatie sue incorporatum habet, et quia aduersarius ipsius pretendit eandem abbatiam esse locupletem, neque ipsa prepositura indigere. S. Vram certiorem facio, adeo illam esse per iniuriam ac socordiam regentium destructam, ut prorsus absque dicta prepositura nec reduci ad bonum statum possit, nec abbatem magis alioquin Reipublice oneribus deuinctum sustentare. Supplico Vre S. ut illum deinceps ab ipso aduersario suo molestari non permittat. Rem sua benignitate dignam et mihi non vulgariter gratam faciet Vra S. Quam Dominus Deus longe sanam sospitem et incolumem seruet, et cui me iterum atque iterum regnumque et dominia mea comendo. Datum Vilne die XXV Augusti.

Sigismundus primus Rex Polonie
Epo CRACOVIENSI

Reverende in Christo pater sincere nobis dilecte. Retulerunt in nos ciues nri Cracovien. Patrem Vram ob vulneratum suum presbiterum quasdam istic ecclesias interdixisse, ipsumque presbiterum

acceptare noluisse, id quod cives decreverant videlicet septem testium expurgationem his qui ab illo fuerant inculpati, que res tamen satis equa et decens nobis videtur, et sufficere debuit eidem sacerdoti. Quare hortamur P[aternita]tem V[est]ram ut ecclesias interdictas solvi faciat, ne et divinus cultus his presertim sacratioribus diebus cum scandalo intermittatur, et populus nihil tale meritus hanc molestiam et gravitatem capiat, vulneratus vero ita iusticiam suam prosequatur, ut cives decreverunt, qui eam illi se offerunt ministraturos, faciet P[aternitas] V[est]ra rem et decentem et nobis gratam. Que valeat feliciter

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo GNESNENSI

Venerabiles devoti nobis dilecti. Declaravit nobis R[everendissi]mus D[omin]us Archiepiscopus Gnesnen[sis] contulisse Venerabili Jacobo Schat preposito Vielunen[si] unum ex canonicatibus istius ecclesie sue Gnesnen[sis], quos pro iurisperitis, qui officiali assident ordinavit, et apud sedem apostolicam impetravit, V[est]ras vero D[ominatio]nes eius receptioni obsistere. Nos quid in ea re consistat nescimus. Verum meminimus esse in privilegiis ecclesiarum, non pridem expeditis numerum plebeiorum, qui recepi deberent descriptum, si is apud vos non est complectus, ratio nulla est, cur huic receptioni contravenire deberetis, nec id nobis placeret. Verum si completus est numerus, nos derogari nolumus in aliquo Privilegio Ecclesiaco, quod manu tenere et observari in omnibus volumus

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Conarski Epo Cracouiensi

R De in Chro pater. Cum fuissemus certiores facti Cancellariam Gnesnen. lite Romana obtentam in derogationem nominationum nrarum. Commiseramus officialibus nris, vti bona illius nostro nomine tenerent, vsque ad pleniorem rei cognitionem. Quando autem Ptas Vra declarauit nobis nihil in ea causa geri aduersus nominationes et iura nra, cessisseque id sacerdotium Nepoti suo. Nos iubemus Mageo Dno Palatino Crac. in cuius capitaneatu Siradien. sunt eadem bona, ac aliis qui ea tenent, vt illa libere ipsi Nepoti Ptis Vre dimittant. Nam nos minime delectat possessio bonorum ecclesiasticorum, aut cuiusque iuris remoratio, nisi quantum expedire videretur, ad iura nra manu tenenda, quibus deesse non conueniret, vbi aut aliquis agere vel deducere vellet, coram nobis ipsam Cancellariam, cum preiudicio nominationum nrarum fuisse litibus repetitam et emptam illi Nepos Ptis Vre coram nobis respondebit. Que bene valeat. Datum Vilne

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali
S. Quatuor Coronatorum R. Polonie Protectori

R Me Impetitur seruus noster Io. Dantiscus ratione custodie et canonicatus Varmien. que vigore facultatis nominandi nobis a S. Dno nostro concesse obtinuit, a quodam Valentino Cribaro pretextu cuiusdam mutatis reseruationis illius Santis Quam rem valde molesto ferimus animo, quid enim in

talibus techniis, et inuolucris firmum esse potest, quod a sua S.te conceditur?
Rogamus plurimum Vram Rmam D.nem agere velit cum eius Sant.te
ne gratia nominationis, quam michi concedere dignata est, in fumum abeat.
Nam id predecessores eius San.tes, nunquam facere consueuerunt, effici-
atque Vra Rma D.o ut iste mentales reseruationes non inficiant ius nrm
nobis solenniter donatum, et seruus noster amplius non turbetur. Faciet
nobis rem non vulgariter gratam. Que optime valeat et nos cum negotiis
nris habeat sibi charos et commendatos. Dat. Vilne.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali
S. Quatuor Coronatoru Regni Protectori

Rme in Chro pater et domine amice charmme Commendauimus
alias Vre Rme D.ni causam Venerabilis Raphaelis Coloczki prouisoris
curie nre, quam habet istic pro canonicatu eccle Cathedralis Crac., qui
vacauit istic per mortem Rdi olim Erasmi Epi Ploczen. oratoris nostri.
Que quidem causa, quantum trahitur in longum per captiosa ingenia, et ipsius
Raphaelis seruitoris nri iusticia impeditur. Rogamus plurimum Vram
Rmam D.nem facere operam suam velit, ut eadem causa cito finiatur,
et non habeant rationem in eius prosequutione male artes et inique proba-
tiones, quas facile iusti Judices cognoscent, si ad id animum aduertere
voluerint. Comendamus etiam Vre Rme D.ni hunc Ven.lem Iacobum
Schutz subditum nrm, qui sollicitaturus est causam hanc seruitoris nri
predicti, et rogamus illam velit illi fauorem et patrocinium suum prestare,
tamen in rebus dicti seruitoris nri, quam ipsius propriis refferemus ei hanc
operam omni studio et gratificatione nra. Et cupimus Vram Rmam D.
bene ac feliciter valere, que nos diligat et sanctissimo domino nostro sem-
per commendet. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie summo
Pontifici Leoni PAPE DECIMO

Beatissime pater et domine domine clementissime. Post mei humilem commendationem, et oscula pedum beatorum. Questi sunt mihi Nobilis. Matias et Sandivogius de Czarnkow regni mei Barones, quod euocati sunt ex comissione Vre S.tis citacione vnius ex dominis Rote auditoribus ad instantiam Katerine eorum nouerce occasione dotis, et quarundam iniuriarum quas pretendit sibi illatas fuisse, per eosdem barones ipsius preuignos, allegaueruntque super eo negotio litem pendere in certo iudicio districtus eorum prout iuris, et consuetudinis est regni. Rogaueruntque, vt ad vram Santem scriberem supplicans eidem, vt eam causa remittere dignetur ad forum, et iudicium eorum, Sed et reliqua nobilitas Regni mei hoc ipsum summis precibus exposcit. Ego enim intelligens eandem Caterinam subditam meam posse consequi iusticiam hic in Regno, Quod ipsum vt fiat, paratus sum committere, et alias per me ipsum seruato, iuris ordine ei ministrare iusticiam. Rogo Vram Santem dignetur mandare vt eadem causa huc remittatur, ne predicti barones grauentur eo sumptu, et inquietudine, quem tollerare eis difficile esset, simul et belli grauamina ferre que assidue contra crucis et nominis christiani hostes mecum gerunt, et spero Vram S.tem pro sua gratia et pietate in me et regnum meum hoc facturam. Quam dominus Deus pro mea et tocius christianitatis consolatione augumento incolumem et felicem semper conseruare dignetur. Datum Cracouie

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Achilli

R.me in Christo pater etc. Euocati sunt aliqui barones regni mei Matias et Sandiuogius de Czarnkow ad instantiam nobilis Caterine, eorum nouerce, per citationem vnius ex sacri palacii apostolici auditoribus in causa dotis, et quarundam aliarum iniuriarum. Cum tamen eadem Caterina hic in partibus et in iuditio suo, pro consuetudine regni iusticiam consequi possit, quam et nos ipsi ei ministrare volumus. Qua in re scripsimus Sanctissimo domino, ut dignetur eam causam mandare, vt remittatur huc ad iuditium suum. Vram quoque P.tem rogamus plurimum, velit cooperari apud eundem San.mum dominum, vt hoc facere dignetur, alias enim grauissimum hoc est, tollerare huic nobilitati meae satis onerare sumptibus continuis, quos facit in expeditiones fere assiduas belli contra infideles, vt optime scit Vra R.ma P.tas, cui nos commendamus, et quam valere feliciter desyderamus. Datum Cracouie

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici Leoni decimo

Beatissime pater et domine clementissime. Post sui humilem commendationem, et oscula pedum beatorum, subditi et aulici mei Generosi Nicolaus et Stanislaus Germani de Pilcza impetrauerunt ab olim San:

chissimo D.no Iulio Papa secundo quandam Iubilei gratiam cuidam loco in oppido suo Lanczut, in quo est monasterium fratrum ordinis predicatorum ea lege vt monasterium ad locum ecclie parrochialis eiusdem oppidi se transferret, et parochialis ecclia predictum locum monasterii obtineret. Locus enim illi monasterii talem situm habet, vt facile muniri, ac ad defensionem nostrum et ordinari posset, si quis sumptum suppeditaret, qui multo facilius ab opidanis parochiali, quam monastice ecclie contribueretur, et cum is locus ita muniretur, ut à periculis imminentibus opidanos conseruare posset, in ea omnes sententia erant, vt totum deinde opidum, non multo ante Turcico impetu funditus deletum, muro et aggere cingerent, multorum circum iacentium vicinorum tutum receptaculum esset. In iis enim horis predictum opidum situm est que infidelium excursionibus obiecta, nullum vnquam periculum imminens ab eis vitare possunt. Sed cum fratres eiusdem monasterii adeo pertinaces sint et temerarii ut se loco suo defraudi ad communem multorum vtilitatem nequaquam patiantur. Oro dignetur Vra S.tas predictum iubileum ei loco denuo concedere et assignare, in quo parrochialis ecclia sita est, vt sit in auxilium eius munitionis que ad conseruandam multorum fidelium vitam ab impetu infidelium fieri debet. Commendo me gratie Vre San.tis cui statum felicem longamque et incolumem vitam à deo omnipotenti tribui oro. Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R.me in Christo pater et domine amice nr charis.me. Subditi et aulici mei Generosi Nicolaus et Stanislaus de Pilcza impetrauerant quandam gratiam Iubilei à summo Pontifice olim Sanct.mo domino nro. D. Iulio

ad opidum suum in his oris situm. que omnibus periculis sunt obiecte ab incursu hostili imminentibus, ex literis aut meis Sanctissimo domino nro scriptis Rma Do. Vra cognoscet predictum Iubileum non posse ullam utilitatem afferre, propter temeritatem fratrum ordinis predicatorum, qui ad communem multorum utilitatem se de loco suo, cui hec ipsa Iubilei gratia erat, ut ibi parrochialis ecclesia esset, detrudi non patiuntur nisi denuo a sua Santa parrochiali ecclesie concedatur, que ob id concessa erat, ut facilius locus muniri posset, essetque in necessitate tutum receptaculum opidanorum. Rogamus itaque dignetur Vra Rma Do. quam solet in omnibus negotiis meis operam dare, ut isti mei aulici, apud sedem apostolicam sint impetrabiles. Nobis enim Rma Do. Vra rem gratam faciet, et reipub: christiane utilem. Que Felix valeat, et nos solito amore prosequi non cesset

Sigismundus primus Rex Polonie
Bernardinorum Seniori

Venerabilis et religiose pater sincere nobis dilecte. Frater Valentinus de Crosna ordinis Vre Prouintie Polonie et Bohemie minister electus et confirmatus per antecessorem Vrm impeditur in luis ditione et officio quo minus illud libere exerceat per fres eiusdem ordinis Vri de Morauia, qui elegerunt alium ministrum vigore cuiusdam commissionis eiusdem antecessoris Vri, unde non parum ortum est scandalum populo. Quam rerum discordiam cum maxime intersit auctoritati Vre, equo et debito modo terminare optamus summopere, ut pro conseruatione pacis et unionis, ac eorum fraterne christianitatis differentias, que inter illos soborte sunt, velitis paterno affectu componere et efficere, ut idem fr Valentinus ulterius non impediatur

quo minus iuxta electionem suam legittime et canonice, prout edocti sumus factam, in dictis provintiis officium suum exercere possit, hoc enim erit pro nra in vram religionem devotione nobis gratissimum, et christiano populo acceptissimum. vobis aut et eidem ordini vestro utile et honorificum. Datum Cracoviae

Sigismundus primus Rex Polonie
Achilli Cardniali

R^me in Christo pater etc. Intervenit quedam dissensio inter fratrem Valentinum de Crossna provintie Polonie et Bohemie generalem ministrum ordinis S. Francisci, et conventus fratrum eiusdem ordinis de Moravia, prout eam rem totam ex eodem ministro qui istuc proficiscitur vra R^ma P^tas intelligit. Quod negotium unice comendamus eidem apud sanctissimum D^m nrm promovendum. Inferuntur enim ut edocti sumus iniuria eidem non parva Valentino ministro non sine incomodo ordinis et religionis illius in hoc Regno nro, et scandalo totius populi. Quod profecto non possumus non egre ferre. Et si opus fuit sicut putamus patrocinio aut intercessione apud eiusdem totius ordinis generalem ministrum. Rogamus vram R^mam P. tueri velit, et comendatas habere partes eius, ut possit in pace et quiete, ac cum debita obedientia ministerii sui officium exercere, hoc ipsum scripsimus etiam San^mo domino nostro, cui pro consuetudine sua velit nos et regnum nrm semper commendare, et ipsa quoque P^tas vra R^ma nos habeat cum eodem Regno nro sibi comendatos. Que valeat et sit felix. Datum Crac die XIX Septembris

Sigismundus primus Rex Polonie religiosis ordinis Sancti Dominici in Capitulo gnali Rome congregatis

Venerabiles et religiosi patres devoti nobis dilecti. Ademerat felicis memorie Leo Pontifex Decimus, duo Monasteria ordinis vri vizt. S. Caterine Grisopilmalden et Sanctorum Petri et Pauli apstorum Postmalcen Caminen Dioc Provintiali Regni mei, et Saxonico ascripserat, perperã ab eodem provintiali Saxonico instructus. Cum autem nos eius Santem per litteras nras uti se res habet edocuissemus, negotium hoc ad capitulum vrm retulit. Intelligens nos igitur Vras Ptes ipsum Capitulum, hoc tempore Rome habituras, significandam eam rem illis duximus, ac rogamus illas plurimum, ut ipsa monasteria que antiquitus ad Provintiam Regni mei pertinebant, et hactenus semper pertinuerunt in iurisditionem provintialis Regni mei restituere velint. Nam ex talibus mutacionibus et adeptionibus etiam, que non admodum magni momenti videntur, solent graves turbae et dissensiones inter populos et nationes oreri, et provide facient Vre Ptes rem sua prudentia dignam, ordini suo conducabilem, et nobis gratissimam. Que bene valeant et nos in suis orationibus habeant commendatos. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie Brodenico oratori Hungaro

Intelleximus fres S. Francisci de observantia id agere, ut loca Conventualium in regno meo et Bohemie sibi à Sanct.mo Dno nro impetrarent,

quasi hec sit voluntas nrã, ut ea illi potius haberent, Postulamus a te obstes, quo minus id perficere valeant, Tantum enim abest, ut hec voluntas nrã sit, ut etiam nobis non posset esse non molestum quidq3 preter veterem eorum ordinum in regno nro constitutionem innouari, et preser: tim nunc inualescente indies magis crescentiq3 perniciosissima heresi. Ad quam retundendam magno nobis ex usu sunt ipsi fr̃es conuentua: les, presertim Venerabilis Marcus a Turri commissarius, et prouin: cialis regni mei, qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinẽ, et religioni sua doctrina suaq3 sanctimonia plurimum conducit. Pro: uideq3 nobis et regnicolis meis est multo gratissimus, qui si amoueri hinc deberet, magno omnino presidio res hec ecclesiastica priuaretur. Quare illum ac eius ordinem tam in Regno nro q3 etiam Bohemia consistentem patrocinio tuo, etiam atq3 etiam commendamus.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici

Sanct^me. Declarabit Vrẽ Sanc^ti R^mus D^s Cardinalis protector Regni mei, quedam mea postulata, pro Monasteriis fratrum et mo: nachorum S. Pauli primi heremite in Regno meo existen, que Sup: plico ut Vrã S. benigne exaudire dignaretur, quando quidem res et iusta et decens nobis esse videtur, Et commendamus nos iterum ex corde Vrẽ S.^ti cupientes, ut felicissime et presit, et valeat. Dat. Etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinalibus

Rme in Chro pater. Scribimus Sanmo Dno nro de atroci casu qui nuper contigit, inter fres conuentuales D. Francisci in Regno nro. Nam quidam eorum ferre nolentes ordinem suum in debitam viuendi normam rei restitutum, frem Paulinum Fantinum Bononien, hac gratia ad ministeriatum ipsorum promotum, et id sedulo exequi incipientem, crudeliter primo tortum, demum in regia nra ciuitate, tanqz in specula hominum occiderunt. Quod nephandum facinus qz indigno et molesto ferimus animo dici satis non potest. Rogamus Vram Rmam D. vt agat apud ipsum Sanctmum Dm nrm, quo eius Sanctas de puniendis hisce parricidis, qui capti apud Rdum Dm Epm Cracouien asseruantur, et aliis in bonum ordinem redigendis ita facere dignetur, prout illi scribimus, Nam nequaquam tantam religionis indignitatem et mendicitatis insolentiam tollerare amplius in regno nro poterimus. Commendamus nos plurimum Vre Rme Dni quam longe et felicissime valere cupimus.

X

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici

Sanctissime in Chro pater et domine clementssme. Post humilem comendationem et pedum oscula beatorum. Quoniam Rdus pater

Dominus Petrus Tomiczki Epus Premislien Regni mei vicecan:
cellarius, qui inter alia sacerdotia ecclie Cracovien archidiaconatum
ex speciali indulto Sanc[tis] Vre obtinet, et Ioannes Conarski Can[cus]
Cracovien. Secretarius meus. Archidiaconatum pro Canonicatu
inter se permutare decreuerunt, votaq[ue] hec mutua perfici à San[tis]
Vre autoritate communiri percupiant, ego qui vtriq[ue] bene consultu[m]
cautumq[ue] velim, vt Joannis quidem ampliori commodo consulatur.
Sanctitati Vre supplicandum duxi, vt dicto Ioanni secretario in
euentum permutacionis huiusmodi regressum ad eundem Canonicatu[m]
qui iuris patronatus mei existit, concedere dignetur, ut vtiq[ue] suum
Canonicatum singulari sanc[tis] Vre clementia rehabere possit,
quamprimum R[everendissi]mum D[omi]num Vicecancellarium eius meritis exigentibus
ad locupletiorem epatum promoueri, aut dictum Canonicatum per
cessum vel decessum vacare contigerit. Cui cum potissimum non modo
Dominus Vicecancellarius ipse comutacioni regressuiq[ue] predictis
consenciat, sed et ego ad quem Ius presentandi ad dictum canonicatum
pertinet, hoc ipm à S[te] Vra precibus, etiam atq[ue] etiam eflagitem.
Quod si benigne vti spero confidoq[ue] Vra mihi S[tas] concesserit
gratissimum et iucundissimum habebo. Est enim id ipsum appreme
mihi in optatis, cum vterq[ue] horum sit de me optime meritus. Com:
mendo me S[ti] Vre. quam diuina clementia pro rei christiane gl[ori]a
et peculiari meo desiderio diutissime seruet incolumem. Datum
Crac XVJ[a] Septembris. Anno domini
Regni mei anno IX

Littere regressus ad prebendam Cracouiensem

Sigismundus etc. memoriae commendamus, tenore presentium vniuersis. Quia ex Regia nostra munificencia et intuitu famulatus, quem nobis Venerabilis Ioannes Conarski Cantor Sandomirien. et Canonicus Crac. secretarius noster solicitiss studiis impendere non desistit, eidem Joanni, vt ad Canonicatum et prebendam Crac. iuris patronatus nostri, quos ad presens obtinet. Et de consensu nostro eosdem cum R.do Patre domino Petro Ep.o Premislien. Regni nostri Vicecancell.o pro archidiaconatu eiusdem ecclie Crac. permittaturus est, Posteaque ipsum D.m Vicecancellarium ad opulentiorem Ep.atum suis meritis, exegentibus promoueri, aut ipsos Canonicatum et prebendam per decessum vel deces:sum, eiusdem D.ni Vicecancellarij vacare contigerit, liberum regressum absque alia noua presentacione habeat, ipsumque à S.mo D.no nro eximere petat et impetrare valeat presentibus litteris consentimus, quibus in testimo:nium sigillum nostrum est sub impressum Dat. Crac.

Sigismundus primus Rex Polonie domino Iuliano de Medicis

Magnifice domine amice noster char.me Gratam nobis rem fecit V.ra M.cia quam in permouendo negotio R.di Petri Tomiczki electi Premislien. et secretarii nostri apud S.mum D.m impensam.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardniali Achilli Bononiensi

R.me in Christo pater et domine amice nr̃e charissime. Iampridem et nos et filius n̄r̄ M.tas Ser.mi domini Hungarie et Bohemie Regis commendavimus per litteras Sanctissimo D.no nr̃o quandam causam Venerabilis Ioannis Boturzinski Can.ci Crac. qui nepotem suum Coadiutorem in eodem Canonicatu suo ob etatem iam decrepitam facere decrevit, cuius familia per multa secula in possessione alicuius Sacerdotii predicte ecclie sine intermissione semper fuit. Cum autem frater eiusdem Ioannis Can.ci ab ineunte etate divo parenti nr̃o ac demum fratribus n̄r̄is, et item nobis serviendo ita se reddiderit commendatum, vt merito, eius quoque filii promotioni, deesse non possimus. Rogamus dignetur ita hanc causam apud San.mum D.num nrm̄ R.ma D.na V.ra agere et promouere, vt res pro voto tam patris quam filii fiat, etsi enim quedam clandestina impetracio eiusdem prebende, vt vel alteri beneficio vniretur vel reservaretur per sedem apostolicam facta est, id tamen credimus non magno fore impedimento, quominus nobis petentibus coadiutoria nepoti possit concedatur, cui patruus favet, qua sit vim talis impetracio habitura, que profecto non sine magno scandalo malaque sequela fieri non potest, admittatur igr R.ma D.o V.ra vt non solum huius prebende, sed et aliorum beneficiorum similes reservationes per sedem apostolicam revocentur, et irrite ac nullius momenti future decernantur, tanquam noxie et inique, Vtque sua sanctitate annuente V.raque R.ma D.one agente et persuadente hec coadiutoria obtineatur quod nobis erit valde gratum. Cupimus V.ram R.mam D.nem bene valere, cuius nos commendamus

Datum Cracoviae die Septembris Anno domini M° D° XV°
Regni nri anno nono.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Laski Archiepo Gnesnensi

Reverende in Christo pater syncere nobis dilecte. Audivimus mortuum esse Venerabilem Ioannem Crotosski, Cantorem olim Gnesnen, cuius beneficia aliqua pertinere dicuntur ad collationem summi Pontificis, Inter que est cantoria Gnesnen, quam possidebat, Scit autem Ptas Vra concessam esse nobis a sede apostolica facultatem nominandi duas personas ad ecctiam Gnesnen, ad quam iam pridem nominavimus Venerabilem Petrum Tomiczki Archidiaconum Cracovien, secretarium, quem singulariter commendamus Vre Pti ut accedente eiusmodi favore ad nram tuitionem posset assequi eandem cantoriam iure per nos illi concesso, efficereque velit, ut eum ad ecctiam recipiant non obstante cuiusvis alterius impedimento aut acceptacione, Nollemus enim aliquo pacto ut per aliquem eidem iuri nro derogaretur. Nam hoc aequo animo nec debemus nec possemus pati, Confidimus autem certo quod Vra Ptas etiam propriae gre intuitu erga eundem secretarium nrm faciet omnia que in illius commodum pertinebunt. Que valeat feliciter. Datum Cracoviae feria secunda proxima post S. Stanislai in Mayo. Anno domini etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Gnesnensi

Venerabiles devote nobis dilecti. Sanctissimus Dns nr Papa Iulius concessit nobis facultatem nominandi duas personas ad ecclesiam vram Gnesnen, id quod Vris D. notum esse putamus. Nominavimus autem primo loco ad eandem ecclesiam vram Venerabilem Petrum Tomiczki Secretarium nrm, Nunc vero audimus cantoriam Gnesnen. per mortem Venerabilis olim Ioannis Crosski vacare, et eandem prefato Secretario nro vigore nominationis concesse deberi. Itaque hortamur Vras D.nes, ut eundem ad dictam ecclesiam vram in cantorem recipiatis, sine aliqua controversia, non obstan aliquo cuiusuis impedimento. Nolumus enim ut per quempiam Iuri nro per sedem apostolicam concesso contraveniatur, pro quo tuendo Vrarumque quoque D. operam quantum in illis est exposcimus, et aliter non facturos certo confidimus. Dat. Crac.

d. Mandato proprio
Regiae Mtis

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali protectori.

R.me in Christo pater etc. Venerabilis Petrus Tomiczki Archidiaconus Cracovien et secretarius noster habet aliqua negotia sua in Urbe per procuratores suos expedire. In quibus indigebit patrocinio Vre R.me P.tis. Rogamus itaque Vram R. P. ut cum eiusdem procuratores ad illam confugerint, velit auxilium gre sue illis prestare sicut consuevit in nris et nostrorum omnium actionibus facere, Erit autem nobis hec opera Vre R. P. quam gratissima. Non commendamus pluribus verbis eundem secretarium nrm Vre P.ti R.me quia scimus ipsum non minus illi quam nobis servitorem acceptum. Que valeat feliciter et Sanctissimo domino nos frequenter commendet. Datum Cracovie

Sigismundus primus Rex Polonie
Nicolao Volski

Generose fidelis dilecte. Scribimus ad Mag.cum D.m Iulianum de medicis in causa expeditionis lrarum super unione prepositure Miechoviensis, ecclie Premisliensi, qua in re committimus F. tue ut lacius cum eo nro nomine, et R.mo D.no Archiepo agat, quo bre ipsi absque magna difficultate et sumptu expediantur. Novit enim tua F. novit optime, et ipse R.mus D.mus Archiepus multum tenues esse proventus ecclie Premislien, ac in illis locis sitae in quibus et si interdum pax sit pacis tamen fiducia incerta. Datum Vilne

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum, Rme in Chro pater et domine amice charme et honorande. Habet quoddam negotium istic Romae Rdus in Chro pater Ds Petrus Epus Premislien, et regni nostri Vicecancell.s quod consensu et fauore Vre Rme Dnis indiget, id iste Venerabilis Stanislaus Borgk, decretorum Doctor, Canonicus Wratislauien nostro et illius nomine eidem Rme D. declarabit quam plurimum rogamus, vt et fidem illi adhibere velit, et postulationi ac desiderio nostro non deesse, Nos vero vicissim vbicunque nos aliquid Vre R. Dni posse commodare, vel gratificari intelligemus id libenter, et omni studio semper faciemus, Foelicissime valeat Vra Rma D. et nos diligat. Dat Cracoviae duodecima Iulii Anno domini M. D. XVIIj.
Regni mei anno XIIo

Sigismundus primus rex Polonie
Cardinali de Grassis

Rme. Quemadmodum S. dominus nr dignatus est nuper Regno et dominiis meis gratiam Jubilei concedere, quo perpetuas excubias assiduamque contra infideles militiam, aliqua ex parte iuuaret, licet hanc S. tis sue beneficentiam non parui muneris loco

accepimus, quia tamen uide propter concessas, multis aliis eiusmodi gratias in regno nro, exiguum vel pene nullum nobis prouenit emolumentum. Rogamus Vram Rmam Dnem agere velit apud eius Sanctem vt tales gratias in Regno et dominiis nris, cuiuscunque concessas, Interim quo hic Iubileus in durabit suspendat, comittatque omnibus dominis Epis, eorumque Vicariis in Regno et dominiis nostris, ne aliquam alteram istiusmodi gratiam suscipiant, et exequi permittant. Deinde quia in executione eiusdem Iubilei, solent plerumque non pauca dubia emergere. Etiam rogamus Vram Rmam D. vtque clarissime fieri possit, omnia fribus minoribus de obseruantia quibus executio incumbit, per eius Santem declarentur. Faciet nobis Rma Dno Vra rem multo gratissimam, quam illi vicissim omni gratificatione nra referre studebimus, et eiuis bone amicitie & fauori nos commendamus.

Sigismundus primus Rex Polonie. Alberto Epo Vilnensi.

Rde in Chro pater. Venientes huc Vilnam, intelleximus P. Vram voluisse gram Iubilei nobis et dominiis nostris à sede apostolica concessam publicari, asserendo in bula ipsius nonnihil honori huic magno ducatui Lituanie detractum esse, de qua re sumus plurimum mirati, et male contenti, quandoquidem nos in conuentu Brzesten pnte Dno Archiepo Gnesnen, eidem Pti Vre, et Dno Episcopo Luceorien mandauimus, vt quandocunque à Commissariis fribus S. Francisci de obseruantia requirerent, ipsum Iubileum promulgari facerent. Proinde cum sciamus officii P. Vre non esse corrigere Bullas Summi Pontificis, vel illi formulam scribendi illas

et nominandi domina nostra exhibere, hortamur illam et volumus omnino ut per hunc presentem N nunctium comittat capitulo ut publicetur eadem gratia Iubilei, ne diutius salus animarum et utilitas que hinc nobis et reipub.ce debetur differatur. Dat. Vilnae

Sigismundus primus Rex Polonie
Epo Varmiensi.

R. Me Gratam nobis rem fecit P.tas Vra. Qui in Diocesi sua Iubileum nobis et Regno nostro a sede aplica concessum susceperit, collectoremque ipsius invenit, ut officium suum commodius exequi potuerit. Qui quum diem suum obiit commendamus Vre P.ti hunc Ven.lem N in locum defuncti illius ad hoc ipsum collectionis officium suffectum, Postulamusque ut eum P.tas Vra itidem favore et auxilio suo complecti velit, eique in his omnibus non desse, que ad obeundum munus sibi commissum requirere videbuntur. Miramur vero plurimum quod Capitulum P.tis Vre recusaverit ipsum Iubileum suscipere, tanque illi, et bona eorum non sint in ditione nra constituta. Valdeque est id nobis molestum, quod illi se diffinitores, faciunt inter nos de terris Prussiae. Et proinde illos hortari velit P.tas vestra, ut deinceps a talibus diffinitionibus abstineant, utque non recusent eundem Iubileum suscipere, ne cogamur vicissim aliter nos erga illos gerere, qui hactenus consuevimus. Factura P.tas Vra officium suum, et nobis ac reipub.ce gratificabitur. Que bene valeat. Dat. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Capitulo Varmien.

Venerabilis etc. Fecit nos certiores Venerabilis olim etc. Collector Iubilei nobis, regnoque et dominiis meis à sede apostolica concessi, quod ipsum Iubileum suscipere in bonis vestris recusaveritis, tanquam ditioni nostre non subiectis. De qua re sumus plurimum mirati, non libenterque id videmus, quod vos erga sedem apostolicam et nos ~~ista~~ ita exhibimistis, quibus vos ponere deberetis dissuasores inter nos de terris Prussiae. Quare postulamus à vobis ne tales significationes animi, erga nos deinceps faciatis, Iubileumque suscipere non recusetis. Alioquin oportet nos hanc rem Summo Pontifici declarare. Nosque erga vos et bona vestra aliter gerere, quam hactenus fecimus et imposterum facere vellemus.

Sigismundus Primus Rex Polonie
Erasmo Epo Plocensi.

Reverende in Christo pater. Recusavit Serenissima Domina Coniunx nostra suscipere Venerabilem Joannem Gorski Secretarium nostrum in primam monitionem suam ad ecclesiam Cracoviensem, ita ut est in Bulla Sanctissimi domini mei designatus, et nos eius voluntati contradicere noluimus. Itaque Paternitas vestra pront in commissis à nobis habet ipsi secretario meo, aliam gratiam seu reservationem quam melior fieri potest ad ipsam ecclesiam

Cracovien, in qua quoniam intelligimus multos esse Canonicatus per nostrates nonnullos in omnibus, et alios clandestinis aucupiis recep-titos R. V̄ra agat, vt ille cassentur. Nam ea res et indignitatem Sedi aplice et nobis summam pariet molestiam. Valeat foeliciter V̄ra P̄tas Dat Crac.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Cracē

VEnerabiles deuoti etc. Venientes ad nos, et suam electionem nobis nunciantes nuncii Capituli Plocen, inter alia nobis retulerunt de-functum suum epum, multa ex argento veteri, et margaritis, ex sua eccl̄ia sumere consueuisse, et refecta sub signis suis penes se habuisse, pleraq; etiam pro pecuniis, que eccl̄ie cedebant. vt aulea et alia id genus comparasse, quorum sibi duntaxat vsum reseruarat, sed q in posterum ea omnia eccl̄ie cedere debuissent. Quorū om̄ cum potissima sit pars in domo ipsius defuncti epi istic Crac. relicta, Hortamur V̄ras D̄nes, et mandamus illis, vt conscriptis rebus om-nibus illius, quecunq; in domo sua continentur, que illius fuerant, eisq; obsignatis, tam diu integre omnia conseruent, donec à nobis aliam instructionem, quid facere debeant habuerint, neq; interea cuiq; mor-talium aliquid edant, Pro gratia n̄ra aliter non facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie Chrofero de Schidlowiecz Palatino Crac. Regni Polonie Cancellario.

Magce etc. Credimus non incognitum esse tue S. nobis dudum esse impetratum esse apud sedem apostolicam Ius patronatus perpetuum ad Canonicatum et prebendam Cracovien Bossutowska, que in pns per mortem domini olim Epi Plocen vacat. Ad quam presentavimus Venelem Raphaelem Choteczki, dispensatorem nrm, et quia intelligimus, nonnullos alios ecclia.cos temere se ad bona et fundum eiusdem prebende ingesisse, et proventus illius occupasse, uti et in alia sacerdotia, absque ullo iure involare consueverunt, Volumus et mandamus tue S. quo ipsum dispensatorem nostrum a nobis pntatum in possessione eiusdem Canonicatus tueatur auctoritate et ptate nra Regia, abigatque quemlibet violentum possessorem. Nemo enim se ius habere adversus ius conferendi nrm presumere debet, quod uti alia nostra, et Regni nostri iura volumus omnibus viribus tueri. Pro gratia nostra tua S. Factura. Que bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Leoni summo Pontifici.

Sanctissime etc. Inter alia dilectionis et pietatis paterna officia quibus erga me, et meos, divus Leo Pontifex predecessor Vre Stis est usus concesserat, Serenissime Coniugi nre domine Bone Regine

gratias nominationis ad ecclias Regni mei. Quare alique nondum effectum sunt sortite. Supplico Vre Sti ut eas ex sua gratia re: validare dignetur, ut illius beneficentiam cognoscam esse non re: missiorem, quam illi una cum Ser.ma coniuge mea curabo sedulo demereri. Cui me iterum regnumque et dominia mea ex corde commendo. cupioque ut diutissime presit sospes ac incolumis. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Leoni decimo.

Sanctissime in Christo pater etc. Inter actiones, que iussu et au: ctoritate Sanctitatis Vre, et opera Rdi Dni Ioannis Francisci Epi Sarcen Nuncii eius, inter me et ducem Moschorum constituen: darum induciarum gratia, habebantur, non minimum opere impendit. Venerabilis Nicolaus Fontana Canonicus Scardonen. Protonotarius Se: dis aplice, quippe preter interpretacionis munus, in quo magna vis inerat, Etiam magna industria, et diligentia, in certis rebus agendis presto fuit, et ob eas res dignus mihi visus est, quem ego suum et beneuolentia mea prosequerer, et S. Vre commendarem, Rogo humillime dignetur eum S. Vra pro summa sua clementia et eius meritis, gratia, et liberalitate sua ita prosequi, ut eum na: uate a se opere non peniteat, simul ut preces meas ad S. Vram pro eo factas, et commendationem meam sibi dignitati et com: modo sentiat futuram, quod S. Vram pro summo fauore, quo me et regnum meum prosequitur, facturam confido. Cuique me, et regnum meum rursus humillime commendo. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
D. Cardinali Sanctorum q°

R^me etc. Redeunte istuc in Urbem R^do domino Joanne Francisco Epo Scaren nuncio aplico. Commisimus illi nonnulla ardua negotia nra et reipub. Chriane, S^mo domino nostro, sed non nisi una cum Vra R^ma D^o referre, itaque rogamus illam plurimum, intercedere velit apud eius Sanc^tem ut ea ipsa que illi significavimus, benigne audire, et postulatis nris sua cura et benignitate paterna non deesse dignetur, Et quia idem D^s Epus Scaren bene se hic apud nos gessit, eaque omnia que ad nram cum Duce Moschovie concordiam attinent diligenter, simul ac cordate tractavit, Commendamus illum Vre R^me D^ni et rogamus illam iuvare illum velit, favore et patrocinio suo in rebus et negotiis ipsius. Et valeat felicissime Vra R^ma D^o. et nos diligat. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Leoni decimo

Sanctissime etc. Ago meritas gratias Vre S^ti quod hunc R^dum D^m Epum Scaren virum prudentem et expertum, mittere dignata sit, in has oras, ad mea potissimum negotia procuranda, in quibus quia sedulam et fidelem operam prestitit, cum Vre S^ti

48

ex animo commendo, Supplicoque illi ut hos eius labores sua bene-
ficentia rependere dignetur. Postulaui autem ab illo, ut una cum
R^mo domino Cardinali Sanctorum quatuor, protectore Regni
mei exponeret V^re S^ti statum et angustias meas, et subditorum
meorum. Supplicaretque meo nomine V^re S^ti pro nonnullis gratiis,
quas ipse referet, oro itaque Vestram Sanc^tem humilibus precibus
meis, ut illi fidem adhibere, et postulatis meis benigne annuere
dignetur. Quo faciet rem clementia sua dignam, reique Christiane
conducibilem. Dominus deus seruet S^tem V^ram diutissime sospitem
et fœlicem. Cui me iterum, regnique et dominia mea humiliter com-
mendo Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Regi.

Accepimus Decanatum Catedralis Eccl^ie S. Crucis Wratislauien(sis)
Post obitum Venerabilis olim Georgii Sauerman, eiusdem Deca-
natus immediati possessoris vacasse, Nobilem etiam Achillem Sci-
pionem Nolanum (nobis ob egregiarum virtutum, famam non
vulgariter commendatum) ad eundem Decanatum non conte-
mnendum Ius habere dum modo M^tis V^re clementia, fauor et
autoritas atque consensus ad id accederet. Ideo M^tem V^ram
rogamus, ut eidem Achilli Nolano, non modo ius suum quod
ad dictum Decanatum habet confirmare, Sed etiam quantum
in eo M^ti V^re, post mortem supradicti Georgii Sauerman ac-
creuit et conuenit. Liberaliter pro hac vice conferre dignetur.
Quo is Scipio cepta sua studia commodius prosequi, et olim ad
Summum fenestrum peruenire valeat. Qua in re non mediocre

testimonium mutue amicitie nre ostendet M.tas Vra, quod nos vicissim erga eandem mutuo amore et studio compensare studebimus. Felicissime valeat M.tas Vestra, nosque diligat. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Leoni Summo Pontifici.

Nobilis Achilles Scipio Nolanus. Cum ob multas egregias virtutes suas, tum precipue ob summum optimarum artium, quibus incumbit studium, adeo nobis charus est, ut de ornando eo et augendo, solliciti simus, speramus enim eundem non minus quam fratrem eius Valerium vere pietati et religioni, perinde ac ecclesiastice dignitati usui et ornamento esse futurum. Sed cum augmentum dignitatis eius vix progressum suum habere poterit, absque singulari gratia S.tis Vre. Ideo eundem Achillem eidem S.ti Vre his nris commendatum esse duximus, et commendamus, rogantes diligentissime S. Vram dignetur etc. gratia sua peculiari eum prosequi, et in coadiutorem Decanatus ecclie Catedralis Wratislavien, simul et decanatus ecclie collegiate in Glogovia, creare subrogare, ordinare et sufficere, auctoritate sua aplica, ipse quidem Scipio, negotium hoc per procuratorem suum apud Vram S.tem sollicitaturus est. Nos vero totum id acceptum referemus S.ti Vre. si quid in eundem beneficentie, et liberalitatis sue contulerit ut dominus noster clementissimus. Quem deus pro salute ecclie sue quam diutissime faelicem et incolumem servet. Cui et nos et regnum nrm commendamus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Leoni decimo.

SAnctissime. Fuit dudum controuersia inter ordinarios et plebanos regni mei super decimis Nouialibus. Quamquidem controuersiam predecessor Sctis Vre, diuus Leo Pontifex discussit, et Bullam ipsis ordinariis concessit. Qua non obstante, quidam Plebanus Rdum Dm Epum Ploczen, ratione talium decimarum impetit. Quia vero Epi regni mei sustinent magnum pondus reipce et in tuendo statu suo ecctiaco. plebani autem cum opulentiores sint, neque resident circa parochiales suas, neque etiam aliqua grauia onera publica ferunt, vt ferunt epi, Supplico vre Sti vt ea ipsam Bullam in suo vigore conseruare, et tam huic plebano, quam aliis in posterum Epos suos, de huiusmodi decimis impetendi viam omnem precludere dignetur. Faciet Vra S. rem sua prudentia, et benignitate dignam, et mihi gratissimam. Cui me iterum commendo humiliter.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

RMe

Mittit in vrbem Rdus dominus Epus Ploczen presentium exhibitorem Nuncium suum in causa decimarum noualiu, de quibus cum dudum controuersia inter ordinarios et plebanos Regni mei

fuisset, illam divus Leo Pontifex decimus discussit, et Bullam pro ipsis ordinariis concessit, Qua non obstante, quidam plebanus ipsum dominum Epum Plocen racione talium decimarum impetit, allegans, vt intelleximus Bullam ipsam ad regnum duntaxat Polonie concessam, se ad Ducatum Masovie non extendere, cum tamen is ducatus intra regnum contineatur, et nunc sublatis ducibus nobis immediate, vt reliquie terre Regni mei est subiectus. Quare cum Epi regni mei sustineant magnum onus reipub^ce et in tuendo statu suo ecclia^rum, plebani autem cum opulentiores sint, neque resident circa parochiales suas, neque etiam gravia aliqua onera publica ferunt, vt ferunt Epi. Commendamus Vre R^me D^m hunc Nuncium cum eo ipso negotio, rogamusque illam plurimum impetrare velit apud Sanctissimum D^m nrm, vt dictam Bullam ordinariis Regni mei concessam, in suo vigore conservare, et tam huic plebano quam aliis in posterum Epos suos de huiusmodi decimis impetendi, viam omnem precludere dignetur. Faciet nobis Vra R^ma D^o rem multo gratissimam. Cuius bone amicitie nos commendamus, et cupimus, vt felicissime valeat. Dat etc.

Sigismundus primus Rex Polonie summo PONTIFICI

Sanctissime etc. Presentium lator erit Nobilis et Spectabilis Ieronimus de Gwidzombus patricius Ferrarien, qui cum iam omnes ferme occidentis partis peragraverit, et demum ad hoc Hungarie Regnum declinaverit, et hinc ad Curiam meam, et ad me concesserit, propter eius virtutes, et nobiles ac probatos eius mores à me libenter, et hic et in Hungaria visus fuit, et humaniter ab omnibus susceptus. Et quia ab eo intellexi causam tam

longe ac laboriose peregrinationis sue processesseqꝫ duntaxat ab exilio
proprie patrie, et a persecutione ad modum iusta minus qꝫ iusta ab
potenti eius inimico, nec alia sane de causa, nisi quia fuit bonus ecclie
et felicis memorie Iulii pontificis devotus, cui ex quo in suspicionem
minus q legittimam inciderat, necesse fuit adherere, diruta tamen
prius domo eius tota, et omnis pene substantia, et bona eius consum:
pta, prout Scti vre facile constare potest, et ei magis q mihi
notum esse, his itaqꝫ intellectis non potui ei et calamitati sue non
parum compati, ac rem visus sum non tam honestam qꝫ charitativa
aggredi, ex animo ipsum commendare Beat.mi vre humiliter ro:
gans eam, ut dignetur ipsum causa dei habere commendatum, et
inter pulueres suorum pedum beatissimorum suscipere, et sub umbra
alarum suarum sanctissimarum eum fouere, prout ex innata eius cle:
men.a erga miseros semper facere consuevit S.tas vra. quam non
dubito propter eius clementia posse pati, neqꝫ tollerare, qꝫ devotissimi
eius oratores, et boni ecclie propter bona opera tantopere
pati debeant, qꝫ miserabiliter et minus q iuste cogantur in aliena
patria, non solum pro victu necessaria mendicare, sed proprie etia
vite magna custodia tutelam querere. Cum itaqꝫ iustum sit et
honestum in similibus amicos et afflictos oratores protegere atqꝫ tueri,
et ut alii quoqꝫ in futuram sperare valeant, in benignitate et clemen.a
beatitudinis vre, non dubitaui prefatum dominum Ieronimum
taliter minus qꝫ iuste oppressum eidem humiliter comendare. Cuius
pedibus etc.

Sigismundus primus Rex Polonię Clementi Papę septimo

Reverendissime in Christo pater. Superioribus annis, post partam illam diuinitus concessam memorabilem victoriam nostram de Moscho acerrimo Romanę ecclesię insectatore et hoste, sed non solum in nostram perniciem, sed et ad alia maiora patrada facinora, cum aliis hostibus nostris conspirauerat, Diuę memorię Leo Pontifex pro sua illa qua fuit à natura preditus incredibili humanitate, proque paterno et optimi pastoris officio, vt qua parte posset, sponte currentibus animis calcar adderet, ad reliqua bene gerenda negotia, vtque dies ille diuę virginis dominę nostrę natalis, quo illa ipsa victoria de hoste est parta celebrior apud nos esset: Concessit nobis Iubilei perpetuam gratiam cum plenaria remissione à pena et culpa, qua omnes fruerentur, ad illam diem confluentes ad curiam nostram quocunque in loco essemus, Concessit item et aliam parem gratiam ecclesię Cathedrali Cracouiensi patroni nostri diui Stanislai, eiusdem ecclesię Episcopi, vt eius dies, quę pro suis summis meritis ad octauam diem mensis Maii festa est maiore populi concursu, et deuotione celebrior esset, Nosque hunc ipsum locum superioris temporibus, quibus à rebus bellicis aliquid superest ocii, libenter incolimus. Non fugit nos autem: sub isthoc Romani Iubilei tempore, omnes tales concessiones et gratias in cuiuscunque fauorem datas intermitti, ac à sede apostolica suspendi solere. Sed quia nec verisimile nec possibile est, omnes vel ex propinquis regionibus istuc ad haueriendos ex fonte salubérrimos hos latices confluere posse, vt saltem nobiscum, qui etiam ad fontem venire non possumus ex his riuulis, qui ab isto fonte manarunt, haurientes reficiantur. Rogamus plurimum D. vestram Reverendissimam velit à Sanctissimo domino nostro impetrare, vt hanc suspen:

sionem per breue suum relaxare et absoluere, et cum hii vinculi sint perpetui ne qua auctoritate cursus eorum interpellari possit. Quin sit vere perpetuus litteris suis declarare, ac liberaliter impartiri dignetur. Inter alia vero que a sua S.te cum summa gratitudine accipere sole: mus, id etiam non in postremis a nobis reputabitur, immo vero ita gratum erit, vt nihil gratius esse posset. Vrē quoque R.me D.ni opera in hoc vti in aliis solet, erit nobis quam maxime grata. Que bene va: leat et nos habeat sibi commendatos, sueque S.ti per omnem occōm commendare velit.

Sigismundus primus Rex Polonie

Vniuersis et singulis Prelatis, proceribus, dignitariis, Officialibus, status vtriusque ecclesiastici, scilicet et secularis Capitaneis, Castrorum Ciuitatum, Oppidorum, villarum, et aliorum locorum prefectis, ac eorum gerentibus vbilibet in regno nostro consistentibus, aliisque quibuscumque ad quos presentes litterae nostrae peruenerint. Salutem et gratiam Regiam. Non incognitum esse vobis volumus quod Sanctissimus in Christo pater Dominus Leo diuina prudentia Papa decimus gratiam Iu: bilei, prius nobis ad regnum et dominia nostra concessam prorogare eius S.tas dignata est, adhuc a fine primi anni vsque ad duos se: quentes durandam, que vt debito modo et ordine dispensetur, pec: cuniaeque ex illa collecte et colligende non distrahantur. Commisimus et presentibus committimus Ven.li Paulo de Seudla sacrarum litterarum professori, Capellano nostro, quem etiam Venerabilis et religiosus frater Raphael de Prossowicze Viccarius prouincie regni nostri ordinis fratrum minorum de obseruantia, principalis execu: tor eiusdem gratiae, Commissarium ad hanc rem instituit, non solum in

terris Regni nostri, et locis Gnesnen et Leopolien prouintia. Sed etiam in aliis terris ditioni nre subiectis, ordinem in dispensatione ipsius grae Iubilei facere, pecunias colligere, et vtriusqz officium tam Commissarii qz Collectoris gerere. Quare mandamus vobis et vni: cuiqz vrm, vt eundem Paulum Doctorem pro comissario et colle: ctore pecuniae ex dicta gratia Iubilei prouenientis, et prouentu: re habentes, ipsum vbiqz locorum ad faciendum et ordinandum omnia que illi pro necessitate eiusdem grae oportuna, ac nobis et reip.ce, tam regni nri qz terrarum et dominorum ad nos pertinen: tium vtilia esse videbuntur ipsi consilia et auxilia detis, et sal: uos conductus vbi opus fuerit. Pro officio nostro et gratia nostra facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

Rme in Christo pater etc. Scripseramus iam antea ad R. D. vram eam rogatam habentes vt eius Canonicatus et pre: benda Posnanien quod ad petitionem Rdi olim Ioannis de Lu: bramiecz Epi Posnanien, a sede Apstica pro se impetrauerat, Rdo domino Petro Epo Posnanien moderno et Regni nostri Vicecancellario conferre dignaretur, Rma etiam Do Vestra se id facere velle quibusdam litteris suis ad nos scriptis Significauit/qua propter eandem Rmam Dnem Vram iterum atqz ite: rum rogamus, velit iam tandem hoc ipsum ius suum eidem Rmo Dno Epo Posnamensi moderno tribuere. Nam is qui se modo eius prebende coaiudtorem asserit est ei numeri prorsus inutilis, Dominus vero Epus Posnamien modernus, vult in eadem prebenda locare Iuris Pontificii Doctorem qui legendo et docendo magne

vtilitati ei ecclie erit futurus prout hoc ipsum Venerabilis Dominus Stanislaus Borgk Canonicus Wratislavien Secretarius et Nuncius noster, cui super ea re cum R^{ma} D. Vra tractare commissimus plenius cum eadem conferret. Cui fidem habere velit R. D. V. Valeat felicissime Vra R^{ma} D^o.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Pape septimo

Beatissime. Venerabilis Petrus Suffraganeus Plocen ecclie Electus est Archidiaconus eiusdem ecclie iure huius privilegii quod me petente divus Leo Pontifex pie memorie Catedralibus ecclijs in regno meo concessit. vt penes ordinarios cum capitulis suis sit ius cooptandi archidiaconi in locum demortui quoties ab hac vita eos in singulis ecclijs decedere contigeret. Trahitur autem istuc ad iudicium pro eodem archidiaconatu ipse Suffraganeus, quem nescio quis, generalis cuiusdam gratiae concessione a iure ad vtilitatem ecclie quaesito deturbare nititur, ut suis rationibus alieno incommodo prosit. Causam igitur vre Sancti^{ti} commendo, et rogo dignetur eum eripere ab eorum potestate, Qui ut dixi duntaxat rationibus suis consulentes id minime curant, Quod ad communem vtilitatem et decus ecclie pertinet. Is enim Suffraganeus non solum officium epi et archidiaconi in diocesi exercet, sed circa ecclesiam residens et officium concionandi exercet, et lras sacras ad erudiendum communem clerum profitetur, quarum scientia hac tempestate potissimum, per quam est ei necessaria, ut sit antidotum solidum ad muniendum fidelium pectora contra luterana aconita, que pestis illa sub quorundam presidio delitescens, qui Romanae ecclie sunt

nifestissime liberaliter propinans, in multas iam partes affatim effundit, et quotidie impudentissime diffundere non cessat. Commendo

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

Impetraveramus apud divum olim Leonem Pontificem X. idque in concilio Lateranen. privilegium de eligendis per Epum et capitula ecclesiarum Cathedralium Archidiaconis, quod ex his potissimum omnis rei Eccl.ce ordo dependeret, vigore cuius privilegii electus est non pridem in Ecclia Plocen. R.dus Petrus Suffraganeus eiusdem ecclie, vir dignus, et non vulgari doctrina preditus. Isthic autem Romae, ut fit, quidam versatiles, Archidiaconatum ipsum cum eius privilegii derogatione impetrarunt, et eundem Suffraganeum turbare nituntur, Quod nobis valde est molestum, Et proinde rogamus Vram R.ma P. operam facere dignetur, apud S. D. nrum, ut ipsum privilegium et indultum Aplicum in suo robore conservetur, et ne illi qui ipsum Archidiaconatum Plocen. isthic impetrarunt conatum suum contra concessionem Aplicam, contraque bonum statum et ordinem Ecclesiasticum, ac voluntatem nram perficiant. Quo nobis Vra R.ma P.tas rem multo gratissimam faciet. Que felicissime valeat, et nos ac negotia nra habeat sibi commendatos. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R[me] etc. Impetraueramus olim à felicis memoriæ Leone Decimo Pontifice priuilegium Ecclesiis Cathedralibus regni nostri, ut archidiaconi, quorum munus est Dioceses lustrare, et que noxia sunt religioni peruestigare, ad quod probatis viris et prudentibus est opus: non nisi per Epōs et capitula sua eligerentur, nec ullis impetracionibus et gratiis subiicerentur, ac ut huic priuilegio derogari non posset. Arbitratique sumus idem priuilegium firmissimum futurum, non adeo, quod omnia necessaria sint ampliter descripta, quam quod à nobis apud eam sedem impetratum sit. Que ut in solida petra edificata credimus, ita non nisi firma et solida ex illa prouenire deberent. Nunc autem vacauit Archidiaconatus Crac. vacauit et Plocen. ad quorum utrumque iuxta priuilegium viri digni sunt ab Epis et Capitulis ipsorum electi, utrique mox lis à leuibus personis intentata, et priuilegio derogatum. Quam eiusmodi concessionum infirmitatem nemo hic non miratur, nemo non indigno animo fert, habentque hinc et ex aliis id genus accidentibus causam non mediocrem turbandi et vellicandi statum Ecclesiasticum hii censores, quos hoc infelix seculum auget assidue. Rogamus itaque D. Vram R[mam] dignetur hoc ipsum iustissimum et summe necessarium priuilegium, ut et hii Archidiaconi Crac et Plocen qui electi sunt non impetrantes et priuilegium ipsum in robore et firmitate sua conseruetur, neque deinceps illi derogetur, Nam hec res non solum est ex animo meo, sed prorsus ex re et necessitate boni status rei Ecclesiasticæ

in regno nostro. Quam nos ut a maioribus meis recepimus, ita cupimus integram et illibatam conseruare. Felicissime Valeat Vra Rx ma Do. et nos diligat. Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi septimo Pontifici Maximo

SAnctissime etc. Supplicaui iam alias sepe Vre Sti per litteras et Nunctios meos, ut ita prospicere dignaretur ecctiis Regni mei, que nunc ut fere ubique fluctuant, quod domini Epi ad locandos in illis viros idoneos, et qui statum Ecclasticum sua doctrina et existimatione manu tenere possent, saltem menses suos ordinarios ad conferenda sacerdotia haberent, ut neque per reseruationes, neque aliquos alios modos impedirentur, idem etiam nunc Vre Sti supplico nulla alia processus ratione, quam ut statui Ecctiaco, cui Vram Stem potissimum adesse conuenit, quam optime consuleretur / et quia vacant in presens sacerdotia Venerabilis olim Ioannis Salomonis, qui familiaris erat quondam Rmi Dni Cardinalis Alexandrini, proindeque Sacerdotia ipsa reseruata seu affecta esse videntur. Cum tamen ille mortuus sit in mense ordinariorum, Prouidit Rx dus dominus Epus Crac. Regni mei Vicecancellarius, de ipsius Sacerdotiis viris doctis, et tam ecctiae quam etiam reipub. ce idoneis. Quare supplico Vre Sti ut hanc illius prouisionem ratam habere, et si qui essent petitores, qui prouisionem ipsam impedire vellent, illis Vra Stas abimere dignetur, faciet rem quidem mihi non vulgariter gratam, sed et rei ecctiace plurimum conducibilem, me Vre Sti etiam atque etiam ex corde commendo. Quam dominus quam diutissime seruet sospitem et felicem pro mea singulari consolatione Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

Reverendissime Involvuntur multa beneficia Ecclesiastica in regno nostro unionibus variis, et impetracionibus per Curiales Romanos presertim Italos, cumquibus deinde nostrates, qui nulla virtutis via possunt ad illa pervenire, pecuniarias faciunt compositiones. Que res et magnum detrimentum affert dignitati status Ecclesiastici, et preiudicium Dominis Episcopis regni mei, qui cum in paucutis his mensibus quos ad conferendum habent impediuntur, servare non possunt viros eruditos, et idoneos, cum quibus officia sua ac administrationem Ecclesiarum et diocesum debite exequi valeant. Inter ipsos autem dominos Episcopos maiorem hac in re iniuriam et difficultatem pati videtur Reverendus dominus Joannes Episcopus Posnaniensis Consiliarius noster sincere nobis dilectus, ob angustiorem facultatem conferendi beneficia in Episcopatu suo, ratione iurispatronatus secularium. Quod omnes ipsius ecclesias Collegiatas occupavit. Qui cum fretus benivolentia Paternitatis Vestre Reverendissime confugiat ad illam in hac difficultate et molestia sua. Rogamus et nos eandem Reverendissimam Paternitatem Vestram agere velit apud Sanctissimum dominum nostrum, et intercedere, quo eius Sanctitas non sinat fieri hanc iniuriam collationibus ordinariorum, nec non detrimentum in dignitate status Ecclesiastici, quod eius maius fit (eo magis fit), quo amplior facultas datur ambiciosis hominibus, tam per uniones quam etiam impetraciones sacerdocia impetrandi captandi, et probos viros quibus ob eorum merita, conferuntur impediendi. Faciet Reverendissima Paternitas Vestra rem dignitati Ecclesiastice conducibilem, et nobis gratissimam, quam illi vicissim pari gratitudine nostra refferre curabimus. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Marsupino Oratori Lodouici Regis
Hungarie

Rde Syncere nobis dilecte. Declaravit nobis Rdus Stephanus
Broderiens, cuius locum tu nunc apud istam Sanctam sedem obti:
nes, quanta fide et diligentia curare soleas, res et negocia Sermi
domini Ludouici Hungariae et Bohemiae etc. Regis. Nepotis nri
charmi, ac etiam nostra, quare te nobis acceptissimum reddidisti.
volumusque te propterea in eorum esse numero, quibus libenter com:
modare vellemus, prout hoc per omnem occasionem non preter:
mittemus. Etenim scripsimus Sanctissimo domino nro, quod indies
magis tumultuentur, hic circumquaque homines seculares in ordinem
Ecclesiasticum quos nos eam luem egre arceamus à subditis nris, con:
tagionem hanc facile recipientibus. Cum curae et studio nro id
potissimum conducere arbitramur, ut Epi quam maxime intenderent
viros dignos et hominibus secularibus acceptos in ordinem suum
adducere et illos sacerdotiis providere. Verum quia id prestare
non possunt, arctata multis modis eorum facultate, Supplicamus eius
Sti ut sacerdotia cuiusdam secretarii nri Venlis Bernardi
Vaporoski, hominis quidem medie etatis, sed qui tabe quadam con:
fici videtur, reservaret eius Stas dispositioni Rdi do. Petri Epi
Crac, et Vicecancellarii Regni nri, ut quando ea vacare contin:
geret, posset citra ullum impedimentum, viris idoneis, et seculari:
bus hominibus acceptis, illa conferre. Sunt enim ob familiaritatē
eius Sti reservata, et numero magis quam utilitate constant, postula:
mus à te facias in ea re operam et commendationem tuam apud
eius Stem et Rmum do. Cardinalem, Sanctorum quatuor,

Curatoque diligenter, ut postulatis nostris satisfiat. In quo rem gratam nobis faciet, quam sibi favore meo Regio refferre curabimus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi septimo Pontifici Maximo

Sanctissime etc. Iam non ignorat Vra S.tas quam hic undique exagitati sint animi secularium adversus ordinem ecclesiasticum adeo ut hoc malum egre, et a regno meo arcere queat tumultuantibus indies magis vicinis et meis contagionem facile recipientibus, nisi summa cura mea impediret. Ad quã quidem curam et studium meum iuvandum, et rem ecclesiasticam confirmandam, nihil magis conducere arbitror, quam ubi Epi possint quamplurimos ex ordine Procerum et Nobilium sibi devincire, et sacerdotiis liberos et propinquos eorum qui digni sint providere. Verum quia id illis raro contingere potest, ut libere sacerdotia conferrent, opus est, ut ad rem tam conducibilem benignitas et clementia Vre S. illis opituletur. Et proinde cum Venerabilis Bernardus Vaporoski Cantor et Canonicus Crac. secretarius meus, homo quidem non senex, sed quadam tabe affectus, videatur non diuturnus esse, si morbus ut cepit perseveraverit, qui pleraque, non insignia tamen habet sacerdotia, eaque propter familiaritatem apud predecessores Vre S.tis reservata, Supplico ex animo eidem S.ti Vre dignetur ipsa sacerdocia eius in omnem eventum quando vacabunt, qualiacunque sint in dispositionem Rev.di D.ni Epi Crac. et Vicecancell. Regni mei specialiter reservare, ut cum vacaverint,

possit ea personis dignis, et rei Ecclesiae utilibus conferre, Faciet omnino Vra Stas opus apud omnes commendabile, mihique gratissimum et statui ecclesiastico salutare. Deus opt. Max. servet Vram Stem diutissime sospitem, et felicem. Cui me etiam atque etiam ex corde commendo. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie dno Cardinali Protectori et Archiepo Capuano

Rme in Christo pater, et domine amice charme ac honorande. Scribimus S. D. N. quam in dies magis tumultuentur hic circum: quaque seculares in ordinem Ecclesiasticum quamque nos eam luem egre arceamus a subditis meis, hamum hunc etiam avide vorantibus, Cui curae et studio nostro id potissimum conducere arbitramur ut Epi quam maxime miterentur, viros dignos et hominibus acceptos in ordinem suum adducere, et illos sacerdotiis providere, verum quia id prestare non possunt, arctata multis modis eorum facultate, Supplicavimus eius Sti ut sacerdotia eiusmodi, Secretarii mei. Venlis Bernardi Vaporoski hominis quidem mediae etatis, sed qui tabe quadam confici videtur, reservare eius Stas dispositioni Rdi do. Petri Epi Cracovien, et Vicecancell Regni mei, ut quando ea vacare contingeret, posset citra ullum impedimentum viris idoneis, et secularibus acceptis, illa conferre; sunt enim ob familiaritatem eius Sti reservata, et numero magis quam utilitate constant, Qua in re ut Vra Rma Do operam et commendationem faciat apud eius Stem illam plurimum ex animo commendo rogamus, Erit profecto haec concessio illius Stis, et intercessio Vre Rme D. tum statui ecclesiastico conducibilis, tum nobis apprime grata, qui statum ipsum Ecclesiasticum omnibus modis manu:

tenere, et inuiolatum ^cum^ obseruare studemus. Felicissime valeat Vra Rma Do et nos diligat. Dat etc.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali de Grassis

Rme in Chro pater. Credimus meminisse Vram D. Rmam, quam sepe et diligenter petiuimus ab illa, impetrare dignaretur apud S. dominum nrm, vt ordinarii regni nri saltem menses suos liberos haberent, ad sacerdotia conferenda viris dignis, et ad manutenendum statum eccliarum idoneis. Scribimus in eadem ipsa re iterum Smo domino nostro, et rogamus plurimum Vram Rm D.nem agere velit apud eius Stem, vt huic postulationi nre que est solo intuitu rei eccliastice annuere dignetur. Cum autem mortuus sit in hoc mense Februario Venlis olim Jo: Salomon familiaris quondam Rmi Dni Carolis Alexandrum, prouidit[que] de eius sacerdotiis Rdus Epus Crac. regni mei Vicecancellarius viris idoneis, et presertim de Canonicatu Crac Venli Georgio Missbowski Juris vtriusq[ue] doctori viro erudito et nobili nro[que] Secretario. Rogamus ex animo R. D. Vram efficere dignetur, vt S. D. N. prouisionem hanc ratam habere, et nulli alteri sacerdotia ipsa conferre dignaretur. Erit nobis hec res nullo gratissima, quam vicissim Vre Rme D. omni studio et gratificatione nostra referemus. Commendamus nos et negotia R. D. V. que sit felix et incolumis. Dat etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici Clementi septimo

Beatissime pater. Magister Iacobus de Jslza teologus lector in studio Crac. cum pro quibusdam excessibus contra leges domesticas factis in eum animaduerteretur, a ceteris eiusdem studii lectoribus, penes quos potestas est in eos animaduertendi, qui contra leges peccauerint. Iure suo non contentus istuc ad sedem apostolicam refugit, ut turbet homines quietos et studiis deditos, atque ab Iudiciorum strepitu abhorrentes, qui a maioribus meis ad hoc instituti, et legittimis premiis aucti sunt, ut et ipsi bonarum artium studia colerent, et aliis sic traderent, ut labor eorum sit eis fructuosus et salutaris. Exercent quidem ipsi vim legum suarum, seuere eos excessus, quos domestice ordinationi noxios esse cognoscunt, et vident corrigendo. Sed tamen quidquid agunt, ad equitatem omnia referunt, nec ullam penam tam atrociter culpis delinquentium irrogare solent, quin facile tollerari possit, id potissimum prospicientes, ne cui prebeant iusta causam alio prouocandi, et studia sua via Juris sibi insolita interpellandi. Qui si ab aliquo trahuntur ad Iudicia, vel alia quecunque munera lacessantur ad meum presidium confugientes, a me implorant auxilium. Non ignari me perque libenter solere ingenia fauere ad commodum reipublice proque mea et regni mei honestate et ornamento. Itaque oro supplex Vestram S. dignetur ob eas causas supradictas quas cernit et honestas et rationi consentaneas esse, His Iudicibus quibus causa commissa est iniungere et inhibere, ut eius Iudicio supersedeant, et hunc eam

integram et indecisam remittant, quidquid enim cognitum fuerit, quod sibi iniurium videretur, ita resarcietur et reformabitur. ab R^do D^no Crac. Epo, non minus iuris quam iusticie consulto. Cuius Iurisditioni Studium ipsum eius fonditor et fundator subesse voluit, ut neutra parcium de iniuria iuste queri possit, causam sit habitura. Commendo me rursus. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Campeio

R^me in Christo pater etc. Jacobus Ilsza confugiens istuc movit litem temere, doctoribus et Magistris Gimnasii Crac. effecitque suis artibus, ut in Iudicio Rote sentencia diffinitiva con eos inscios ferretur. Qua de re cum ipsi Doctores ad nos confugerent. Supplicavimus per litteras S^mo D. n^o ut causam eorum extra rotam advocare, et eam denuo R^me D. V. simpliciter et de plano cognoscendam, vel saltem amicabiliter componendam committere dignaretur, Expensas tamen in quibus condemnati sunt ad finem litis, seu amicabilis compositionis reservando. Quare (sicut prout futurum non dubitamus) Idem S. D. n. eandem causam R^me D. V^re committere dignabitur. Rogamus illam plurimum, velit se eisdem doctoribus et Mgris. equum et faventem Iudicem prestare. accepta ab hoc eorum Nuncio qui presentes reddidit plenori de negotio illorum instructione. Id nos vicissim omni studio et gratificatione nostra referre curabimus V^re R. D. Que valeat felicissime et nos diligat. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi septimo Pontifici Max.mo

Beatissime pater etc. Quanto usui ne dicam ornamento huic Regno Poloniae sit universitas studii huius Crac., facile vel hinc perspici potest, quod doctores et Mgri eius et hostibus fidei Chri, quibus nunc infestantur omnia, doctrina sua resistunt, et iuventutem optimis artibus erudiunt. hii tamen insolentia cuiusdam Jacobi Iszka, qui eos istuc ad iudicium evocat turbantur, et ab instituto studiorum suorum abstrahuntur. Quamvis autem S. Vra (prout intellexi) aliquatenus rebus eorum gratiose providere dignata est, quod executionem sentenciae istic, contra eos late, ad quatuor menses suspendi mandavit. Tamen quo dicte res eorum magis in tuto sint, Supplico eidem S.ti Vre dignetur alicui ex R.mis dominis Cardinalibus, et si placet R.mo domino Cardinali Campejo, extra Rote Judicium simpliciter et de plano causam eorum examinandam et cognoscendam committere, Expensas in processu eiusdem cause in contumaciam eorum factas, ad finem litis seu amicabilis compositionis reservando, ut iidem doctores et Mgri ex tantis difficultatibus liberati, eo commodius studiis, reliquisque institutis suis vacare valeant. Id ego S.ti Vre omni devotione ac observantia mea promereri studebo. Cui me uti patri Clementissimo omni studio etiam atque etiam commendo. Cupioque ut diu et felicissime valeat, pro bono statu reip. Chrianae, et mea singulari voluptate

Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi septimo Pontifici Maximo

Sanctissime in Christo pater etc. Scripsi iampridem S. Vrę, rogans, vt causam que inter doctores et Mgros Gimnasii litterarii Crac. et quendam Jacobum Islza in iuditio rote agitabatur huc ad Regnum meum iudicandum remittere velit. Vraque Stas benignissime simul et humanissime mihi rescribere dignata est, se libentissime quidem precibus meis annuere velle, sed ei hoc ipsum quod petebam facere minime tunc integrum fuisse. Propterea quod sententia diffinitiua, contra eosdem doctores et Mgros iam lata esset. Illud tamen S. Vra ex singulari sua gratia se fecisse lris suis significauit, quod executionem dicte sentencie, ad quatuor menses suspendi mandauerat, si forte interea temporis inter litigantes, quo quo modo conuenire possit, pro qua beneuolentia et in me paterno affectu ago et habeo illi summas gratias, Qui videlicet peticionem meam aliquatenus exaudire dignata est. Verum quoniam iidem doctores et Mgri honestissimis atque laudatissimis studiis intenti. Videlicet contra impia dogmata Luterana, que opinione, magis nunc inualescere videntur, constantissime decertando, et Catolicam religionem promouendo litibus et controuersiis iudiciariis minime apti et asueti sunt, quo tranquillitati vite eorum simul et honesto ocio, quo studiosa iugenia aluuntur, consulere valeant. Supplico Sti Vrę dignetur etiam huic meę voluntati et voto, minime vt arbitror improbando, acquiescere et rem omnem, ac cam, pro qualis est, que vtique parua est et subdole minimum ab homine importuno et pertinaci intentata, extra iudicium rote aduocare,

eamq alicui Rev^morum D^num S. Ro. Ecclesie Cardinalium simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii cognoscendum, et arbitraliter, sive amicabiliter componendum committere, reservando expensas in processu eiusdem cause factas ad finem litis seu amicabilis composicionis. Cum autem Rev^mi domini Cardinalis Campegii in cognoscendo acumen, in iudicando aequitas, in decernendo gravitas, et integritas, multorum relacione mihi declarata est. Rogo plurimum S^tem V^ram, dignetur eum eidem cause nostre cognoscende preficere. Quo faciet rem sua benignitate dignam, et mihi non vulgariter gratam. Commendo me etiam atque etiam Regi et D^no meo V^re S. quam pro incolumitate rei christiane et optatis meis, cupio esse quam diutissime sanam felicem et sospitem

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi septimo Pontifici Maximo

R^me in Christo pater. Comendavimus per literas causam lectorum studii nostri Crac. S D. meo, qui a collega suo M^gro Iacobo de Iliza teologo, istic agente accusati sunt, tanquam ab eis iniuria affectus esset, Quemadmodum V^ra Rev^ma D^o ex hiisdem literis uberius cognoscet, quam plurimum rogamus velit ipsam causam sue S^ti commendare, et perficere, ut remittatur ad Iudicem suum Rev^dum D. Ep^um Crac, de cuius iusticia, et in iure dicendo pericia, nihil est quod dubitacionem possit afferre. Qui si quid comperierit, quod possit iniuriam conferri in hac causa, sive controversia sic resarcire et instaurare curabit, ut non possit iuste deinceps is de iniuria queri, qui se gravatum existimans id agere contendit, quod absque gravi iniuria alterius partis fieri non potest. Optamus V. R. D. bene valere. Cui nos commendamus

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi septimo Pontifici Maximo

Sanctissime etc. Scribere nobis dignata est Vra S. se non posse causam universitatis Cracovien., quam habet cum Jacobo Islza theologo, Commissam auditori et decisam revocare, sed ut universitas ipsa mitteret mandatum ad concordiam faciendam. Ego clementissime domine cuius maiores hanc ipsam universitatem pro incremento sancte religionis Catolice fundarunt non libenter illam destrui videremus. Videmus autem homines quietos, et litteris solis deditos, non alio celerius dissipari, et facultates eorum ad negotia literaria institutas, facilius exinaniri posse, quam istiusmodi litigiis, mallemusque quod ipsi semet suis statutis et consuetudinibus regerent, suorumque superiorum iudicia subirent, quam ut unicuique inquieto et versatili potestas esse deberet, quamlibet ob causam tot bonos patres, studiisque occupatos tam longe vocare et turbare. Miramurque vehementer, ut cum ipsi collegiati docuissent, coram nobis, se citatos non fuisse, quo pacto istic procedi adversus illos potuerit, Presertim cum illi longe absint a Tyrrannide, ita ut in fine cuiusuis sortis homini illos tute citare liceat, nec minus miramur, quod dictus Iacobus, propterea quod villa iuste privatus sit, quam destruxit tantas istic tragedias misceat. Proindeque videretur nobis equum et decens ut permitteretur universitas suis iuribus, et immunitatibus gaudere, nec ad arbitrium, et inpeticiones unius sediciosi confundi et labefactari, et presertim ita longe, ubi sine maximo incommodo, sine litigare, sine concordias facere non possunt. Itaque rogamus plurimum V. Stem ut saltem ipse Iacobus mittat huc mandatum et facultatem

ad concordandum cum illis. Nos vero committemus R. dno Epo Crac. ipsius universitatis Cancell°, et aliquibus aliis consiliariis meis ubi hanc causam inter illos arbitraria cognitione, seu concordia dirimant et componant. Faciet Vra S. rem sua excelsa virtute dignam, et nobis multo gratissimam. Cui nos ac totum regnum et dominia mea ex corde commendo. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi septimo Pontifici Maximo

Sanctissime. Impetraverat olim a predecessore S. Vre Alexandro vi Rdus olim D. Creslaus Epus Vladislavien, regni mei quatuor prebendas in ecclia collegiata Crussvicien, pro confessoribus in ecclia sua catedrali, quas Epi viris ad hoc officium idoneis conferrent, et eius impetracionis extant supplicationes, signate littere vero, quodam modo sunt deperdite. Supplicat modernus Ds Matias de Drzewicza Epus Wladislavien, et ego una cum illo Sti Vre dignetur illam concessionem predecessoris sui ratam habere et innovare, Nam alioquin circa dictam ecclesiam collegiatam nemo prebendariorum, quorum numerus est ad 26. degere solet. Faciet Vra Stas rem perutilem ecclie catedrali illius Epatus, et mihi non vulgariter gratam. Que felicissime valeat et me cum regno et dominiis meis habeat in gracia et benignitate sua commendatum. Dat etc.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Sanctorum Quatuor

Rme in Christo pater et domine amice charme ac honorand.
Albinus subiectus nr, Idemque Vilnen Canicus cum in quadam
causa iudicem delegatum ageret, contra quendam scholarem, non:
modo furti. Verum etiam Sacrilegii accusatum, victumque, Senten:
ciam tulerat, vt in perpetua vincula conijceretur, qui tandem
elapsus Romam vbi sceleratissimi, cuiusque tutissimum perfugium
esse existimavit, se contulit, vbi improborum consiliis, et sui simi:
lium, id assecutus est, vt contra eundem Albinum, ex monito:
rio penali, per audientiam contradictarum censuras, cum ful:
minatione interdicti obtinuerit, Non possumus non iniquissi:
mo animo ferre, homines bonos, quietos, innocentes, ac Offi:
ciales Episcoporum suorum, vt est iste Albinus, à nagis
istis, et impudentissimis nebulonibus, vexari, et turbari. Nihilque
nobis foret facilius, quam eiuscemodi audaculorum, temeritatem
comprimere, nisi Ste Sede Romane quam iam ab initio ve:
nerari sumus soliti, eiusque Iudiciis et processibus obsecundare:
mus. Nec tamen adduci possumus, vt credamus, ea que contra
~~pabs~~ fas et equum istinc emanant, Sciente et conniuente eadem
Sta Sede, fieri, sed vtcumque tandem est, Rmam Dnem Vram
rogamus, pro auctoritate eius, qua illam apud Smum Dnm nrm
valere non dubitamus, agat, perficiatque, apud eius Stem quo
ipse Albinus Canonicus, à talibus censuris penitus absolue:
retur. Et ne deinceps talibus nebulonibus in innocentes et
probos viros grassandi occasio et licentia concederetur.
Alioquin nunquam corrigere possent Episcopi Regni nri, aut corri

officiales, homines facinorosos, pro illorum excessibus, si semper istuc ad Iudicium euocari, et modis indignis molestari debeant. Induximus quidem in animum nrm iam pridem pro dignitate et auctoritate S. Sedis Romanae, pro virili nostra insudare, atq̃ aduigilare, idq̃ non verbis, sed re ipsa, perfecimus enim, ut declinantibus ab eadem sede vicinis nobis regionibus, in Regno nrõ suum decus dignitatemq̃ obtineat, Equum itaq̃ et iustum esse arbitramur, ut ab eadem sede id obtineamus, quod vicissim ad decus et dignitatem, Immo ad quietem Regni nri, clerīq̃ eius maxime conducere perspicimus. Commendamus nos causamq̃ hanc Rx^me^ D^ni^ Vre, eamq̃ q̃ diutissime valere optamus. Dat

Sigismundus primus Rex Polonię Cardinali S. Quatuor Protectori Regni Polonię

R^me^ in Christo pater et. Magno plerumq̃ impedimento esse solent Dominis Episcopis nris, quin ipsi et rem suam debite curent ecclīasticam in emendandis moribus sibi subiectorum, et nobis (nunc precipue vndecumq̃ circumstrepentibus armis) pro debito et officio suo adsint, Quidam facinorosi ac infames, quorum ut quisq̃ Romam attigerit, mox vel citaciones personales, vel anatemata et id genus impedimenta, et noua semper quedam terricula inde huc mittunt aut afferunt, in quoscunq̃ collibitum est, innocentissimos, ac insontes homines, quorum audacia eo vsq̃ iam excreuit, ut clamitent passim hic in eos omnes homines, et timemus profecto iam vehementer, ut nunc vbiq̃ publice fremitus est in clerum, ne quando oboriatur, quod deus auertat malum aliquod aliquãto, quam cogitemus, speremusq̃ immodestius, ac intemperatius, Nam

sunt nunc istic in Vrbe tales quidam. Inter quos Stanislaus quispiam de Orzechowo Plebanus olim in Swyrani in Magno Lituaniae ducatu Dioecesis Vilnen. homicida verius quam sa:cerdos, non unius, sed aliquot capitum, Idem et deflorator multarum Virginum violentissimus, Ipsiusque ecclesiae suae sponsae, vti dilapidator prodigalissimus, ita in aliis quae officii ipsius erat negligentissimus contemptor, de quibus et aliis multis, perinde intollerabilibus sceleribus, saepius admonitus, totiesque per patronos accusatus, Iuridice tandem et per sententiam, non unius tantum Ven.lis Iacobi Stasskowski Secretarii mei, tunc locum tenentis in illo Epatu, sed totius Capituli Ecclesiae Cathedralis Vilnen. de:creto, postquam manifesto conuictus esset, demumque merito priuatus, et a dioecesi, praescripto sibi tempore legittimo, relegatus, Romam adiens comentus quasdam insecuritates, obtinuisse fertur monitorium personale, simul et penale contra eundem locumtenentem, meumque secretarium, et quendam alium possessorem nunc illius Plebaniae in Swyrani, Interimque illud ipsum Monitorium (vt videlicet impo:neret ipsis monendis, exequendum procurauit in Holomuncz Ciuita:te Morauiae, quae Regio pars est non minima Hungariae Regni, Ipso tunc Iacobo Stasskowski Vilnae agente in Ciuitate Metropo:lytica, Magni Lithuaniae Ducatus, ac nec tale aliquid cogitante, Quae ciuitas magnis terrarum tractibus distat ab ipsa Holo:muncz, adeo vt Poloniae Regnum, cuius amplitudo nota, totum intermediat inter loca. o rem iniquam, citantis et citati, quod in populares quidam istinc ex Vrbe ea huc scripsissent, Sed postquam iste bonus actor illic iam omnia nimirum transegisset, et innocentes homines reos perageret, ne nunc quidem vel citatos se esse sciuissent, Quod factum tam pessimi exempli, vereque veteratorum. Rogamus V. R. P.tem efficiat apud Serenissimum D.num meum, dignetur non sinere transire impunitum, nec patiatur rei condempnatum in aliquo homine, praetereaque innoxium. Sed etiam fraudulentissime circumuentum, et quod est equissimum remittere dignetur Sua S.tas de hac iniuria

ipsum actorem, cum ipso Reo locumtenente ad suum Epum, vel si li:
bet alios quoscumqꝫ Iurisperitos Regnicolas sibi adiungens. Quod
sua Stas facere dignetur, tam in re presenti qꝫ postea in huius simili:
bus, si presertim pacatam esse vult nobis rempub.cam nostram labo:
rantem circumquaqꝫ ab hostilibus impetibus, In qua tamen subo:
rientes iam non raro tumultuaciones contra religionem et liber:
tatem ecclesiacam maximis vix tandem conatibus ac impendiis no:
stris, in pacem et quietem vindicamus. Idqꝫ etiam sedulo agimus,
vt eam manuteneamus, quantum maxime licebit, per hec tempora
et eos turbatores homines, nihil aliud qꝫ improbissimos.

Sigismundus primus Rex Polonie dno Cardinali Sanctorum Quatuor

Rme in Christo pater et domine amice charme et honorande.
Valde miramur qp passim vnicuiqꝫ, vel manifestis excessibus et fla:
giciis notato, istuc confugienti, viros probos et innocentes libere tur:
bare, ac ad expensas et curas inutiles inducere liceat, id quod eve:
nit Venli Ioanni Albino, vtriusqꝫ Iuris Doctori Canonico Vilnen,
subdito nostro, qui cum esset designatus Commissarius per suum Epum
Vilnen, cum aliis duobus Canonicis illius Ecclesie Cathedralis, ad
faciendam inquisitionem de argento ex sacello seu capella ~~mea~~ nra
in eadem ecclia Cathedrali Vilnen constructa furto ablato, ipseqꝫ
doctor Albinus, ex hac inquisitione, et testium depositionibus,
quendam Scholarem Joannem Lopinski, vt et campanas apud
Rutenos subtraxisse, et quedam etiam adulteria publica commisis:
se, ita et de predicto argento suspectum comperisset, illum pro his
facinoribus carceri Epali dedicandum decreverat, vnde elapsus

cum ad Officialem Sedis Metropolitane Gnesnen, ipsum Doctorem Albinum et Collegas suos citasset, ac idem Officialis, hanc causam ad Epum et Capitulum Vilnen remisisset, ipse Scholaris, nulla illic requisita iusticia, istuc ad urbem simpliciter prouocauit, et non deducta ad noticiam ipsius doctoris Albini ulla citacione sua, aduersus illum per contradictas, coram auditore camere, criminaliter procedit. Quia vero idem doctor Albinus, de huiusmodi processu criminali, in quo personalis eius comparitio requireretur, per quendam amicum seu procuratorem suum, istinc certior factus, et offi.o Cancellariatus apud Rdum dominum Epum Posnamien, fungens, ac aliis negotiis suis impeditus isti cause personaliter adesse commode nequit. Postulamus a Vra Rma D. agere velit, ut hec eiusdem doctoris excusatio per eius procuratorem facienda, de personali sua comparitione, locum habere, et causa ipsa ad Epum et Capitulum Vilnen, ubi commodius transigeretur, remitti possit. Rem haud indecentem et nobis gratam factura Vra Rma D.o Que felicissime valeat et nos diligat. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici Clementi septimo

SAnctissime in Christo pater et domine domine clementissime. Post debitam mei regnique etc. Functus est non pridem vita Epus Chelmen in regno meo, in cuius locum nominandum et sufficiendum duxi Vre S.ti Rdum dominum Jacobum Episcopum Camenecen, virtute amplitudine generis, et benemeritis ipsius id exigentibus. Quare commendo illum eidem S.ti Vre, et supplico, dignetur illu

ad ipsum Epatum Chelmen benigne transferre, ac de eo illi prouidere, vna cum reseruatione suorum sacerdotiorum, que pauca admodum habet, Nam idem Epatus Chelmen situs est, in finibus infidelium, et per crebras incursiones ita consumptus, vt Epum suum alere et sustentare, cum debita dignitate, sine aliis sacerdotiis non posset. Merebor hanc gratiam Vre Sti omnibus officiis et obsequiis, tanquam domino clementissimo. Quem dominus deus in longum eum saluum sospitem et semper felicem conseruare dignetur, Et cui me regnumque et dominia mea iterum atque iterum commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Clementi septimo

Sanctissime. Vacat iam pridem Epatus Kyouiensis, situs in extremis finibus ducatus mei Litnaniæ et confinius Tartarorum, et Moschouitarum. Proindeque totus laca et deuastatus Cum cum nemo habere curaret, ego ecclesiam illam desertam, relinquere nolens adegi Venerabilem N. Visgalum, decanum Vilnen, et secretarium meum, virum dignum et idoneum, ut ipsam ecclesiam acceptaret. Supplicoque Vre Sti dignetur ad eundem Epatum ipsum secretarium meum promouere, cum reseruatione tamen suorum sacerdotiorum, que nunc habet, sine quibus nullo pacto sustinere hanc dignitatem posset. digneturque S. Vra de sua benignitate, et habita ratione tam exilis, et penitus destructi Epatus facere illi expeditionem gratuito per breue. Cuius vigore consecrationis munus et Epatus possessionem accipere posset, ac vt dispensaretur cum illo, vt et aliorum sacerdotiorum, que illi successiue conferentur in posterum, cum ipso Epatu obtinere possit. Exigit enim locus ille miserrimus, et

semper predis, et excursionibus expositus, vt qui illic agere debeat, possit sibi commode de victu et vita prouidere. Faciet Vra S. rem iuxta piam ac mihi gratissimam. Quam dominus Deus diutissime preesse faciat sospitem et felicem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici Clementi septimo

SAnctissime in Christo pater etc. Vacante in presens Epatu Vilnen. in ducatu meo Lithuaniae, affero et pnto Sti V. Venerabilem et Illustrem Joannem ex ducibus Lituaniae, ppsitum Plocen., persuasum habens eum, tum illi ecclesiae, tum etiam reip. conducibilem futurum, Supplico itaque enixe Vre Sti dignetur eundem Joannem ad Epatum ipsum promouere, reseruata illi eius ppsitura Plocen., propter diminutos continuis bellis prouentus ipsius Epatus, et statum talem qualem locus ille requirit, commodius et decentius agendum, Supplico etiam Vre Sti vt reliqua eius duo sacerdotia, cum ex promocione illius vacabunt, alterum, videlicet, ppsituram Posnamien., Iuris patronatus mei Andree Cricio, et Canonicatum Cracouien., Stanislao Olessnicio, Secretariis meis fidelibus, hominibus dignis prouidere dignetur, idque vt celerius, et absque difficultatibus aliquibus, que ingeri possent. Vra Stas ex sua in me benignitate prestare velit, plurimum illam et rogo et obsecro. Quam gratiam volo illi perpetua mea obseruantia et deuotione referre et demereri. Cui me regnumque et dominia mea, etiam atque etiam commendo, et deuoueo. Cupiens vt sit diutissime sospes et incolumis

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici Clementi septimo

SAnctissime etc. Sublato ex humanis R[do] olim Fabiano Epo Varmien, Capitulum illud de more et priuilegiis Ecclie sue ac iuxta pacta mecum inita, et per predecessorem S.tis Vre confirmata, elegit ex quatuor gremii sui, quos ego designaueram R[dum] D[m] Mauricium Ferberium, virum probum et doctum, et ubi confido ecclie ac reipub[ce] utilem futurum. Quem Vre S[ti] ac eius hunc et meum Nunctium, eiusqz priuata negotia plurimum commendo. Supplicoqz ut eandem electionem ratam habere et confirmare dignetur. Et quia Magister Prussie cum illi conatus suus in me parum ex animo successerit, totum in defunctum Epum conuerterat, oppidaqz aliquot pociora incauta et male prouisa intercepterat, que etiam num tenet, ac totum Epatum indignissimis modis vastauit, propter quod ad retaliandum nos pari modo coegerat in Epo suo, qui precipuus illius belli, spiritus erat et aruspex. Supplico etiam atqz etiam Vre S[ti] ut habita ratione tante iacture et desolationis ipsius Epatus Varmien, et gratiam suam huic Nouo electo in Annatis et litteris expediendis facere, et beneficia que habet, et ad que Jus illi competit, hoc est Canonicatum et prebendam Osilien, Cantoriam Varmien, et eccliam parrochialem in Millehancz, simul ac cum officiis, que istic Rome obtinet, reseruare dignetur. De his vero sacerdotiis, que in ipsa ecclia Varmien tenet, prouidere velit S. Vra, videlicet de custodia Ven[li] Tydemanno Gize doctori et Canonico, De prebenda vero Ven[li] Paulo Plotorosski, ppto eiusdem ecclie Varmien seruitori nostro. Quo faciet Vra S. rem dignam sua paterna benignitate, mihiqz non

vulgariter gratam, quam illi omni devotione et observantia mea referre curabo. Felicissime valeat Vra S.tas, et me ac negotia mea habeat in gratia et favore suo commendata. Cracoviae

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Fernesio

R.me in Christo pater. Electus est in Epum Varmien. R.dus dns Mauricius Ferberius, qui quondam familiaris R.me D.ni Vrae fuisse probibetur, Cuius aliqua sacerdotia, quia cedere debent nonnullis viris probis et dignis. Intelleximusque consensu ad id opus esse ipsius R.me D. Vrae, plurimum illam rogamus, ut eundem consensum, causa nra libere, et absque ulla pensione prebere non gravet.. Quod illi vicissim omni gratificatione nostra curabimus referre. Felicissime valeat R.ma D.o Vra et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici Clementi septimo

Beatissime pater et domine domine clementissime etc. Postea quam S. Vra ad multiplices meas supplicationes, pro Canonisatione diui Casimiri germani mei dignata est his suis D. Joannem Archiepum Gnesnen. legatum natum etc. primatem regni mei una cum nonnullis Commissariis deputare, inquisitionemque fieri, et testes recipi, super vitae sanctimonia, religione, conservatione, atque miraculis, quibus dei Opt. Max.

misericordia claret mandare idem D^s archiep^us Gnesnensis, ^du ad mandatum S^tis V^re, exequeretur mihi proposuit, vt sub vno processus tenore beati Iacincti Poloni nobili generi oriundi, qui in vita bene mortuorum suscitator esse meruit. Post obitum vero et vsq3 nunc magnis claret miraculis, apud S. V^ram Canonisationem impetrarem. Cuius Jacincti vite historiam ex libro Alberti Leandri Bononien, apud R^mum D^m Nicolaum Felisenum, Gnesnen ^Gemmensem Cardinalem, de viris illustribus intitulato exscriptam V^re S^ti mitto, Assiduis itaq3 nedum ipsius domini Archiep^i, vna cum ceteris regni mei Ep^is Prouintie ipsius Suffraganeis, verum etiam principum Baronum, militum, et totius fere populi precibus, et sollicitudine inductus, et presertim quoniam magne pietatis esse, inprimis existimaui, non pati occidere eorum memoriam quam egregiis factis et supra humanum captum diuina quadam ope gestis eternitatem meruerunt. Supplico S^ti V^re dignetur vna eademq3 opera, ipsi domino Archiep^o, aut si placebit S^ti V^re Crac. vel Premislien Ep^is de beato Iacincto, nunc exequendum committere, id quod pro extollendo diuo Casimiro concedere non est dedignata. Cui me regnumq3 et dominia mea commendo, et eam incolumem et florentem esse pro tranquillo vniuersalis reip. Christiane statu desydero. Datum Cracouie die vltima May. Anno domini M^o D^o XVIII^o Regni n^ri XII^o

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali S. Quatuor coronatorum
Regni Protectori

R^me in Christo pater, et domine amice noster char.^me Iam antea V^ra R^ma D^o dignitas cognouit, que sit meus nostra in causa, fratris n^ri Casimiri, quem a exigua annorum spacio, Postq3 e uita excessit, mlt^s

miraculis clarum esse constat. Scribimus nunc ad sanctissimum dominum nrm, magnopere rogantes, vt aliquibus prelatis vtriusq; Regni nostri examen, et inquisitionem S.tis eius vite et miraculorum. Demandare dignetur vti ex hisdem lrãs ad suam S.tem datis vberius cognoscet, qui de more in talibus rebus fieri solito id faciant quod fieri debet. Vram autem R. D. rogamus dignetur apud suam S.tem hoc negotium ita agere et promouere, vt celerius desyderio nostro satisfiat. Et enim omnia que nostra causa R. D. vestra facere solet, sunt nobis valde grata, tum id quod ad nostram summam et immortalem gloriam propagandam pertinet, per quam gratissimum est futurum, q. cum ita esse cognouerit, eo melius et celerius pro sua summa erga nos beneuolentia et amore perficere curabit. Commendamus nos R. D. V. quam felicem valere optamus. Datt Cracouie die xiij.a Septembris.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici Clementi septimo

Beatissime pater etc. Spero Vram S.tem memoria tenere, quid in causa fris mei Kazimiri apud eam ats egerim, quem constat multis et magnis miraculis clarum et conspicuum esse, quando quidem plurimos votorum suorum compotes factos esse manifestum est, qui ad eius sepulcrum nuncupatis votis ea persoluere non dubitarunt, crebris igitur illius prouincie populorum admonitionibus impellor, vt a Vra S.te petam, ne diutius differre dignetur, id quod communis om lesicia cum magno desyderio expectat, vt si probabile est, cum vite Sant.te et miraculorum certitudine clarum esse, debita ab his inquisitio fiat, quorum virtuti et vite integritati merito fides haberi debet. Oro itaq; et obtestor dignetur Vra S.tas iam tandem aliquibus prelatis Regni

mei hanc provintiam demandare, qui de more documenta et testimonia eius vite et miraculorum ita perquerant, ut si futurum est quod kathologo Illustrium virorum ascribi mereatur celerius fiat, quam gratum quam iucundum id sit mihi futurum Vrã S.tas satis superque cognoscit, et propterea quo celerius et diligentius id fieri precipiet, tanto me maiori gaudio et leticia afficiet. Commendo gratiae Vrẽ S.tis quam felicem et incolumem diu uiuere opto.

Sigismundus primus Rex Polonie summo Pontifici Clementi septimo

SAnctissime etc. Non dubito notam esse Vrẽ S.ti famam diui Ioannis Capistrani, ordinis S.ti Francisci de obseruantia qui cum indies maioribus clareat miraculis, et Vngaria olim insignem eius ope et meritis adepta fuit è Turcis triumphum. Cuperet Ser.mus Nepos meus, et optimates illi eum in numerum sanctorum ascribi, ut cuius uirtutem adhuc in humanis aduersus Turcas cognouerunt, eam in caelis tanto efficaciorem expectatur. Supplico itaque S.ti Vrẽ, ut his qui hoc negotium agent, se facilem et benignam prebere dignetur, Que rem dignam et piam relligionique conducibilem faciet, et Ser.mum Nepotem regnumque illius Vngarie, et me una plurimum consolabitur, Felicissime valeat Vrã S.tas et me deuotissimum filium sua paterna benignitate complectatur

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Summo Pontifici.

SAnctissime etc. Commiserat Vra Stas iampridem ad postulata mea inquisitionem de vita et miraculis diui olim Iacinthi hic Cracouiæ apud frés sancti dominici sepulti, Rdis in chro patribus, dominis Ioanni Epo Cracouien, et Petro Posnanien, regniqz mei Vicecancello, Epis, quorum alterum egritudo, qua assidue decumbit, alterum negotia publica, et crebra mecum absentia impediuerunt, quo minus Prouintiam sibi demandatam exequi potuerint. Et proinde supplico Vre Sti vt idem munus inquisitionis committere dignetur suffraganeo, et doctori Trzciessono Canco Crac, qui continue hic agentes, id negotii facilius et exactius conficere poterunt. Faciet Vra Stas rem sua pietate dignam, et mihi gratissimam. Cui me cum regno et dominiis meis iterum humiliter commendo. Dat

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Senensi Protectori

Rme: intelleximus S.mum dominum nostrum decimam cleri de bonis spiritualibus in toto orbe christiano instituisse, eoque nunc Vram R.mam P.tem agere velit nostro nomine apud eius S.tem ut cum clerus regni nostri sit in administrandis continuo bellis et expeditionibus nostris adversus infideles multum gravatus, ipsam decimam eidem S.tas sua illi non imponat, nec ab eo illam exigi permittat. Cum alioquin ad talem usum decreta est eadem decima, et contra [illegible] quae nobis et regno nostro semper incumbit, ad quam clerus ipse adesse nos et [illegible] subsidio quotannis solet. Alioquin sufficiens ad bella onera ferenda non posset.

Item refertur ad nos magno nostro cum praeiudicio et regni [illegible] nostri, solere plerumque eundem S.mum dominum nostrum conferre beneficia in regno nostro Italis et aliis externis. Rogamus etiam Vram R.mam P.tem ut cum sua S.te eidem agere velit, quo id facere in [illegible] non inducat. Haec enim non posset sine gravi scandalo et perturbatione rei ecclesiasticae in regno nostro, quod nobis nullo modo admittere liceret. Commendamus nos et negotia nostra Vrae R.mae P.ti, quam longe sanam et felicem esse cupimus. Datum in Castris ad Braclaw die xxj Octobris.
Anno domini M° D° xvij°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici

Sanctissime etc. Commiserat V.ra S.tas cum precibus ad postulata
mea inquisitionem de vita et miraculis dni olim Iacinthi hic Cra-
coviae apud fratres sancti dominici sepulti, R.dis in Christo patribus,
dominis Ioanni Epo Cracovien. et Petro Posnanien. regnique mei
Vicecancellario, Epis quorum alterum aegritudo, qua assidue decum-
bit, alterum negotia publica, et crebra mea absentia impedive-
runt, quo minus Exomnibus sibi demandatum exequi potuerint.
Et proinde supplico V.rae S.ti ut eiusdem negotii inquisitionis commit-
tere dignetur suffraganeo, et doctori Cracovien. Eccl.
qui continue hic agentes, id negotii facilius et expeditius conficere
poterunt. Pedibus V.rae S.tis me ... dignum, et ubi gratiss.
... me cum regno et dominiis meis devotissime
commendo. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Bononiensi Protectori

R^me intelleximus S^mum dominum nrm decimam decime de bonis spiritualium in toto orbe christiano instituisse, rogamus Vram R^mam P^tem agere velit nostro nomine apud eius S^tem, ut cum clerus regni nostri sit in adiuuando continuo bello, et expeditionibus nris aduersus infideles multum grauatus, ipsam decimam decime S^tas sua illi non imponat, nec ab eo illam exigi permittat. Quando quidem ad talé usum decreta est eadem decima, et contributio, qualis nobis et regno nró semper incumbit, et cui clerus ipse adesse non uulgari subsidio quotannis solet. Alioqui sufficere ad tanta onera ferenda non posset.

Iterum referetur ad nos magno rancore per proceres et regnicolas nostras, solere plerunque eundem S.^mum dominum nostrum conferre beneficia in regno nostro, Italis et aliis externis, Rogamus etiam Vram R^mam P^tem ut cum sua S^te ibidem agere velit, quo id facere in animum non inducat. Fieri enim non posset sine graui scandalo, et perturbatione rei ecclie in regno nostro, quod nobis nullo modo admittere liceret. Commendamus nos et negotia nostra Vré R^me P^ti, quam longe sanam et sospitem esse cupimus Datum in Castris ... Braczlaw. die xii^mo Octobris Anno domini M° D° XVII°

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R Rme in Christo pater et domine amice charmme ac honorande. Petit à sanctissimo domino nostro Rdus dominus Epus Wladislawien. regni mei Consiliarius quatuor prebendas ecclie collegiate Cruswicien. pro confessoribus ecclie Cathedralis sui Epatus, dudum alioquin ab Alexandro VI° Pontifice impetratas, sed litteris deperditis sibi denuo concedi, prout lacius iste qui has reddidit referret. Commendamus id negotium Rme do.ni, Rogamusq; illam intercedere velit ad Smum do.m nostrum, quo se in ea peticione, tam nobis, q; dicto do: Epo benigne exhibere dignetur. Quam operam Vre Rme Dni volumus vicissim omni gratificatione et benevolentia nra referre. Que optime valeat et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

S Anctissime etc. Referret Vre Sti postulationem meam Rmus do: Cardinalis S. rum 4. protector regni mei, super negotio quorundam Notariorum, qui istic in contumaciam condemnati sunt de falso, ut cum illos hic innoxios esse multis probabilibus testimoniis cognovi, iuberet eos. Vra Stas honori et sacerdotiis ipsorum restitui, nam mihi nihil gratius fieri potest, q; maleficia corrigi, tantum abest, ut illis patrocinari vellem

ut

sed insontes etiam puniri, non libenter viderem. Quare supplico V(est)rae S(anctita)ti dignetur huic postulationi meae, benigne annuere, tanquam dominus clementissimus, cui me regnumque meum etiam atque etiam humiliter commendo, et pro incolumitate rei Christianae et optatis meis, felicissime, et quam diutissime valere desydero. Dat(um)

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori.

R(everendissi)me etc. In causa Canonicatus Crac(oviensis), R(everen)di olim D(omi)ni Ep(iscop)i Plocen(sis), delati sunt istic in curia Romana notarii quidam Allexius de Cracovia Kloporzki, quasi falsa instrumenta confecissent, citatique cum non paruissent, in contumaciam sunt condemnati de falso, honoreque et beneficiis privati, nos id intelligentes, commiseramus R(everen)do D(omi)no Ep(iscop)o Cracoviensi, regni nostri Vicecancell(ari)o ut de hac re sedulo disquireret, ne vel insontes plecterentur, vel si nocentes essent, non conservarentur in regno nostro, cuius P(aterni)tas facto diligenti examine, comperit ipsos notarios non ulla contumacia, sed ex causis quibusdam racionabilibus non potuisse istic in urbe comparere, instrumentaque ab illis confecta, nihil eius(mo)di continere, quod animadversione dignum videretur, sed et reduxisse eius P(aterni)tatem principales eiusdem causae, et qui pro eodem ipso Can(onica)tu Crac(oviensi) iam dudum istic litigarunt in concordiam, omnemque controversiam sopivisse. Quare rogamus Vestram R(everendissi)mam P(aterni)tatem efficere dignetur apud S. D. nostrum, ut ipsos notarios ad statum pristinum, et eorum dignitatem ac sacerdotia restituere dignaretur, et ut iam ea causa istic conquiescat, nam nos utrique parti, Nollemus quicquam derogatum, fuimusque contenti, quod per concordiam ipsimet inter se negotium transegerunt. Proindeque faciet nobis V(est)ra R(everendissi)ma P(aternitas) rem gratissimam, si iam istic

huic Tragedie, citra ullius dispendium, finem imponi faciet. Cupimus ex animo eandem R. P. Vram optime valere, et ei nos plurimum commendamus. Datum

Dispensatio de Matrimonio

LAurentius miseratione diuina, tituli sanctorum 4 coronatorum pbr cardinalis, dilecto in christo M.Agco Georgio Radiuil Castello Trocen et Capitaneo Groden salutem in domino. Ex parte tua fuit propositum coram nobis. Qd cum Ill.ris vir Constantinus Dux Ostrowien, et Magni ducatus Lituanie Campiductor generalis Rutenus iuxta rittum grecorum viuens quendam filium suum Eliam nuncupatum duodecim annorum existentem, et Rutenum, et ut greci faciunt baptisatum, nonnullis bonis respectibus, et signanter pro conseruatione reipub.ce illius regionis, de qua et alia chriana reipub.ca cum suo tempore infinitos infideles, sua virtute debellauerit, bene meritus existit, cuidam filie tue catolice annorum, quinque vel circa existenti eorum etate legittima superueniente, et consensu tuo interueniente matrimonio copulare intendat, et dispari rittu obstante id tibi permitti dubitas, sede aplica desuper inconsulta supplicari fecisti humiliter tibi et eidem filie tue super his per sedis Aplice clementia de oportune dispensationis gratia misericorditer prouideri. Nos igr tuis propterea in hac parte suplicationibus inclinati auctoritate domini pape, cuius penitenciarie curam gerimus, et de eius speciali mandato, super hoc viue vocis oraculo nobis facto. Tibi ut eiusmodi tuam filiam eidem Ilie etate legittima utriqz superveniente, si dictus Ilias eidem filie tue in hoc consentienti cohabitare voluerit dispari rittu huiusmodi non obstante matrimonio capulare valeas, qui sic copulati

etate legittima eis supervenien in eorum sic contracto matrimonio remanare, libere et licite possint et valeant indulgemus, plenamque et liberam, concedimus facultatem, tecumque et cum eadem filia tua, quatenus opus sit misericorditer dispensamus, Non obstan constitucionibus, et ordinacionibus apticis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Rome apud S. Petrum, sub sigillo officii penitenciarie die iii Marcii

Legatio ad Capitulum Ecclie Posnanien super eligendo dno Petro de Tomice Epo Premisliensi in Epm Posnaniensem

Kxiaza mila, aczkolwiek electia w. m. iako i wszech kosczolow, ktemu przisla, iszh malo abo nicz nevazi, Bo i oicziecz S. Papiesz podawanie Biskupstw, i inich beneficiy sobie przewlaszczil, i tesszh Krolieme naszi, slusznie i sprawiedliwie natim sa, i to zdawnego swieczaim prawo maia, isz gdi nie czegi i stolcze radi swei, wedlug swei woliei i zdania, podawaia, tedi i biskupstwa pogotowyu, ktore trzimaia pierwsze miescza wradzie a sa wiettschei wagi i dostoinosczi. A Krolieme ich milosczi liepiei niz sarzdi rozumieia, kto sie na takie rzeczi godzi wszeh kto ini, Theszh to iest wielki pozitek kosczielni, gdi biskupi sa krolom zasluzeni, a wradzie siedza, Bo oni na takich miesczach bedacz, strzega sluga gy bronia snadniei prawo, i dobrego stanu coszczielnego. A tako iakom rzekl, slusznie, sprawiedliwie, i zwielkim wsitkim kosczielnim. ten obiczay iest, isz Kroliewie gich m.sc Biskupi wolia, i podawaia, a electia w. m. malo abo nicz newazi. A wszhakoszh gdi szczie w. m. tey barwi, y tego znaku starego obiczaim nieopusczili. Theszh Krol Ie.o m.sc, zachowaiacz obiczay przodkow swich, a ta czescz w. m. i temu kosczolowi czinacz. Raczil mie I.o K.o m.sc

tu ku electiei waschei prziftacz, abich w m powiedzial ta wolia iego K. M.ci ISch iego K. M.ti, snaiacz wissoka cznote, rozum nauke, i zaslugę znamięnita, sobie i rzeczi pospolitei. Kxadza Biskupa Przemiskiego, i podcanczlerzego iego K. M.ci iest go na to biskupstwo Poznanskie, ktore teras proznuie, namienicz raczil, y namienia. A tak w. m. iego K. M.ti zedacz y y vpominacz raczi, ze bischie sie w m. wtei electiei swei, s wolia iego K. M. szgodzili.

Czo vam iego K. M. bedzie raczil laska i miloscia swa krolewska oddawacz, a praw i dobrego stanu wassego, bronicz i mnozicz iako pan i patron milosczivi, i sprawiedlivi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Laurentio Cardniali de Crassis
Protectori

R.me in Christo pater &c. Cum essemus anno superiore in Litwania, comperimus pleraque, quod nunquam credidissemus facta illic R.di Epi Gardien. legati tunc aplici, indignissima que nobis magnam admirationem attulerunt, et que malumus, vt ab illis potius istic Rome quam a nobis innotescant, Verum quod ad iudicium nostrum adductum erat, de data per illum vtrique parti contraria sentencia, Pro pecunia hinc inde accepta rone nonnullius depositi, apud fratres Bernardinos depositi precii et momenti non vulgaris, reseruando in vna sentencia commissionem nram, ex qua tota causa pendebat in robore suo. In altera simpliciter illos fres absoluendo, licet intelligamus, quid a nobis facto opus foret, tamen scientes ipsos fratres Bernardinos exemptos esse, bonore sedis aplice, quam semper venerati sumus, deferimus illi causam ipsa quam vt se habet R.ma D. V.ra ex nostro decreto plene cognoscet,

Quam plurimum rogamus impetrare velit apud S.^mum D.^m nostrum, vt causa ipsa committatur hic decidenda R.^mo D.^no Archiepo Gnesnen, propter grauamen subditorum nostrorum, quod istic Rome litigando magnum subirent. Quam commissionem expeditam, dignetur R.^ma D.^o V.ra ad nos mittere, quo nobis faciet rem valde gratam. Et felicis.^me valeat, nosque diligat. Dat.

Sigismundus primus, Rex Polonie
Erasmo Epo Ploccen Rome Oratori
suo.

R.^de in Christo pater. In Conuentu Piotrcomien preterito, Retulerunt nobis Consiliarii nostri se compertum habere, qualiter V.ra P. sub hoc legacionis munere affectare deberet, dignitatem Cardinalatus, quam etiam dudum sub minori occasione, illius consequende adipisci laborabat. Supplicaruntque nobis impense, vt quia hec res cederet in magnam seniorum, et qui meritis suis antiquis loca superiora in senatu obtinent ignominiam et iniuriam, neque id fieri posset, absque graui et perniciosa cum nostri consilii, tum etiam status Ecclastici perturbatione hoc propositum V.re P.^ti confringeremus. Nos omnino id habere nolentes, vt aliquis subditus noster tanti momenti rem absque consensu non aggrederetur, ex qua dissensiones et odia intestina regni nostri suboriri possint. Mandamus P. V.re vt dignitatem ipsam Cardinalatus, non solum istic non ambiat, sed nec oblatam quidem sponte suscipiat, absque sciencia, et consensu n.ro, memineritque eorum, qui apud Pontifices ores existentes dignitates absque voluntate Principum et superiorum suorum acceptabant, qualiter illis ea res succedebat, Aliter non facturi pro gratia nostra.

Sigismundus primus Rex Polonie
Erasmo Epo Plocen Rome Ori suo

Rde Quando nonnulli Consiliarii regni nri nos certiores fecisset, idqz cum quermonia, qp P. Vestra istic Cardinalatum affectaret, commemorarentqz et priorem ipsius curam, quam in ea re habuit, et que difficultates et dissensiones inde in regno accidere possent, ex priori eiusmodi euentu, cum Rmus olim Ds Fridericus frater noster, Cardinalis esset creatus, qui tametsi filius regis erat, magnus tamen secutus fuit motus et dissensio, pro locis et aliis officiis exercendis. Nos vero nollentes sediciones et turbas intestinas domi videre, cum alias satis sit nobis externarum difficultatum, Admoneramus secreto Vram Ptem vt ab hoc cepto desisteret, putauimusqz qp eam rem in meliorem partem accipere, et gracior esse debuisset, qz eius lre declararunt, qp videlicet, non aliquo alio modo, qui existimationi illius officere potuisset. id prohibere et continere voluimus miramurqz, qp ista meciens secum, quasi se lesam, et male sibi gratiam refferri queritur, cum tamen nos vniuscuiusqz meritorum erga nos dignam et congruá racionem semper habuimus. Vtcunqz est, quando Ptas Vrá scribit se in ea re nihil contra voluntatem nrám esse facturam. Volumus et hortamur illam, vt ipsum Cardinalatum non affectet, neqz se creari curet, cum inde odia et simultates in regno posse excitari, et nos id nolle intelligit. Pro fide sua et gratia nostra factura. Que bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Plocensi

NB

Venerabiles devoti nobis dilecti. Cum iam pridem intellexissemus Rdum D. Petrum Episcopum Vrm. Rome Orem nrm agentem, se et diocesim suam à iurisdicione Rmi D. Archiepi et Metropolitani sui Gnesnen eximi curasse, quia nobis et consiliariis nostris res visa est, vt noua, et nunq alias in regno nostro solita, ita perniciosa et seditionis intistine plena, satis alioqui nobis et reipubce aliarum difficultatum, et perturbationum existentibus. Scripseramus illius Poztri Romam, vti se ab exemptione ipsa contineret, sed et multiplicibus querimoniis subditorum nostrorum permoti, eum munere Oratorio eximimus et reuocauimus, indigno animo ferentes, illamque quam Orem ob id fecimus, vt bonum statum reip: illic curaret, priuate rei et odii causa et auctoritate ipsius muneris orzii multa facere et tentare, que nobis plurimum sunt molesta, iamque non expectato illius reditu, accepimus publicatam, per uos eandem exemptionem, et illa pro palam vti omnes in diocesi vestra Plocen, que nouitas et scissio nobis apprime displicet. Et hortamur vos idque omnino habere volumus, vt nec vos nec quisque alter Vre diocesis ipsa exemptione vtatur, et se à iurisditione sui metropolitani debita, et ab initio instituta subtrahat. Nos vero cum Consiliariis nris domino Epo vestro cum redierit. Super omnibus in quibus se grauatum sibique iniuriatum à Rmo Dno Archiepo Gnesnen. coram nobis proposuerit, iusticiam condignam ministrabimus. aliterque non faciat Pro gracia nra.

Sigismundus primus Rex Polonie Epo Wladislavien Mathie de Drzevicza.

NB Rde in Christo pater sincere nobis dilecte. Non ignorat Vestra R. ut exemptio quam sibi Rdns D. Epus Ploceñ a iurisdicione sui Metropolitani Rome obtinuit, nobis displiceat, cum res noua sit, et nunqz antea in regno nostro solita ac proinde perniciosa, et indigna, nunc presertim cum satis superqz aliarum dissensionum et turbarum domi habeamus, utqz et vetuimus illum exemptione ipsa uti, et reuocauimus eum illinc a munere ipsius Oratorio. Quando quidem illo a nobis ad bonum statum reip: procurandum adepto, ad priuatas res et turbas ciendas abuteretur. Interim tamen accepimus prouulgatam ipsam exemptionem, et ea passim omnes illius diocesis uti, que res nobis est valde molesta, hortamurqz vram R. quam ille conseruatorem sibi fecit, ne functionem hanc in se recipiat, repellatqz a se omnes, qui hoc eius munere uti voluerint. Nam si Ds Archiepus iniurius videbitur aliqua in re dicto domino Epo, nos illi cum consiliariis nostris iusticiam debitam ministrabimus. Factura Rtas Vestra pro bono, et tranquillo statu reip. ac et sua erga nos obseruantia. Que bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie Erasmo Epo Ploceñ Rome ori suo

Rde in Christo pater sincere nobis dilecte. Rediit istinc nuncius Rdi Raphaelis de Leschno, absqz expeditione Epatus Premislien,

quem illi contulimus. Que res plurimum est nobis molesta, quod ea, presente Vra Pte accideret, quod cedit tum in damnum veteris et bene meriti servi nostri, tum in perniciosam sequelam regno nro. Et quia Rmus Dns Cardinalis non ignorat, vel si ignoraret, Vestra Ptas illi, et Sanctissimo domino nostro declarare debuit, que officia, et quas partes agant in rep: Epi regni nostri, ut illa nisi presentes et indigene, neutiquam debite obire possint, plane nobis persuademus eandem rem non adeo ex ipso Rmo Dno Cardinali, quam ex instinctu alterius processisse. Quod nos utique non latebit.

Queruntur Consiliarii, et subditi nri, nunquam alias magis, quam nunc nrates in urbe premi et infamari, et quod nos ipsi videmus, servitores nostros istic difficultatibus involui, et spoliari, qui alioquin nobiscum, in tanta rerum perturbatione existentes, satis molestiarum, et impendii sustinent, ne etiam ab hiis infectentur, qui istic animo, et genio suo in estu patrie indulgent. Quare volumus ut Ptas Vestra curet, ne ipsa expeditio amplius differatur, et talibus deinceps obsistat, que nec solita sunt fieri, nec esse possunt absque motu et detrimento regni nri, et bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie Erasmo Epo Ploceñ Rome ori suo

Rde in Christo pater. Obruimur maximis querelis subditorum nrorum, tam spiritualium quam secularium de Vestra P. ut que istic gravare debeat plurimos suis impetracionibus in preiudicium ordinariorum, et iurium patronatus Laicorum, ac aliis multiplicibus modis, et presertim, quod P. Vra se a iurisditione Rmi domini Archiepi Gnesneñ Metropolitani sui eximi procuravit. Que res haud dubie ut noua, ita noxia et turbulenta foret ordini regni nostri, Quod enim Rudniczki miserit huc ad 43

perturbandos et expilandos subditos nostros. Qui se non continuerit etiam à derogatione nominacionibus nris, quarum vigore Cancellariam Gnesnen collatam erripere nititur, quemadmodum executorialibus moneri fecit possessorem eius, quo metu litis possessione cederet, Nos Cancellariam ipsam sive eius bona in ptatem et tuicionem nram merito recipienda censuimus et recepimus, ac tueri volumus. Propterea q venerabilem Martinum Rambierski Decanum Posnanien. Secretarium nostrum, istic indignis modis vexari procuravit penis et censuris, idqz factum esse magis ex infesto animo Vre P.tis erga illum, qz merito suo, multi insignes homines et propinqui sui nobis bonis graviter sunt questi, deinde quòd plebanatum Snenen Suffraganeo Gnesnen, incorporatum occupare conatur, et beneficia post obitum Raczianssch Can.ci Crac. cum derogatione mensis ordinariorum acceptari fecit. Que omnia sicuti nobis exposita sunt, et indigna nobis videntur, et sunt molestissima. Jam pridem vero admonuimus V. P.tem de istis bonis querelis, uti se contineret et curaret, ne illis impeteremur, q illam istuc misimus ad commodum et honestatem subditorum nostrorum augendam, et non ad illorum incommoda et fame detrimentum. Quare cum hactenus non modo non cessarunt querele iste de P. Vra, sed etiam indies magis increbrescunt, instaretqz apud nos continuis, et enixissimis precibus, consiliarii nri primarii, comprecantibus idem multis status utriusqz subditis nris, ut P. Vram munere legationis exueremus. Et eam istinc revocaremus reluctati hoc diu facere, tandē non potuimus ut diutius obaudire tantas precum instancias deberemq. Igitur Volumus ut P.tas V. iam oratoris off.o non fungatur, sed absolutis qz celerius his negociis, de quibus illi in aliis lris scribimus, domum redeat, et q ad exemptionem sui à iurisditione D.ni Archiepi attinet, et ad beneficia, que contra nominationes nras, et cum iniuria ordinariorum, ut superius expressum est istic inpetravit, Volumus ut omnia missa faciat, Martinumqz Rabieski ab eius difficultatibus extricari curet, ac de omnibus aliis querelis ita constituat, ut illis deinceps non infestemur, utqz non cogamur nos aliter gerere erga P. Vram

q vellemus. Scribimus Sanctmo D.o nro, vt illam cum bona gracia
et venia sua ad nos citra moram remittat, q illius pntia hic indigeamus.
vtqz Ptas Vestra non aliter faciat, pro gracia nostra. Et bene valeat,
Datu. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Erasmo Epo Plocen. Rome oratori suo.

Rde in Christo pater nobis sincere dilecte. Commendamus operam
Vre Ptis, et eam gratam habemus, quam adhibet in conferendis con-
siliis aduocatorum, in causa nostra prutenica, et doctore aliquo digno
huc adducendo. Mittimusqz Vre Pti aureos, quibus et soluet labo-
rem aduocatorum, et doctori ad expedicionem eius pro itinere impen-
det, quem secum adducat, et ne quid negligatur curet.
Dominus Archiepus Gnesnen queri non cessat de exemptione P. Vre
ab eius iurisdicione, obtenta, propterqz oriuntur in regno indies ma-
iores dissensiones, et turbe, nos molestissimo animo ferimus, primum
hanc exemptionem impetratam esse, rem inconsuetam, et contra mente
nram ab Ore nostro. Cuius interest metas commissorum suorum non
excedere, idqz aliorum principum Ores diligentissime seruant. si qui
recte suum officium faciunt, Deinde, q post, significacionem nostram,
quam V. Pti per litteras fecimus, q ea non vteretur, eius officiales
ipsam exempcionem publicarunt et exequuntur, Quare mandamus
V. Pti vt eandem exempcionem prorsus missam faciat, Quam
nec nos, nec vniuersum regnum nrm vllo modo ferre poterimus
Nam q causat multa in se iniuria, et hostiliter a D.o Archiepo commis-
sa. Ipse se ampliter excusat et singula suis argumentis reffellit. Nihil
nobis hactenus scripsit P. Vestra tam diu istic agens, quid sperare
istic deberemus, grauius indies cum infidelibus laborantes, oblita

forsan tanta locorum intercapedine, in solacio et cura de aliis eren:
nnarum nostrarum. Turcus enim regnum Hungarie occupare, et nos
ab illo distrahere intens. Tartarum non minori potencia iam auctu,
magno stipendio in nos induxit, ut nos omni vi adoriatur. Quod
et Moschus pariter Lituaniam aggressurus agit, Nos et quilibet
plane intelligere potest, non sufficere nos ad resistendum hiis viribus
quibus nulle sunt nunc sub orbe maiores. Verum obrutis nobis cogno:
scent, hii quibus labores, et discrimina nostra fabule videntur,
Quantam calamitatem in se derivabunt. Scripsit P.tas Vestra nobis,
non fuisse consilii sui mittere Epm Gardien cum facultatibus ad
regnum nrm quem famelicum sciuit. Cur autem illum expedivierit
ad nos nescimus. Cum nos secularem, dumtaxat, nec ad aliud quam
ad iter Moscoviticum volebamus, et ita illi de industria scripsera:
mus, qui veniens ad nos, et centum aureos singulis mensibus magnis
tragediis a nobis exigebat, quos sibi per V. P.tem promissos.
aiebat, cum ipsa aliter nobis scripsit, et commendationes, quas ne:
mini, presertim Nunctiis negare solemus, pro obtinendis facultatibus,
etiam ad regnum obtinuit, cum iam haberet in Lituaniam, ubi ta:
men laxius illis est abusus, quam in regno, hominibus ibi adeo sibi
imponi non pacientibus, prout hec mira et indigna, que hunc venien:
tes comperemus, latius posthac Sedi aplice declarabimus.
Nescimus in quem nobis usum misit Vestra P.tas litteras Iubilei
mortui Pontificis, quas dudum mittere potuisset. Itaque agat
cum R.mo D.no protectore nostro, ut revalidentur.
Et bene valeat. Datum etc.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Leoni Pape decimo.

SAnctissime etc. Post humilem mei regnique et dominiorum meorum commendationem, ac oscula pedum beatorum. Postque ad postulata Vre Stis ab armis cum Illustri Magro Prussie destiti, et negotium hoc ita vt iam alias eidem V. Sti scripsi, compositum est, cuius quidem potissimum causa tenui, apud illam Orem meum Rdum Dm Erasmum Epm Ploceñ, nuncumbuntque mihi nonnulla domestica negotia, que presentiam ipsius domini Epi requirunt, et regnicole mei exigunt. Supplico Vre Sti ut illum cum bona gracia absoluere et remittere, ad me citra moram dignetur. Ego vero postea vbi res exposcere videbitur, tam mea priuata, quam publica rei Christiane causa, et ad voluntatem nostram omnem V. Stis nunquam ad illum Orem meum mittere grauabar, et quia ipse dominus Epus Ploceñ, impetrauit apud Stem vestram se eximi a iurisditione metropolitani sui Gnesnen, que res cederet in confusionem ordinis et status regni mei. Supplico Vre Sti id irritum facere dignetur. Vt ego qui semper, satisque grauor difficultatibus bellicis cum infidelibus, etiam domesticis non perturber. Ceterum Rmus Ds Cardinalis de Grassis regni mei protector, cure habebit istic negocia mea, et subditorum meorum, que V. Sti omni studio vti patri clementissimo, eciam atque eciam commendo, mea singulari voluptate. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie. Laurencio Cardinali de Grassis. Poenitencionario.

Rme in Christo pater et domine amice noster charme ac honorande. Suspenso ad vota Sanmi do: nri bello prutenico, et hoc ipso negocio cuius potissimum causa, tenuimus istic oratorem nostrum Rdum do: Epum Plocen, constituto in eum modum, ut iam alias vestre Rme Pti decla: ravimus, exigunt quoque non nulle actiones nostre domestice psentiam ipsius Oratoris. Rogamus eandem Ptem vram Rmam operam facere dignetur, apud Sanmum Dm nostrum, ut illum citra moram ad nos, cum bona venia et gracia sua remittat.

Queritur autem de illo Rmus Ds Archiepus Gnesnen primas regni nostri, quod se ab eius iurisdicione, et diocesim suam eximi impetraverit, que res et turbaret plurimum statum, et ordinem regni nostri, et nobis satis alioquin difficultatibus aliis occupatis esset molestissima. Queritur etiam illum beneficia quedam sibi prius, cum ds itidem oratorem nrm apud eundem Sanctmum Dm nostrum ageret, collata excipere suis graciis conari. Rogamus P. V. Rmam agere velit apud ipsum Sanmum do: nrm, ut tam exempcionem ipsius Oris, quam etiam concessiones alias, in preiudicium dicti domini Archiepi aliorumque Eporum factas, eius Stas in irritum vertere dignetur, habeatque Rma Do Vra commendatum negocium secretarii nostri Venlis domini Martini Rambieski Decani Plocen, istic opera quedam modo ipsius Oratoris nostri irrititi, eumque quantum decuerit tueatur et exercere dignetur, factura hec omnia nobis non vulgariter grata.

Scribimus Sexmo Do nostro, ut illius Santas commissionem brevis sui, de inquirendis miraculis, et vita divi olim Iacincti, etc. ut supra in litteris domini Epi Plocen.

Ceterum functus est vita R.dus olim Epus Pomesanien. in vigilia S. Trinitatis, qui Epatus licet ordinis sit in Prussia, et ad illum non nisi ex ordine promoveri solent, quia tamen ecclesia ipsius cum oppido et arce per nostros expugnata, est in manibus et potestate nostra, Si obtinere Epatum ipsum posset R.ma D.o V. a S.mo D.no nostro, nos id libentissime videremus, eamque in eius possessione tueremur, in qua re ut operam faciat, illam rogamus. Felicissime valeat R. D. Vra, et nos diligat, habeatque nos et negocia nostra, presertim, absoluto iam a munere suo Ore nro, commendata.

Sigismundus primus Rex Polonie. Cardinali Sanctorum quatuor. Protectori

est supra

R.me in Christo pater et domine amice noster charis.me ac honoran. Suspenso ad vota Sanct.mi D.ni nostri bello prutenico, et hoc ipso negocio, cuius potissimum causa, tenuimus istic Orem nostrum R.dum dominum Episcopum Ploczen. constituto in eum modum, ut iam alias V. R. P. declaravimus, exigruntque nonnulle actiones nre domestice presentiam ipsius Oratoris. Rogamus eandem R. P. Vestram, operam facere dignetur apud S.mum D.num nostrum, ut illum citra moram ad nos, cum bona venia et gracia sua remittat. Queritur autem de illo R.mus dominus Archiepus Gnesnen. primas regni mei, quod se ab eius iurisdicione et diocesim suam eximi istic impetraverit. Que res et turbaret plurimum, statum et ordinem regni nostri, et nobis satis alioquin, aliis difficultatibus occupatis esset molestissima. Queritur eciam illum beneficia quodam sibi, prius cum ats ibidem Orem nostrum, apud eundem San.mum do: nostrum ageret, collata eripere suis graciis conari. Rogamus P.tem vestram R.mam agere velit apud eundem S.mum dominum nostrum, ut tam exempcionem ipsius Oris agere velit, apud eundem S.mum do: nrm, quam etiam concessiones alias, in preiudicium

dicti domini Archiepi. aliorumq Eporum factas, eius S.tas oim iteritu vertere dignetur. habeatq R.ma D.o vestra comendatum negocium Secretarii nostri Ven.lis Martini Rambieczki decani Posnamien, istic opera quod anno ipsius Oris nostri irretiti: eumq quantum decuerit, tueatur et extricare dignetur. Factura hec omnia nobis non vulgariter grata.

Sigismundus primus Rex Polonie Collegio Cardinalium.

R.mi in Christo patres et domini amici nostri char.mi ac honoran.di

Accepimus litteras Vrarum R.rum D.m quibus nobis obitum diui leonis Pontificis decimi declararunt, qui nobis summo fuit dolori, et cum reip: Chriane, tum nostram ipsius vicem ingemuimus, compertu habentes quanto ille studio tenebatur, de vindicanda Chriana salute, et nobis hoc opere fessis adiuuandis, Verum cum ita dno deo placuit, non dubitamus Vestras R.mas D. id pro sua sapientia iam recte curasse, vt eo nobis sublato is sit succedat, qui ab ingruente calamitate, tam ab infidelibus, q eciam turbis domesticis, rem chrianam et religionem ipsam seruare, et manutenere studeat, q diuina benignitas prestare dignetur. Commendamus vestris R.mis D. Secretarium nostrum Venerabilem Martinum Rambieski, decanum Posnamien, rogamusq ne illum in causa sua qua ab aduersariis suis est irretitus, et à nobis vsq huc retentus opprimi istic paciantur. Que valeant felicissime, nosq et negocia nostra habeant commendata. Datum Grodne . . Anno domini M.o D.o XXII.o

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori.

Magno nobis dolori fuit obitus intempestiuus diui olim Leonis Pontificis, vt quem nobis et rebus nostris, tam impense fauentem cognouimus, cupimusque ex animo vt Vra P. R. ad eam sedem proueheretur. Quod si forte aliter sors caderet, vti iam forte cecidit, is saltem esset Pontifex, qui ad rem Christianam seruandam omne studium et vires suas intenderet. Nos enim iam et Ser.mus Nepos noster in summo discrimine laboramus, quippe Turcus regnum Vngarie occupare iam parans, et nos ab illo diuertere volens, tartarum eque iam potentem, in nos magna mercede conduxit, vt nos omni vi sua impetat. Idemque agit Moschus, vt et ipse liberius Lituaniam infestet. Quare rogamus Vram R.ma P. dignetur has difficultates, et pericula nostra Summo Pontifici, quisquis is sit factus, et R.mis D. Cardinalibus declarare, vt paccatis citius Principibus Christianis nobis succurrant. Nam si nos ab immensis his procellis obrueremur, cognoscent quantam in se et vniuersam rem Christianam, calamitatem deriuabunt. Scientes autem nos singularem curam et studium erga nos, et res nostras. V. P. R.me mittimus illi dono . aureos quos vt grato animo accipiat, in presens, rogamus, alias iuuante deo, liberiores facti ab his difficultatibus nostris, curabimus nostram gratitudinem et beneuolenciam in illam vberioribus testimoniis declarare. Quod vero secretarius nobis significauit Dum istic Episcopum Ploceń multa agere, citra ipsius scienciam. Nos illi nihil vnque commissimus, quin idem et Vestre P. R.me non scripserimus. Nescimus autem vtrum ille omnes lras ei reddiderit, que in manus eius consignabantur. De cardinalatu vt ageret, nunque erat commissi, et voluntatis nostre, nec est eciam nunc. Rogamusque V. P. R.mam vt siquid de eo

impetrando, ac aliis rebus quibuscunque istic agere vellet incomodu
et provectionem suam, id modis omnibus impediat, efficiatque ne
quid fiat contra voluntatem nram, anteque eam prius ex nobis cogno:
scat, Verum arbitramur illu iam istic discessuru, et domum reditu:
ru, quandoquidem illum dudum revocavimus. Misit nobis nunc
litteras Iubilei, nescimus in quem usum, cum mortuo pontifice irrite
sint eiusmodi gracie, que tamen si revalidarentur, esset nobis non vul:
gariter gratu. Qua in re V. R. Rx^ma operam impendere dignetur,
et similiter impetrare velit, indultum pro Ecclia Cathedrali Ecclie
Posnamien. de canendis missis ante diem horis una vel duabus, si qui:
dem aucta sunt adeo in ipsa ecclia divina, ut expleri aliter non pos:
sent, nisi aliquid nocturni temporis impar ciatur, id quod eciam dudu
concessu est Ecclie Crac. Commendamus ex animo nos et nego:
cia R. D. Vre, que sit felix et incolumis. Dat.

Adrianus Papa. Sacro Collegio R. D.
Cardinalium ac Senatu populoque Romano.

Rx^mi in Chro patres domini et confratres charissimi.
Ut litteris R. D.^m Vrarum intellexi me earum concordibus suffra:
giis in Romanum pontificem electum esse. Que res propter sui novi:
tatem, prope omnibus hic admiracioni, mihi vero prope dixerim,
et stupori fuit. Idque non solum propterea ipsam novitatem, et quod ego
nunque tale quidque fueram suspicatus, sed longe magis, quod me tanto oneri
nimiu imparem reputarem. Quamobrem, ut verum ingenue fatear
humeros infirmos illi haud quaque submitterem, nisi dei offensam vere:
rer incurrere, si tam notorie ab eo per ora R. D. Vrarum ad hoc

ministerium vocatus, quasi de divino auxilio vocatus parum fisus, illud recusarem amplecti, sed et illam discalceati maledictionem super me venturam timerem. Si tot tantorumque patrum iudicio ad suscitandum dum fratri premortuo christo semen assumptus, proprie securitatis, et quietis amore parere renuerem. Decrevi igitur de meis quidem viribus, et sufficiencia prorsus diffisus, et spem omnem celitus expectans divinam, et R. D. V. disposicionem sequi, atque ad ferendum hoc onus, celeste auxilium omnibus votis implorare, quod sincere intencioni mee, non proprium sed divinum honorem querenti, nequaquam deesse poterit, post deum vero magnam mihi fiduciam prebet R. D. V. perspecta sinceritas, atque prudencia, quarum mihi consilia omnibus in rebus video affutura, atque utinam mihi, iam nunc apud eas esse daretur, ut et ipsis pro summis laboribus mihi in electione impensis, meritas gracias rependere possim, et presentibus Sancte ecclesie necessitatibus pariter cum ipsis valerem succurrere. Sed postquam huic meo desiderio longi terrarum tractus obsistunt, hoc interim quod possum, summa cum diligencia procurabo, ut scilicet meum iter in Italiam et urbem, omnibus modis accelerem, nec ulla prorsus in me mora erit, ubi Reverendissimi domini Legati applicuerint, et classis mea fuerit necessariis rebus instructa, quod iuvante deo brevissime futurum est, quo minus me mari committam. Interea R. D. vestre, omnes prudencie et industrie sue vires explicabunt, ut ecclesie status illesus conservetur. Ego vero monitis earundem, utpote sanctissimis et prudentissimis, et nunc absens ut postea presens, libentissime obtemperabo. Valeant eedem R. D. vestre. felicissime victorie die xxiiij Februarii

Anno domini M° D° xxij°

Adrianus Papa
Sacro Collegio Cardinalium.

R.mi in Christo patres, domini et confratres colendissimi. Debitam commendacionem. Vehementer gavisus sum, ubi intelligerem R.mas D. V. inter alia que post obitum fe. re. Leonis pape decimi circa gubernacionem eccl.ie prudentissime ordinarunt, eciam illud providisse, ut per meam ab Italia et urbe absenciam, singulis diebus, ex suo quoque ordine Cardinalium, singuli Cardinales, hoc est, terni guber: nacula eccl.ie obtinerent. Mire placuit mihi et prudentibus, qui mecum sunt, hec tam matura et sancta provisio, ut pote que credatur obviam itura multis inconvenientibus, que ex unius, seu paucorum diuturna gubernacione sequi poterant. Ut taceam quod tam brevis futura sit mea in Hispaniis mora, ut quasi superfluum videri potuisset, si circa regimen regimen temporalium, quasi multos annos, aut eciam menses duraturum esset, provisum foret. Ab inicio certe vehementer horrui tocius eccl.ie pondus in humeros meos nimium imbecilles suscipere. Sed cum ex multis inducijs, quasi ad oculum videre videor, hinc divinam indulgenciam, et graciam nobis aspirantem, inde rectitudinem zelum atque prudenciam R.rum D. V. sanctissimis consilijs omnibus in rebus affuturam, licet conceptam penitus animi mei anxietatem, non usquequaque valeam deponere. Multo tamen maiore cum fiducia et alacritate onus acceptabo, sperans in domino quod optimis et sanctissimis inicijs, non alii progressus sint responsuri. Cui et illud ex corde supplico, dignetur gressus meos dirigere, ut sponsam meam S. Ecclesiam Romanam et R.mas D. V. cito videre et complecti valeam, quod dici non potest, quam ardentibus votis concupiscam, nimirum, qui luce clarius perspiciam, quam id eccl.ie statui, necessarium esse videatur.

Et certe in me nulla mora erit, quo minus post adventum R^morum D. Legatorum ilico iter arripiam, nisi forte classis que sufficere videatur, nondum fuerit aggregata, et quoniam non satis tutum videretur, cum solis triremibus Caesareis me mari committere. Rogo R. D. V. quantum possum, ut mox lectis p̃tibus curent triremis eccl̃ie una cum Galeone, q̃ cellerime Barchionum mitti. Nam in Caesareis, que Neapoli, et Sicilie deserviunt, nulla spero mora erit, quoniam scio Caesarem iam dudum illas in Hispaniam traduci iussisse. Interea vero R. D. V. super omnia cure erit efficere, ut iusticia equaliter omnibus ministret͛. occurraturq̃ rapinis et excessibus, quos credibile est per Italiam non paucos, vel eciam commissi, vel paratos esse. Quod ut maxime est necessarium et unus ex primis gradibus optime gubernacionis: Ita mihi erit super omnia gratum. Nec hoc R. D. V. commoneo facio, quasi diffidam eas suapte sponte hoc officio splendide functuras, sed quidem iusticia, cui semper ubicunq̃ vixi, maxime faui, pro magno meo erga eam desyderio, mihi nunq̃ videatur satis commendari posse. Alia quedam meo nomine exponet R. D. V. Wilhelmus de Enckenvoirt, protonotarius aplicus, amicus meus antiquus et precipuus, cui audienciam dari et fidem indubiam haberi peto. Valeam R. D. Vestre in domino feliciter. Victoriae die xviij^a Februarii.

Anno domini M^o D^o XXij^o

Adrianus Papa

Senatui populoq̃ Romano.

Magnifici ac prestantes viri. Cum ex inmensa dei benignitate, unanimi om̃ Sancte Romane Eccl̃ie. Cardinalium consensu absentes, ac nihil tale cogitantes in Ro. Pontificem electi fuissemus, intelleximus vos

pro vestra summa in omnipotentem deum pietate, et sanctam sedem apo:
stolicam deuocione, magnopere letatos, ac optimis precacionibus, et letis
plausibus, nominacionem nostram prosequutos fuisse. Tamen cum nos
tam longe ab Vrbe, et tam remotis in partibus agere cogitaretis, ex
desiderio nostri tristiores eratis, idque solum, magnam gaudii et solide
leticie vestre, partem vobis adjmebat, quod certe intellexisse fuit
nobis quam gratissimum, vtrumque enim optime volunt. et constantissimeque fi:
dei Vre erga nos, et aplicam sedem, certissimum est argumentum.
Quare meritas magnasque vobis agimus gracias, et cum Vrbem veni:
emus, eas vobis referemus cumulatissime. Interea vos cum qua possu:
mus charitate hortamur, et plurimum rogamus, vt nostram hanc ab:
senciam, que nobis multo magis grauis et molesta est, quam vobis esse pot,
equo animo feratis, dum omni diligencia, et totis nostris conatibus,
que profectioni nre sunt necessaria, paramus, et iam classis instruitur,
et commeatus iussu nostro, vndecunque conquiruntur, quibus in rebus
à CÆsarea Mte pro sua in nos beniuolencia et pietate maxime
iuuamur. Itaque propediem et Italiam et vrbem et vos visere spe:
ramus, ac tunc et publice et priuatim constancie fidei, ac deuocionis
vestre perpetue, erga nos et aplicam sedem debita merita, grati
et memores vobis referemus, que eciam omnipotens deus pro sua
misericordia cumulacius redderet. Ex Victoria xix Februarii.
Anno domini Mo Do xxijo

Sigismundus primus Rex Polonie
Adriano summo Pontifici.

SAnctissime ac beatissime pater et domine dne clementissime. Post
humilem mei regnique et dominiorum comendacioné, et oscula pedú beatoꝝ

Cum anno superiore nunciatum est mihi, Leonem decimum Pontificem maximum ex humanis concessisse dici non potest, quanto fuerim dolore affectus, quod et vniuersa res christiana optimum pastorem, et ego ac Serenissimus nepos meus, dominus Ludouicus Rex Hungarie et Bohemie, veluti alterum prium parentem amiserimus, ita illius Sanctitatis Status et rones rerum nostrarum, qui assidue molem immensam infidelium humeris nostris sustinemus cordi fuerunt et cure. Quando vero audiui posthac electionem Vre Sanctitatis tam integram et sanctam, audiui eius summam sapienciam et virtutem, qua predita est, ac vitam per omnia puram et inculpatam, fui vicissim incredibili leticia perfusus, deoque Deo gracias egi, quod in tantis rei christiane turbinibus et periculis, eum nobis Pontificem dederit, qui non quereret, que sua sunt, sed que illius, cuius vicem gerit, in terris, quique et moribus suis probatissimis ora malignancium obturare, et labantibus rebus Christianis sua prudencia recte consulere possit, ac commiseram euestigio Reuerendo olim Erasmo Epo Ploceñ, meo istic apud Sanctam Sedem Oratori, vt et leticiam hanc meam Vre Sanctitati testaretur, et munus gratulatorium meo nomine apud illam obiret. Quod fecerit ille, nec ne morte, preuentus, incertus sum, Sane audiens Vram Sanctitatem commodum Romam appulisse, Volui officium ipsum iterare; ac gratulor illi eciam atque eciam toto animi affectu, tum de proueccione ipsius, ad eum apicem, tum eciam de fausto in vrbem et sedem suam aduentu, optoque votis omnibus, vt hanc summam prefecturam, et sacra hec retinacula, que diutissime cum sua gloria, et tocius populi Christiani, salute gerat ac moderetur, vtque Statum reipublice Christiane, plenum turbis, et fluctibus, reddat, vt omnium spes est florentissimum, verum vt nunc res sunt, ac indies indeterius vergunt, ita mature facto opus est, vt concilientur ac vniantur inter se animi et studia principum Christianorum, quorum mutua digladiacio auget plurimum animos infidelium, vtque mihi et Serenissimo Nepoti meo, nimium iam vtrique laboranti succurratur. quod Vram Sanctitatem omni cura et studio rogo et obtestor. Nam quo magis in hac re cessatur, hoc omnia redduntur difficiliora, Ego qui more maiorum et predecessorum meorum opponere me semper periculis pro re Christiana, ac istam Sanctam Sedem

omni obsequio et veneracione prosequi consequi ita me deinceps facturum et Vram Stem vti dominum et patrem clementissimum omni studio obseruaturum polliceor. Cui me ac Serenissimum Nepotem meum, nostraque communia regna dominia gentes, et omnes facultates nras vnice comendo et addico. Quam feliciter valere ac preesse ex corde desydero. Datum in Ciuitate nostra Vilnen die xxvi Octobris. Anno domini M° D° xxvi°

Sigismundus primus Rex Polonie
Nicolao Samosceski Canco Cracc
Referendario.

Venerabilis domine nobis dilecte. Deliberantes nobiscum quo pacto recte et pro dignitate nra, ac vsu reip. et ecclie. Epatum Plocen vacantem conferremus, et habentes racionem veteris seruitutis, et meritorum Rdi dom. Raphaelis Epi Premislien, illi Epatum ipsum contulimus. Venerabilem vero Andream Cricium ob eius virtutem, et quod illum nobis et reipublice ydoneum cognoscimus ad Epatum Premislien, pronunciauimus, vt autem vberius testimonium gracie nostre aduersus dictum Dm Raphaelem Epum Premislien exhiberemus, pro maiori dignitate ipsius. Volumus vt tu nomine nostro Epatum ipsum Plocen illi offeras, et post declaratam ei hanc graciam, et beneficenciam nostram comone facies illum, vt se in ea dignitate ita gerat, vt vicio ingratitudinis à nobis notari non possit, vtque melius se conseruet, aduersus nos et rempublicam, quam nonnulli, qui prouecti à nobis et summis+ beneficiis affecti, omnes nobis difficultates ingerunt, ac in detrimentum nrm et reipublice turbas ac sediciones mouent. Referes postremo nos habere seruos nonnullos, quos ex his vacationibus consolatos esse vellemus, ac ob id nos accepisse Venlis Andree Criczki PPturam Posnanien, licet illa pro statu suo decenti, tenendo sicut et aliis beneficiis indigeat. vt illa Venlem Ioannem Latalski

+ notat Jo. Laski. Archiepm Gnesnen

R. P.tum Cui pro tam longo sumptuosoque seruicio, nihil dedimus, contenta:
remus, et proinde ages, vt ad alium seruum similiter contentandum,
ipse D.s Ep̄us Premislien. Nobis Canonicatu suo Cracouien. cedat, quo
de illo pro libito nostro disponere possemus, neque in hoc volunt.ti nostre vllo
modo aduersetur. Ne vero hec nouitas de collato Ep̄atu Plocen. celerius
quam tu Cracouiam perferatur. Volumus vt Laulbotum, penes te retineas
quod et nos illi mandauimus, vt non alr quam tecum Cracouiam ingrediatur.
Cetera in hoc negocio recte obeunda tue discrecioni committimus

Sigismundus primus Rex Polonie
Raphaeli Lesczinski.

Rde in Christo pater etc. Cum nobis nunciatum esset R.dum olim
D.m Erasmum Ep̄m Plocen. rome vita functum, licet multi multisque commen:
dacionibus ipsum Ep̄atum a nobis pecierint, tamen nos habita racione veteris
seruicii et meritorum V.re P. nolentesque hanc persuasionem de nobis haberi
quod dignorum et meritorum seruorum parua nobis inesset racio, contulimus
ipsum Ep̄atum Plocen. V.re P.ti et pro maiori illius dignitate, mittimus cum
eo nuncio ad illam Secretarium n̄rm. Ven.lem N. Szamoseczki etc. Spera:
musque quod in ea dignitate, ita se geret erga nos et rempub. vti hactenus consue:
uit, recte et laudabil.r, neque huius beneficencie non erit immemor, neque ingrata.
Quia vero habemus aliquos seruos inferiores, quos consulatum iri vellemus
Postulamus a P.te vestra, ut nobis Canonicatu suum Crac. resignet, vt de
illo libere disponere possemus. Nam et Ven.li Andree Cricki quem ad
Ep̄atum Premislien. tenuem nominauimus, sacerdocium vnum non vulgare
contentandi alios seruos causa recepimus. Quod si id P. V.tas facere relnctaretur
non bene nobis de illius gratitudine persuadere, neque id absque magna displi:
cencia n̄ra ferre possemus. Bene valeat V. P.tas Dat. Vilne

Sigismundus primus rex Polonie
Joanni Latalski Praeposito.

VEn.lis &c. Exigentibus meritis et veteri servicio Re.di D.ni Raphaelis Epi Premislien. contulimus illi Epatum Ploczen. Non immemores tamen existen. tue D. praepositoram illi Posnanien. nominato ad Epatum Premislien. Ven.li Andrea Crziczki designauimus et eam illi resignari faciemus. Dat. Vilne

Sigismundus primus rex Polonie
Capitulo Plocen.

VEnerabilibus prelatis et Canonicis, totique capitulo ecclie Catedralis Plocen. devotis nobis dilectis, graciam regiam. Venerabiles &c. Intellecta ex nunctiis nostris, die electionis vestre, cui, uti aliis ecclesiis regni nostri, non grauatim annuimus, commisimus Generoso Nicolao Niszczki Castell.o Sierpczen. et capitaneo Plocen. cum adiuncto sibi ex aula nostra Ven.li Nicolao Dziergowski. Can.co ecclie vre Plocen. notario nostro, vobis mentem nostram de eligendo per vos epo vestro, et quem nos uti patronus, et collator Epatuu, regni et dominiorum nostrorum designauimus referre. Itaque hortamur vos, ut ipsis Nunctiis nris plenam fidem adhibeatis, et quemadmodum illi animum nostrum vobis declarabunt, ita vos exhibere et accommodare curetis pro bono vestro, et ecclie vre statu, ac nostra gracia facturi. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Epo et Capitulo Cracc.

Rde in Christo pater, et Venerabiles deuoti nobis dilecti. Non dubitamus mortuo Rome Rdo olim domino Episcopo Plocen, et eius epatum et Canonicatum Cracouiensem, illic impetratum iri. Quod ad Epatu attinet nre erit cure. Cum vero ad Canonicatus et prelaturas ecclıarum scitis quales persone sint recipiende, iuxta priuilegia et statuta regni, si quis externorum vel ignobilium Canonicatum ipsum Rome impetrauerit. Mandamus vobis districtissime, ne illum ad ecclıam suscipiatis, ne quid aduersus vos et ecclıam Vram durius, qz vellemus, statuere cogeremur. Nam nullo pacto id neqz nos, neqz regnicolę nostri ferre possent. Datum Vilne die S. Martini. Anno domini M° D° xxii°

Sigismundus primus rex Polonie Jacobo Focar.

Nobilis et egregie nobis sincere dilecte. Mandauimus fideli nostro Generoso Ioanni Boner generali procuratori nro committere tue S. aliqua istic negocia nra apud summum Pontificem curanda. Postulamus ab illa vt quemadmodum ille perscripserit, ipsa negocia curare velit, expedienda, et vti hii quorum alterum ad Epatum Plocen, alterum vero ad Premislien, cum reseruacione suorum beneficiorum putamus, absqz mora et difficultate confirmentur. Nam molestissimum nobis esset, si quid istic aliter quocunqz colore disponi deberet, neqz id ferre aut admittere,

vllo pacto possemus. Sed confidimus in prudencia ipsius summi Pontificis que non vulgaris predicatur, quod nobis hanc iniuriam et molestiam non exhibebit, referemus operam tue S. omni fauore et beneuolen. nra regia. Que bene valeat

Sigismundus primus Rex Polonie. Joanni Boner Zuppario Cracc.

Generose fidelis dilecte. Habentes racionem veteris seruicii et meritorum Rdi domini Raphaelis Epi Premislien contulimus illi Epatum Plocen. Venli vero Andree Cziczki Secretario nro, quem nobis et reip. ex vsu futurum confidimus, dedimus Epatum Premislien, in qua re mittimus ad summum Pontificem et Cardinales lras diligenter scriptas, ne qua iuri nostro et illis illic rome difficultas oboriatur. Tu eciam ut aliis litteris tibi scripsimus instruas, per lras tuas Fucaros, vt agant ne in hac re vllum fiat impedimentu, et remoracio. Nam nos aliter disponi de istis epatibus nullo modo admittemus, neque paciemur, et curas, vt expediciones istorum nominatorum nostrorum fiant, quam celerius eorum impensa. Quia vero vellemus aliquos alios seruos nostros. nondum a nobis prouisos, consolari, et ob eam rem accepimus. Venli Andree Cziczki, preposituram Posnanien, vt illa Venli Ioanni Latalski, preposito conferamus. Volumus vt eciam Rdus Raphael Epus Premislien, suo Canonicatu Crac nobis cedat, ad aliquem alium seruitorem nrm prouidendum, de qua re tu cum illo, diligenter agas nostro nomine, in qua si prouisus a nobis pingui epatu, vbi seruitores suos multis ibi amplis beneficiis prouidere poterit, difficilem et durum se facere voluerit male nobis de illius in nos gratitudine persuasum esse oportet, et ferre id equo animo neququam possemus. Vilne

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Boner Zupario Cracc.

Generose fidelis dilecte. Molesta est nobis valde mors R^di olim domini Epi Ploccen, cum ob varias res, et negocia nostra que Rome sunt hac eius in opina morte implicate, tum ob nonnullas concessiones summi Pontificis defuncti nobis factas, quas ille non ad plenum expedierat, de quibus cla: rius quidem edocebimur, per illius servos cum redibunt, Verum quod in presens scimus, fuit inter alia, concessio denarii S. Petri, ad decem annos, que similiter in toto expedita indiget ratihabitacione huius novi Pontificis, sed agere id oporteret secretis^me et absque sciencia ullius Cardinalis, qui tales concessiones impedire solent, qui proventus Camere apostolice dimi: nuere videntur. Itaque committas negocium hoc diligenter Nobili et egregio Iacobo Foker, et eius nepotibus expediendum nostro nomine apud illius S.^tem Pro quibus litteras credenciales his annexas mittimus. Oportebit autem prius illos diligenter et secrete investigare à servito: ribus dicti D^ni Epi deffuncti. Supplicaciones et exempla huius negocii, et cui Camerario seu Secretario, defunctus Pontifex, tales res secretas committere solebat. Nam illius S.^tis morte, direpte fuerunt inter alias res scripture eiusdem negocii ipsi Camerario. Sed postea forte quadam invente, ut scripsit ipse olim Epus Ploccen R^do D^no Epo Posnanien, quod ibi facilius ipsi furari restitui poterunt, et eas^dem scripturas rem curare et expedire, in quo illos sufficienter, ita ut scribimus instruas, utque dili: gentissimam operam faciant quo officium collectorum ipsius denarii S. Petri committeretur, et conferetur R^do D^o Petro Tomicio Epo Posnanien, et Vicecancell^rio regni mei, cuius predecessores antiquitus, semper officium hoc gesserunt, et ipse illud rectius hic quam aliquis alter obire poterit, quoniam nos nullum alium preter illum admittere volumus. Si vero minutas et Supplicaciones

eiusdem Denarii S. Petri, per defunctum Epum impetrati invenire ipsi Turcari non possent, supersederent ad pns ab hoc negocio, et rem secretissime tenerent, nihilominus curarent omni cura et studio officium collectorie, ita ut idem defunctus Epus sibi impetrauerat, pro dno Epo Posnamien obtinere, nam hec res cedere deberet ad usum et fiscum nostrum et reip.ce et quia hoc officium solitum est Rome pecunijs, ut cetera omnia expediri. Licet nos non libenter tales emptiones videremus, et illas in consuetudinem induceremus, tamen si aliter fieri non posset, facerent ipsi Turcari decentem impensam pro obtinendo ipso officio nomine, et ad racionem pecunie ipsius domini Epi Posnamien, quam tu dari illic pro eo facias. Scribas eciam ipsis Turcaris, quo negocium Epatus Ploczen. quam celerius expediatur, et si quod impedimentum aut remoracio fieret, propter aliquem alium, preter nostrum pntatum, in spem ratihabitacionis nostre, persuaderent Summo Pontifici, nos nihil facturos esse, neque posse contra statuta regni nri. Et proinde ne qua esset dilacio, et ne nobis, et iuribus nris iniuria fieret, nam oporteret inde magnam aliquam sequi perturbacionem, et nos male persuaderemus nobis de illius San.tis erga nos fauore, et si alique ex regno suggestiones essent, ut sunt qui res nras semper difficultant, ut Epatum ipsum implicarent, pollicentes de ratihabicione nostra, illis nulla fides adhiberetur, sed fieret declaracio nos nullo modo ad alium quam ad nrum pntatum consensuros.

Volumus autem ut negocium S. Petri denarij, et officij collectorie, de quo scribimus, sit apud te et Turcaros secretum, propter impedimenta non solum Rome, sed eciam hinc a subditis nostris. Cognoscemus enim ex minuta lrarum domini olim Epi Ploczen, quam tibi mittit Rdus Ds Epus Posnamien, ut nostri istinc suggesserant, quo ipse Denarius S. Petri concederetur regno Hungarie, sic illis propter priuata sua commoda minora et reip.ce sunt cure.

Sigismundus primus Rex Polonie
Adriano summo Pontifici.

SAnctissime ac beatissime pater etc. Molesta est mihi plurimum inopina istic mors Oris mei Rdi D.ni Epi Plocen. Cum ob multa alia mea negocia, tum propter nonnullas concessiones, mihi per dive memorie Leonem Pontificem factas, que confirmacione Vre S.tis indigebant, inter quas erat gracia Jubilei ad annum regno, et Magno ducatui Lituanie, ac aliis dominiis meis concessa. Cuius littere quia post mortem usque prefati Leonis Pontificis, mihi allate fuerunt, et visu erat meis sacricolis et doctoribus non valuisse ipsam graciam, cum vivente Pontifice, qui illam concesserat, non erat publicata, et proinde non sortita fuit effectum suum. Supplico Vre S.ti dignetur eandem graciam Iubilei iam concessam ratam habere, et confirmare seu extendere, si quidem id emolumenti quod inde corraditur totum ad reficiendas arces finitimas, ab infidelibus connertitur. Quod opus est iuxta prium atque necessarium. Fecerat idem Predecessor V. S.tis nobis et alias concessiones, de quibus cum a servis defuncti Oris mei clarius cognovero scribam latius Vre S.ti et ut illas ratas habere dignaretur. supplicabo.

Ceterum creaverat ipse defunctus Leo Pontifex, eundem Orem meum collectorem denarii S. Petri. Qui in regno et dominiis meis, ac ducatu Slesie quotannis camere aplice penditur. Quo officio sic vacante. Supplico S.ti Vestre, ut illud conferre velit Rdo D.o Petro Epo Posnanien. et regni mei Vicecancell.o et nemini alteri, si quidem antiquitus, eius predecessores Epi Posnanien. plerumque officium ipsum gesserunt. et ipse virtute et auctoritate sua. qua pollet in regno meo, poterit rectius et cum maiori dignitate S.tis Vestre quam quisque alius

munus hoc obire, faciet mihi eadem S.tas Vestra rem multo gratissimam, si hysce postulatis meis annuere non dedignabr. Cui me iterum et mea omnia uti patri clementissimo ex corde commendo. et cupio ut valeat et presit felicissime. Vilne xxviij octobris

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinalibus.

Rme in Christo pater. Mors inopina istic Rdi olim domini Epi Plocen. Oris nostri, magnam nobis perplexitatem multarum rerum nrarum attulit, et presertim in hiis que per illum à dive memorie Leone Pontifice erant impetrata, que uti imperfecta, moderni S.mi domini nri confirmacione indigebant. Interque expedita quidem fuit in toto gracia Iubilei annalis, ad regnum et magnum ducatum Lituanie, et alia dominia nostra pro reficiendis arcibus finitimis, ab infidelibus, opere sane, cum pio, tum necessario. Sed quia post mortem usque dicti summi Pontificis Leonis littere nobis misse fuerunt, et suam vim exequi viuente concessore, nulla in parte ceperunt, neque publicate fuerunt: Visum est sacri:colis, et doctoribus nris tutum non esse illis inniti, nisi denuo per novum Pontificem confirmarentur. In eaque ambiguitate placuit tum potius à publicandis illis abstinere. Rogamus itaque Rmam D. V. agere velit apud eius S.tem quo et alie concessiones nobis per defunctum Pontificem facte, et eadem ipsa gracia Iubilei confirmetur, seu extendatur, quandoquidem ea res cessura sit in commodum et tuicionem rei christiane. Ceterum impetraverat pro se deffunctus Orator noster iussu et voluntate nostra officium collectorum denarii S. Petri, quod antiquitus Epi Posnanien semper gerebat. Rogamus V. R. Dnem efficere curet apud S. D. nrum, quo idem officium conferatur. Rdo Dno Petro Epo Posnanien, et regni nostri Vicecancellario, qui sua fide,

et auctoritate qua pollet in regno nostro poterit illud acuracius, et enim maiori dignitate sedis Aplice obire. In quo nobis sua S^tas plurimum gratificabitur, et nos hanc operam V. R^me D. curabimus omni studio et gratificacione referre. Quam felicissime valere desyderamus.

Sigismundus primus Rex Polonie Adriano sexto Pontifici Maximo.

SAnctissime ac beatissime in Christo etc. Cum primum intellexi R^dum olim dominum Episcopum Plocen. orem meum istic vita functum presentavi e vestigio ad eum Epatum R^dum D^m Raphaelem Epum Premislien., ad eius vero Epatum Premislien. nominavimus Ven.^lem Andream Cricium Plbnum Posnanien. secretarium meum, ambos virtute et egregiis dotibus preditos, et erga me quoque meritissimos, et qui cum ad reip.^ce mee, tum eciam ad ecclastica munera obeunda sunt dignissimi. Itaque supplico Vre S^ti omni studio dignetur citra moram ac difficultatem aliquam dictos presentatos meos, videlicet Raphaelem ad Plocen., Andream vero Cricium ad Premislien. Epatus promovere et confirmare, reservatis tamen ipsi Cricio suis sacerdociis, sine quibus, in Epatu Premislien. exili et lacero, ut in finibus infidelium, statum suum cum debita dignitate sustinere non posset, et ut eadem sacerdocia, cum quovis alio epatu tenere possit, committatque Vestra S^tas ne in annatis et expedicionibus suis uterque plus equo emungatur. Satis enim superque gravitatis et impensarum ferunt subditi, et servi mei, in continuis bellis que gero, cum infidelibus, ac ostendere dignetur V. S^tas in hac prima peticione mea, et suo faustissimo pontificatus inicio, quantum mihi de illius gracia et benignitate in me polliceri debeam. Quod illi perpetua mea observancia et studio curabo referre ac demereri. Felicissime valeat Vestra S^tas et me ac regnum et dominia mea, resque omnes et negocia mea sua clemencia et favore cõplecti

dignetur. Dat. Vilne die XXVIIIa Octobris Anno domini Mo Do XXIIo

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori.

Rme in Christo pater etc. Intellecta morte istic Oris nri Rdi olim Erasmi Episcopi Ploccn. contulimus e vestigio ipsum Epatum Plocensem Rdo Dno Raphaeli Episcopo Premislien., ad eius vero Epatum Premislien. nominavimus Venlem Andream Cricium PPtum Posnaniensem secretarium nrm, quorum uterque virtute, et egregiis dotibus suis, est erga nos meritissimus, et ad obeunda tum nostra et reipu.ce nec., tum ecclesiastica munera dignus et idoneus. Presentamusque utrumque Smo Dno nostro petentes, quo illos uti a nobis nominati sunt, promovere et confirmare dignaretur. Rogamusque Vestram R. D. agere velit apud eius Stem ut eosdem pntatos nros citra moram ac difficultatem confirmare dignaretur. Reservatis tamen sacerdociis suis Andree Cricio, sine quibus Epatum Premislien., uti exilem, et in finibus infidelium cum dignitate debita sustinere non posset, ut eadem beneficia cum quocumque alio epatu tenere possit, efficiat Rma Do Vra, ne quid tam in ipsis Epatibus, quam eciam sacerdociis, iuri nostro, et statutis regni nostri derogetur, quibus neque nos deesse propter motus regnicolarum nrorum, neque nobis bene persuadere de illius Stis in nos favore possemus. Ubi aliter de hac re statuere vellet. Quod illam pro eius sapiencia speramus non facturam, neque occonem daturam, sedicionibus et tumultibus in se et sedem suam riendis, qui cum alibi indies magis invalescunt, hactenus per nos in regno diligenter est custoditum, ne quid tale ulla in parte accidere posset. Referemus hanc operam Vestre R. D. omni officio et gratificacione nostra quacumque poterimus. Cui nos et negocia nra commendamus.

et cupimus ut valeat felicissime. Vilne die XXVIIIo Octobris.
Anno domini Mo Do XXIIo

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali de Crassis Protectori

Reverendissime in Christo pater et domine etc. Post obsignatas alias litteras ad S. Dm nrm, et Vestram Rmam D. reddite sunt nobis eius lre XII Septembris date, quibus nos cerciores facit de opera sua quam adhibet, ne ipse S. D. noster aliquid insciis nobis de epatu Plocensi disponere dignaretur, et agimus immensas gracias Vestre R. D. de hac opera qua nobis in presens nihil gracius prestare potuerit. Verum quod illius S. beserit in hoc negocio pretendens iura Ecclie Romane, nobis quidem animum percussit. Non persuadere nobis possumus illius Stem que sapientissima predicatur aliquam nobis et regno nostro iniuriam facturam. Enim Epatum regni nostri prime sunt sedes senatus, et Consilii nostri, in quibus exteros Regnicole nullo modo ferre possent, neque in ea re, ullus Pontifex nobis et statutis regni nostri derogauit. Probamus quidem eius Stis animum, quod velit iura ecclie Romane manutenere, sed vicissim illa nobis vicio vertere non debebit. Si nos quoque nra et regni nostri iura tenere nitemur. Mallemusque quod sua Stas curaret seruari iura sua, et sancte Ro. ecclie in his, qui illam contemnunt, et blasfemant, quam in nobis qui illam perpetua obseruancia colimus. Itaque rogamus V. R. D. agat, ne quid contra disposicionem nram statuatur, nam id nullo modo admittere possemus. Quid vero commodi inde sequeretur, aut quod nobis cordi esset, post hac insignes Ores istuc mittere, perpenderet sua Stas. Commendamus nos et hoc negocium Vre Rme Dni. Que valeat felicissime

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Boner Zuppario Cracouien

GEnerose fidelis dilecte. Declarauimus iam tibi quo pacto de Epatu Plocen disposuimus. Superuenerunt postbac Mag.ci Palat.ini Crac. et tue littere, quibus significastis nobis summum Pontificem, vnum ex Marchionibus ad ipsum Epatum Plocen promouisse, que res vt permoleстissima esset ac indecens, q Episcopi qui et primarii senatores sunt Consilii regni nri, foris, et contra voluntatem nostram statui deberent, et presertim hii qui omnia nobis hostilia moliuntur, et moliti sunt semper, ita a nobis aliorum exemplo regum et principum, ac eciam more maiorum nostrorum omnibus viribus prohibebitur, neq nobis unus, nostra et regni nostri iura ullo pacto infringi paciemur, id quod abunde iam litteris nostris ipsi Summo Pontifici declarauimus, et vbi opus fuerit, eciam re ipsa declarabimus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Marsupino Oratori Hungaro

Non pridem anteq tue lre nobis sunt reddite. Accepimus Orem olim nostrum Rdum olim D. Erasmum Epm Plocen istic vita functum, et affecti sumus magna molestia, q hac eius inopia morte complures res et negocia nra sunt intricata. Quia vero et ipse defunctus, et alii istic Ores nostri, non minus curare solebant Negocia Ser.mi nepotis nri D.ni Ludouici, Hungarie et Bohemie regis, qua nra. Postulamus a te, vt cu istic sis, et nos Orem nunc non habemus, non desit vna cu collega suo, apud S.mum D.m nostrum rebus et negociis nris, agatq apud illius S.tem ne quem alium ad Epatum Plocen prouehere velit, Preter Rdum dominum

Raphaelem Episcopum Premislien virum ecclesie et reip^ce^ per idoneu et nobis meritissimum, quem nos sue S.^ti^ presentamus, Nam nos alium neqnaquam admittere volumus, neq possumus contra iura nostra et statuta regni nostri, que infringi regnicole nostri nullo modo paterentur, orireturq inde aliqua turba perniciosissima, que nescimus quo pacto sedari posset, referimus hanc operam tibi, et eius Collège vberrima gracia et fauore nostro.

Sigismundus primus Rex Polonie Christhophoro de Schidlowiecz Castellano Crac Cancellario M^ni^

Mag^ce^ declarauimus iam tue S^ti^ Rm.ac quo pacto de Epatu Plocensi disposuimus. Quod autem Summus Pontifex, non attenta obseruancia nostra, pre ceteris erga sedem Apticam, et meritis nris erga rem Chrianam, non attento eciam, q Epatus sunt primarie sedes consilii regni nostri, nobis insciis hostem nrm nobis obtenserit, non possumus non nisi molestissimo ferre animo. Sed ut illius San.^tas^ mihi volet iuribus ecclie Romane sibi ipsis absq consensu nostro, aut predecessorum nostrorum in preiudicium nrm factis, ita non indecens erit, neq a predecessoribus nostris alienum, vt nos quoq iuribus regni nostri, que manutenere debemus, innitamur, neq illa nobis viuis vllo pacto infringi patiemur, id quod abunde iam lris tue S.^ti^ declarauimus, et vbi opus fuerit eciam re ipsa declarabimus. Non enim ignari sumus quatenus illius S.^ti^ obedire debeamus, et quid nobis illa iure statuere possit. Verum si ita prudens est, vt fertur, speramus q hunc Pontificatum suum hac tragedia nobiscum non auspicabitur. Sed hoc commodi attulit mansio Rome domini olim Epi Plocen, vt et aliorum qui educta ex regno magna vi auri, quam illic consumpsit, et nihil nobis preter aliquas indulgencias expediens, eciam hanc perturbationem et diffi:

culitatem nobis peperit. Negocium enim Ill.mi D.ni Ducis Casimiri commen:
damus Ser.mo D.o Hungariae Regi his l(itte)ris quas mittimus, et illi adesse
libenter volumus. Bene valeat S. tua. Vilne.

Sigismundus primus Rex Polonie
Bone Regine Polonie

SER.ma Princeps etc. Agimus V(est)re M.ti plurimas gracias, q(uod)
adeo affectam et sollicitam se prebet in rebus nostris, ut intellecta novi:
tate de collato Rome Ep(iscop)atu Plocen(si), nos e vestigio cerciores reddi:
derit. Suamq(ue) sentenciam in ea re nobis significarit. Nos iam S(anctissi)mo
Pontifici p(er)suasimus, eum quem elegimus, et abunde illi mentem n(ost)ram
q(uod) nullum alterum admissuri sumus declaravimus, expectab(imus)q(ue) ex
urbe documentum, utrum velit eius S.tas nec ne electos nostros con:
firmare, q(uod) si maxime nolit factum et sentenciam suam mutare.
Nos exemplo aliorum regum et principum, ne(c) eciam more maiorum
nostrorum tuebimur, nostra et regni nostri iura pro viribus, neq(ue)
illa infringi nobis vivis, ullo pacto paciemur. Non solum enim esset
perniciosissimum intrare in regnum et consilium n(ost)rum, unum ex his
qui omnia hostilia in nos moliuntur, et moliti sunt semper. Sed eciam
si essent, uti deberent, nobis obsequentissimi, res tamen noxii foret
exempli, q(uod) aliquis alter preter nos nobis Consiliarios nostros, pre:
sertim externos statuere deberet. Unde nihil dubitet M.tas V(est)ra
nos in iure nostro tuendo futuros et constantes et sufficientes.
Quod ad Decanatum Premislien(sem) attinet, annuimus non gravatim amore
nostro mutuo, ut illum M.tas V. conferat, et l(itte)ras ei ad illum mittimus.
Verum quia dignitas hec prima est post Pontificalem in qua omnis
eccl(es)iasticus ordo consistit, et illa eccl(es)ia t(ame)n caret in presens, viris idoneis et
p(ro)bitatibus M.tas V(est)ra conferre velit eundem decanatum tali qui ex usu

futurus esset illi ecclie, et eius regimini intenderet. Nam si nos conferre illud debuissemus hanc potissimum rõnem in conferendo habuissemus.
Adhuc de oratoribus ducis Moschouie, nihil audiuimus, malignitate, vt conii: cimus itineris, et proinde nescimus quido huic soluere poterimus. Comen: damus nos Mti vrae, que sciat nos gracia dei recte valere, et ut illa pariter vna istic, cum suauissimis liberis nostris. Bene valeat, ex corde optamus. ẹ Vilna.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Laski Archiepo Gnesnensi

Rme in Christo pater Sincere nobis in Christo dilecte. Jam pridem cum nobis nunciatum esset Rdum olim Dm Episcopum Plocen, Rome vita functum. Contulimus Epatum Plocen Rdo Do Raphaeli Episcopo Premislien, veteri et bene merito seruo nostro. Venlem vero Andream Criczki, secretarium nrum, quem idoneum nobis et reipce nouimus ad Epatum Premislien nominauimus, habuimus nihilominus racionẽ et Venlis Ioannis Latalski ppti quem nobis V. Ptas comendat, nam accepta ab ipso Andrea Criczki PPtura Posnanien eam illi resi: gnari fecimus. Difficultates vero Romanas de quibus P. V. subim: tulit, in expediendo ipso Epatu Plocen, nos minime veremur, freti sapiencia summi Pontificis, et spe nobis ex vrbe data, nisi forte nistri: dum huic aliquo vt nunc nobis et reipce eiusmodi difficultates ingeri solent, aliquid preter spem nostram illic Romae statueretur, quod si maxime fieret, nos iure optimo, et more predecessorum nrorum, non deerimus nris et regni nostri Iuribus, eaqz nobis viuis infringi nullo pacto paciemur. Valeat foeliciter V. P. Dat.

tangit ipsum Archiepm

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni dantisco Rome Ori suo

Mortuo Rome Ore nostro Rdo olim Erasmo Epo Plocen contulit Smus Pontifex Epatum ipsum Plocen fratri Mgri Prussiae, que res vt nobis tolleranda sit, tu ipse melius nosti, quam scribi possit, nam preter quod hostis nobis obtensus sit, eciam perniciosissimum esset. vt nobis aliquis alter preter nos, Consiliarios nostros et eos premarios statuere deberet. Quare agas diligentissime apud Ces: Mtem vt si ipse Smus Pontifex perstare velit in ea disposicione sua, et eum quem nos illi commendauimus confirmare denegaret, dehortaretur illum lris suis eius Mtas Cesarea ab hoc instituto. Nam nos eciam si bellum esset ob hoc resumendum id nullo pacto admittemus. Commisimus Ioanni Boner, vti viaticum tibi adaugeat, tu ut celerius ad nos redeas, et negocia nostra recte obeas, curato. Datum Vilne die sedecima mensis Nouembris. Anno domini M° D° XXvj°
Regni uero nri anno. xvij°

Sigismundus primus Rex Polonie
domino Archiepo Gnesnensi

Rme in Christo pater sincere nobis dilecte. Accepimus litteras V. Ptis quibus nobis curam et consilium suum de collato Rome Epatu Plocen declarauit. Commendamusque non vulgariter hoc studium et

sollicitudinem illius, in ea re, que vnumquemque, nisi omnis racionis, et amoris
in patriam sit expers, non potest non plurimum permouere, Ut in viscera
regni nostri, et inter primarias sedes consilii nostri, contra vota et volun:
tatem nram nobis obtrudi deberent, qui semper omnia hostilia in nos
et regnum nrm moliti sunt, ac eciam num moliuntur, qui si eciam obser:
uantissimi essent nostri, esset tamen valde perniciosum exemplum, quemque
alium externum, presertim nobis inuitis, Consiliarios regni statuere. Nos
innitentes consilio V. Ltis non ut illa putat id vili pendentes. Commi:
seramus dudum Nuncio nostro Ioanni Dantisco, quem ad Ces. Mtem
in Hispaniam misimus, ut illic Sumo Pontifici, de prouectione ipsius,
quam maxime fieri posset gratularetur, litterasque fidei illi misimus, nam
opinio fuit, eius Stem adhuc longius illic subsistere debuisse. Quando
vero ad vrbem priusquam ipse Nuncius nr ad Hispaniam peruenisset,
applicuit, ac nos vna de illius aduentu et morte Rdi olim domini Epi
Plocen, intelleximus e vestigio litteras gratulatorias verbis amplissimis
eius Sti scripsimus, ac illi nostram erga sedem Apticam obseruanciam,
nostrasque difficultates ac labores, quibus pro re Chriana destinemur.
sumus abunde testati. Commendauimus demum eius Sti ad
Epatum Plocen Rdum D.m Raphaelem Epm Premislien, Intereaque
interuenit rumor quidam de collato uni ex Marchionibus ipso Epatu
Plocen. In qua re cum Rmus D. Cardinalis de Grassis, protector
regni nostri, nobis nihil scripsit, neque scimus, quo pacto sit ea prouisio
facta, ipsi soli Rmo Dno Cardinali scribendum censuimus, de eodem
rumore, et quod adhuc credere non potuerimus, summum Pontificem non
habita racione obseruancie nre, erga sedem Apticam, et summis
in rem chrianam meritis, non attentis eciam Iuribus regni nri, ac immu:
nitate, apud omnes gentes oratorum, qua et orator regni nri, Rome in ser:
uicio nostro existens, non aliter illic iure mortuus quam in aula nra censeri
debeat, non expectataque nra presentacione, prouidisset de Epatu Plocen,
ei quem omnium mortalium, et nos et regnicole nri, minus et vellent et su:
scipere possent, et commemorantes in nos merita dominorum Marchionum.
Rogauimus ipsum Dm Rmum Cardinalem, ut si res ita se haberet,

ipse cum aliis Cardinalibus, huic rei quantum posset obstaret, ageretque
vt prefati a nobis confirmarentur. Alioquin nos nullo pacto alium
quemque esse admissuros, Sed iura regni nostri vti tenemur, nos esse pro
viribus defensuras. Vnde quid commodi sequeretur, aut quod nobis posthac
cordi esset mittere Romam oratores insignes ipse summus Pontifex
perpenderet. Expectabimus igitur responsum ex vrbe, et interim eum
quem designauimus, eligi per capitulum, bonaque Episcopatus de more
diligenti custodia prouideri fecimus. Quod si intelligemus summum
Pontificem perstare in sua disposicione, nos evestigio bona ipsa in
potestatem nostram recipiemus, et iura regni nostri, non fictis strata:
gematibus, sed regio et constanti animo, vti alii reges, et principes solent
ac maiores regni nostri consueuerunt, tuebimur. Hoc vero quod sua:
det P.tas V. fugere nos debere missionem Oratorum, cum obediencia,
non visum est facere, tum quod res iuxta scripcionem nostram in vrbem non
bene conueniret, tum eciam quod nos nollemus amplius ad has fictas vel
veras obediencias immiscere, Nam et Ser.mus Rex Hungarie et alii
reges liberi uti nos sumus, non solent mittere oratores Romam, nisi ad
negocia quando incumbunt tractanda. Subditorum vero et vassallorum
Romane ecclesie interest ipsas obediencias prestare, que a nobis to:
ciens et tot sumptibus facte Nihil unquam commodi nobis apud illam
sedem pepererunt, a qua pro eo quod in summis laboribus et discriminibus
cum infidelibus decertantes adiuuari et foueri deberemus, adhuc
variis modis emungimur, et perturbacionem in iuribus et statu nostro
subimus. Non dubitamus vero et Cesaream M.tem et Ser.mum do: Hun:
garie regem nobis in hac iniuria nostra, si ita res postulabit, affuturos,
pro quibus et aliis vicinis principibus, quod ad coniunctionem nostram perti:
nere videbitur, nihil vnquam adhuc pretermisimus. Bene valeat V. P.
Vilne feria vj.a ante festum Sancti Andree. Anno domini
M.o D.o XXij.o

Sigismundus primus Rex Polonie Capitulo Plocensi

VEn[les] deuoti nobis dilecti. Intelleximus rumore quodam summum Ponti:
ficem non expectata presentacione nostra, cuidam alteri de epatu Plocen
Rome prouidisse. Quod nos quidem de eodem Pont[ce] qui singulari
virtute et prudencia preditus esse dicitur, adhuc minime credere pos:
sumus, quin certo nobis persuademus pro nostra erga sedem aplicam
summa obseruancia summisque erga rem Christianam meritis, illius
S[tem] hanc iniuriam et contumeliam nobis, nequaquam esse illaturam, cum
preter hoc, quod Epatus regni nostri, ad collacionem nram pertineant,
maxime inter sit nra, cum Epi premiarii sint Senatores consilii Regni
nostri, ne quis alter illos presertim externos, quam nos statuat, vtrumque est
quia nos et tenemur, et volumus nrm et regni nostri ius, pro viribus om:
nibus tueri. Mandamus vobis districtissime, vt iuxta consuetudinem sem:
per in ecctiis regni nostri obseruatam, bona omnia ipsius Epatus Plocen
in curam vestram et regimen suscipiatis. fructusque et prouentus, quos:
cumque ad Epm spectan, anni pntis fideliter colligatis et integre conser:
uetis futuro successori, et alios quoscumque, quacumque auctoritate seu
pretextu, se de illis intromittere nullo modo permittatis, si quis eciam
compareret, cum lris aplicis, quibus possessionem istius Epatus Plocen
assignare sibi niterentur, eas nullo modo suscipiatis, nec eis obediatis, sub
pena perpetui exilii et confiscacionis omnium bonorum vestrorum secularium
spiritualium vero pena aresti. aliter non facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Preposito Poltovien

VEnerabilis devote nobis dilecte Intellecta morte Rdi olim domini Erasmi
Epi Ploczen, nos e vestigio pro iure nostro contulimus ipsum Epatum, ei
qui tam ecclie quam nobis et reipublice ex usu est visus. Quoniam vero ru:
more quodam posthac intelleximus, Summum Pontificem alteri de ipso
epatu providisse, teqz ad colligendos eius fructus Iconomum statuisse
preter consuetudinem regni et ecclarum istarum, quarum prelati et
Canonici sede vacante, bona epatus providere, et de redditibus
eorum respondere consueuerunt. Nos licet minime dubitemus ipsum
Summum Pontificem, cum recte institutus fuerit nri iuris esse Epatus
regni mei conferre, cum maxime intersit nra, quando Epi primarii
sint senatores consilii regni nostri, ne quis alter illos preter nos,
presertim externos statuat, non contra venturam illius Stem col:
lacioni nre, quam nos omnibus viribus tueri et manutenere debe:
mus et volumus, tamen ne interim quod res transigatur, bona Epatus
preter morem gubernentur, et proventus illorum distrahantur.
Mandamus tibi sub pena exilii perpetui, et confiscacionis omnium bo:
norum tuorum temporalium, spiritualium vero arcesti, ut omnes census
et proventus istius anni quoscunqz ex bonis epatus collegisti, et in
ecclia Ploczen subiter reponas. et eos prelatis et Canonicis eiusdem
ecclie conseruandos, usqz ad aliam informacionem nram committas
et deinceps te ad fructus et proventus, quoscunqz eiusdem epatus non
intromittas. Insuper mandamus tibi quod pecuniam denarii S. Petri
anni preteriti nemini extradere audeas, sed si quis forte novus colle:
ctor eiusdem denarii te pro ea ipsa pecunia moneret, Dicas illam
de mandato ipsius do: Epi defuncti Collectoris nobis tradidisse, qui

eadem denarium S. Petri, a diue memorie Leone Pontifice nobis et regno nostro ad decennium impetrauit, sub predictis exilii et confiscacionis bonorum penis tibi irremissibiliter subitueris aliter non facturus.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Casimiro Marchioni Brandeburgen

Ill^ris Princeps et domine nepos noster char^me. Antequam nobis litteri V. Ill^s per epatu Plocen fuerunt reddite, iam pridem prfutauimus Summo Pontifici R^dum D. Raphaelem Epm Premislien veterem et bene meritum seruitorem nrm, cui iam ius quesitum est, et proinde neque nobis licet sentenciam mutare, neque si liceret regnicole nostri vllo modo paterentur violari iura regni nostri, maxime cum ob eadem iura nondum est altera differencia cum fratre vestro composita, et sumus satis experti, quid in talibus rebus promissa valeant, alioquin nos pro nostra necessitudine, quicquid officii prestare poterimus, erga Ill. D^m Ioannem Albertum, ac dominum Ill^tum Vrarum, citra detrimentum iuris regni nostri facturi sumus libentissime, dum modo et ipse Ill^tes Vre ita se gerere studeant, aduersus nos et regnum nrm vti necessitudo nra postulat. et Valeat felic^me V. Ill^tas.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Georgio Marchioni Brandeburgen

Illmus Princeps et Nepos noster charmme. Accepimus litteras tue Illtis quibus quod se purgat de fratre suo Illmi domino Mgro ordinis in Prussia, nos in eam partem vt scribit accipimus. Dolemus autem vehementer de hiis, que in regnis Serm Dni Nepotis nostri perpera gerunt, curabimusque pro virili nostra illis, si quo pacto poterimus non deesse. De ducato Opolien, non licet nobis in presens aliquid in rem tue Illtis scribere dum edocemur quod ea res esset contra iura regni Bohemie, quod erga nos est propensissimum, ne videremur contra iura illius aliquid conari. Epatum Plocen anteque illum Rome impetratum cognouissemus, contulimus alteri, cui iam ius est quesitum, et proinde mutare sententiam non possumus, quod si maxime vellemus, regnicole nostri nullo modo paterentur, miramurque vehementer quod ea impetracio in Vrbe Roma per fratrem Illtis tue preter scienciam, et contra iura regni nostri sit facta, presertim alia differencia, cum altero fre pro iuribus regni non diu composita Febr. Valeat Illtas Vestra

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Alberto Marchioni

Illustris Princeps nepos noster charmme Accepimus litteras tue Illtis quibus nobis declarans collacionem Epatus Plocen sibi factam postulat, per Nunccium, et procuratorem suum Mariangelum Accursium

vti illi ptatem faciamus, ad eiusdem Epatus possessionem consequendam. Nos intellecta ea re mirati sumus vehementer q tua Ill. sciens Epatus regni nostri, non ad alterius qz ad nram collacionem pertinere, sciens item quid inter nos ac Mgrm Prussie causa iurium regni nri intercedat. Grauerit Rome Epatum ipsum nobis inscijs ac in detrimentum Iurium nostrorum impetrare, vtcunqz est, quia euestigio cognita morte Epi Plocensis defuncti, Prtauimus Smo Pontifici Rdnm D.m Raphaelem Epum Premislien, veterem et benemeritum seruitorem nostrum, cui iam uis quesitum est, mutare nobis sentenciam non licet, neqz si liceret regnicole nri, rebus sic vt in presens sunt stantibus vllo modo paterentur. Quando vero tua Ill. ac fres ipsius studebunt se ita gerere aduersum nos, vt par est et necessitudo nrā postulat libenter illis, ac domui vre quibuscunqz modis poterimus commodabimus. Feliciter valeat tua Illtas

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici.

SAnctissime in Christo pater &c. Declaraui non pridem V. Sti voluntatem et racionem meas, in eo, quod attinet Epatum Plocen, q in pns nullo modo possum, neqz mihi est integrum consentire, vt aliquem alium V. Stas ad eam sedem proueheat qz Rdnm. D.m Raphaelem Episcopum Premislien, quem illi prtaui. Nam id regnicole mei nullo modo ferre possent, frustrati tociens, eiusmodi promissis, neqz id absqz graui aliqua et noxia perturbacione fieri posset, et proinde supplico V. Sti vt si haetenus hereat in hoc negocio tandem prtatum meum confirmare dignetur. Quando autem Nepotes nepotes mei Marchiones studebunt se aduersum me et regnum meum, ita gerere Vti necessitudo nostra, et mea in illos benignitas exposcit, curabo vicis:

sim illis ac eorum accessionibus non deesse, Nam interim hoc nego
cium Epatus magis ad dissidium et perturbacionem quam ad pacem ver-
geret. Commiendo me regnumque et dominia mea V. S^ti quam felicissi^me
valere ex corde desydero.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali de Grassis

R^me etc. Post absolutas iam a plerisque diebus litteras, quibus
S^mo do: nro eum, quem decreuimus ad Epatum Plocen, et item
alterum ad Premislien presentamus, perlatum est fama quadam
ad nos ~~eius~~ eius S^tem vnum ex Marchionibus Brandeburgen ad Epatu
Plocen promouisse. Quod nobis a tam sapiente pontifice euenire
debere nihil minus credere possumus, vt pro eo quod honoris causa istius
S. Sedis, tam insignem Oratorem apud illam habueramus, qui istic non manendi
causa, sed in seruicio nostro, et reipublice nre tanquam in aula nra extitit,
proque nostris, erga ipsam sedem, et rem christianam meritis illius S^tas
eodem Oratore mortuo, non expectata nostra presentacione, contra nostra,
et regni nri iura, et in perturbacionem gencium nrarum, et tocius status
rei christiane promouere deberet, ad eam sedem, que est ex primariis
consilii regni nostri, eum quem mortalium minus nos et regnicole nri
velint aut ferre possint. Iam enim S. tua intelligere potuit, quid inter
nos et Mgrum Prussie intercedat, et qui ab inicio multa nobis de fide
sua erga nos pollicens, cum ad eam prefecturam se insinuasset facta
demum conspiracione aduersum nos, cum scismaticis et infidelibus,
tantas nobis difficultates, tantam in re christiana perturbacionem
fecit, quanta verbis explicari non potest. Vnde exacerbatis summopere
nostris et subditorum nostrorum animis, id demum sequi necesse foret,
vt Marchiones vel blandis quibus iam non fidimus vel asperis, que

non timemus, conarentur possessionem eius Epatus consequi. Nos vero id pro viribus omnibus probibere cogeremur. Negocium vero contra infideles intermitti oporteret, et bellum perniciosissimum rei chriane oriretur, ad obuiandum itaque biis malis, agere velit V. R. D. vna cum aliis Rmis D.nis Cardinalibus cum eius Ste vt quos iam illi presentauimus quam q̃tocius confirmare dignetur. Quo vno difficultates omnes amputari poterunt. Alioquin si S.tas sua ita ut fertur statuit, idque ratum babere voluerit, bac vna face tantum incendium excitabit, vt illud demum, eciam si vellet, baud quaque extinguere poterit. Declaretque Rma D.o Vestra illius Sti nos quidem non libenter vel latum digitum discedere ab obseruancia nostra solita, erga sedem apticam, sed pocius quid vis perpeti, quam banc iniuriam subire ab illius Ste et banc facem et perniciem in rempub.cam regni nostri mittere deberemus, Epi enim nostri, non solum epi sunt, sed eciam primarii Senatores regni, quos nemo vnque alter, preter reges statuit. Faciet V. R. D. nobis rem tam gratam et nunque graciorem prestare possit si buic difficultati perniciosissime, quoquo pacto istic quam celerius consulet. Cui nos et boc negocium quam diligentissime comendamus

Sigismundus primus rex Polonie
Cardinali Protectori

Rme in Christo pater, babuimus ternas lr̃as S. D. nri calend Ianuarii datas ex quibus clare cognouimus, quam parui momenti fuerint, preces et postulata nostra apud eius S. tam de Epatibus ipsis, quam ecia de gracia Iubilei confirmanda, et offi.o collectorio Denarii S. Petri in eum, quem cupimus collocando.
De epatibus cum primum per Rmam D. V. cerciores erimus, in quo

tardius earum vertitur, id exequemur, quod iusticia, et rerum nrarum
racio postulabit. Eam vero graciam Iubilei, quam Sua S.tas ad sex
menses modifficauit, an suscipiemus incerti sumus, quandoquidem adeo
contemptibiles sumus, apud suam S.tem et animi hom(inum) iam nimio plus
erga istiusmodi indulgencias refrixerunt. Erat quidem opus hoc
iuxta prim(um) ac necessarium pro reficiendis arcibus finitimis. Sed
cum illas hactenus tutati simus ab infidelibus, sine ullo sedis aplice
adminiculo, tuebimur eciam inposterum deo bene iuuante viribus
nris.

Quod ad officium collectorie attinet, cum nobis olim divus Leo Pontifex
eam contribucionem denarii S. Petri ad decennium contulit ad illa
exigendam non opus habemus, vt ipse S.mus D.s noster, nobis famili:
ares suos ignotos et absentes preficiat. Nam nos id per nostros colle:
:ctores commodius et decencius exequemur. Feliciss.me valeat
V. R. D.o

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali de Grassis

R.me in Christo pater et domine amice nr charis.me ac honorande.
Mirari satis non possumus, q nec a P.te V. R.ma nec a quopiam alio
intelligere possumus. Cur istic negocium Epatuum Plocensis et Pre:
misliensis, tam diu hereat, et nostra postulata, Iusq et racio rerum
nostrarum adeo vilipendantur, vt nos iam prorsus pudeat, procerum
et subditorum nostrorum, frendentium iam nimio plus, q pro fauore et
adminiculo, quod merito ab ista sede habere deberemus, in summis labo:
ribus et difficultatibus nostris, quibus cum Ser.mo Ludouico Hungarie
et Bohemie rege. Nepote nostro pro re christiana distinemur, tantam igno:
miniam, et iniuriam subimus, vixq et egre adhuc illos contineamus, quin

aliquid alienum ab observancia nostra, erga sedem aplicam statuant, presertim sub hoc generali conuentu, quem in pns agimus, et pntibus multorum principum Oratoribus, cunctis, id quod nobiscum istic agitur apprime detestantibus. Quare rogamus omni studio R. D. V. agere velit vna cum aliis Rmis D. Cardinalibus, quos nobis amicos esse intelligit, vt Smus Ds noster annuat tandem iustissimis postulatis nostris, ac de Epatibus ipsis et sacerdociis, quemadmodum illi scripsimus, disponere dignetur, aut nos quam celerrimus quo res summa loco V. Rma Do certiores faciat, vt in istis inuolucris, et ambagibus, quibus non consueuimus, neque illis congruimus, diucius non hereamus, rebusque ac iuribus nostris opportuno modo prospiciamus. Quando quidem iam pene olfacimus, quo animo aduersum nos ista fiant, et quorsum vergant, et proinde quicquid illius Stas tam de Epatibus, quam eciam sacerdociis, aliter disponere voluerit, quam nos constituerimus, et illius Sti declarauimus, nos nullo pacto assenciemus, sed pro viribus nostris iura et dignitatem nram, donec viuemus tuebimur, et omnes subditi nri tuebuntur. Quod quam ex vsu erit illius Stis et rei eccliae demum constabit. Rogamus iterum Rmam D. V. et nos hac molestia quam primum exsoluere curet, In qua quocunque modo cessura sit, diutius pendere nolumus, faciet nobis rem multo plus quam vllam, vnquam fecit graciorem, quam illi omnibus officiis, et gratificacione nra curabimus referre. Feliciter Valeat Rma D. V.

Sigismundus primus Rex Polonie Oratori Hungaro.

Rde devote nobis dilecte. In negocio Epatum Plocen et Premislien quod vt istic curares, a te postulauimus, binas tuas lras accepimus, quarum alteris refers tenorem ad lras Pontificis, ex quibus nihil pro voto nostro,

cognovimus, Alteris item, lras Rmi domini Cardinalis protectoris nostri, quas non habuimus allegas, vnde indicos magis in ipso negocio incerti reddimur. Que res molestior est nobis quam dici possit, nihilque nobis magis preter spem accidere potuit, quam cum nos et Ser.mus dominus Nepos noster, vnum simus, et illius Mtis negocia non secus istic Romae quam nostra propria, per Ores nostros curabantur. Nunc istud negocium nrm talibus in volueris et ambagibus tractari. Et proinde postulamus à te, vt nobis tandem aperte scribas, quid agatur in ipso negocio, nam non dubium est, quin summus Pontifex, cum ita res succedit parui faciat, postulata nostra iustissima, aliudque facere in hoc ipso negocio, quam quod nos volumus, aut, ferre possumus contendat, de quo quidquid id sit, vellemus, quam primum cerciores fieri, vt rebus nostris opportuno modo prospiciamus. Nam quicquid illius Stas tam de Epatibus quam eciam sacerdociis aliter disponere voluerit, quam nos constituerimus, et illius Sti declaravimus, nos id nullo pacto admittemus et licet Stas sua vt scribis de sua sentencia, quam semel concepit, non facile decedat, tamen et nos de iusticia et dignitate nostra, nulli hactenus gracia dei cessimus, neque cessuros nos ipso deo iuuante confidimus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali de Graßis protectori.

Sigismundus etc. Rme etc. Mirari satis non possumus, quid cause sit, quod negocium Epatus Ploczen et Premislien, tam diu istic remoretur, cum magno dispendio Seruorum et Consiliariorum nostrorum, et rei ecclia.ce scandalo et detremento. Nos hactenus expectamus responsum, S.mi domini nostri, quod nos pro voto nostro habituros, eius legatus multis promissis obfirmauit, quod si preter spem eueniet et id

demum exequi cogemur, quod racio uirium nostrorum, et tanta contu:
melia nobis immerito facta postulare videbitur. Rogamusque V[est]ram
R[everendissi]mam D[omination]em agere velit, vt vel quocumque modo hii quos nos designa:
uimus confirmentur, vel ad summum cerciores fiamus, quorsum hec
tragedia vergat. Nam hec inuolucra non temere fieri nobiscum ar:
bitramur, faciet nobis R[everendissi]ma D[ominatio] Vestra rem multo magis quam vnquam
alias gratissimam. Cui eciam commendamus hunc fr[atr]em ordinis Fran:
ciscani, simul ac negocia que istic in ipsorum generali capitulo, nomine
fratris Marci a turri Veneti. Prouincialis et Commissarii ordinis
Franciscani in regno nostro, ob singularem illius doctrinam, et raras
virtutes nobis acceptissimi est obiturus, in quibus cum ad illam con:
fugerit, dignetur ei ope et patrocinio suo non deesse. Valeatque fe:
licissime R[everendissi]ma D[ominatio] V[estra] et nos diligat. Datum Crac. XX. Aprilis
Anno domini M° D° XXiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Regni Protectori Cardinali

Oratori Vngaro.

Rde sincere nobis dilecte. Nescimus quid sibi velit quod negocium
Ep[iscop]atus Plocen[sis] et Premislien[sis] tam diu istic hereat, idque absque ulla neces:
sitate, et commodo Summi Pontificis, cum maxima tamen perturbacione
regni nostri, et seruorum ac Consiliariorum nostrorum, quos ad eos Ep[iscop]atus
designauimus impendio, et iactura. Itaque postulamus a te vt huic Nun:
cio nostro auxilium et consilium omne prebeas, quo negocium ipsum
ex tricis istis euoluatur. Nam ut prius tibi scripsimus, non paciemur
vllo pacto, ut aliter id ipsum negocium, quam designauimus transigatur.
Quando quidem intelligimus, corsum hec inuolucra, et ambages ten:
dere, vt nobis contumelia et difficultates in rebus nostris inferantur,
quibus si vt debes, cum nos et Ser[enissi]mus Nepos noster vnum simus,

afficeris consulas et adsis vt tandem hec tragedia finem capiat, ne quid deferens huic emanet. Quam operam tibi vberrima gratia nostra referemus.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici

SAnctissime etc. Accepi non pridem litteras V. Stis quibus benignissime quidem recensens causas, quibus mota sit ad disponendum, etc. de epatu Plocen. quibus racio et vim rerum mearum exposcunt, nihil tamen habens eorum facere dignata est V. S. pro quibus illi tot litteris supplicaui, vt iam prorsus subditorum meorum me pudeat, egro et tumultuosissimo animo ferentium, tantam sibi et patriae suae contumeliam inferri, presertim, citra vllam necessitatem aut commodum sedis aplice. Quod quidem commodum si maximum esset, si iura istius

Curiae Romane non Epos, quod plerique uidubium vocant, non Ores, qui vbique gentium exempti sunt, immunes habent, quo minus quicquid istic moes offerat, absorbeant, non exposcunt tamen hoc tanta mea erga rem chrianam merita, tanta in istam sedem obseruancia, qua nihil tale suspicans, tam insignem Orem apud illam habui. Vt S. Vestra contra voluntatem et iura mea, et in perturbacionem regni et dominiorum meorum ingerere conaretur, in viscera regni mei, non externum solum, quod apud omnes nationes est intollerabile, sed eciam frem maioris hostis quam sit vllus ethnicus aut infidelis. Jam enim satis abunde declaraui, dudum Sti Vrae lris meis, omnem rei et hostilitatis seriem, que inter me et Mgrm Prussie intercedit. Declaraui vt ille nullum ex se iudicium prebeat pacis, aut quod velit mihi, vt par est, reconciliari, sed eciam omnia, quecumque potest indigna et hostilissima in me moliatur. Et proinde supplico S. V. vt aliam sen:

tenciam in hiisce rebus meis capiat. Eosque Epos quos illi ab inicio prestaui, atque ita ut petiui, vlterius confirmare non differat, neque diocesis ipsorum Epatuum in perturbacione diucius teneat, que in rebus diuinis aliunde satis superque gliscit, nec paciatur, vt ipsi electi serui et consiliarii mei tanta mora, tantisque impensis ac negligencia, bonorum suorum detrimentum paciantur quod iam non modicum sunt passi, quasi non esset aliud in hoc regno sustinente continuo ab infidelibus pondus diei et estus, ad quod aliud impense fierent, quam ad eiusmodi negocia cum mora et difficultate expedienda. Nam si ea res diucius in hoc cardine verteture, plurimum vereor, ne aliquid tale me subditi mei sua iusticia et rei indignitate cogant, quod ab obseruancia mea erga S. Vram et sedem apostolicam alienum videretur, a quo hactenus Legatus S. Vre Rdus dns do: Epus Scardonen. optimus ac integerrimus pater me prudentissimis consiliis et promissis suis continuit. Ceterum mortuus est non pridem Ds Fabianus Epus Varmien. cuius capitulum habet quidem liberam electionem, sed dumtaxat ex quatuor suis gremii, quos ego designauerim, et quia iam istic Rome, omnes passim Epatus et sacerdocia vacancia impetrantur. Supplico Vre Sti ne cuique de ipso Epatu Varmien annuat, qui plurimi est momenti in terris meis Prussie, ne ad perturbacionem ex Ploczen Epatu, hec quoque non minus perniciosa et intollerabilis accederet. Me V. Sti regnumque et dominia mea ex corde commendo, que vt diutissime viuat, ac felicissimis successibus res christianas moderetur, ex corde opto et precor

Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali de Graßis Protectori.

Rxme in Christo pater &c. Intelligen. Epatus Plocen. et Premislien. preter voluntatem nram ac ullam decenciam istic duci, et preces nostras obaudiri, ac ferentes grauissimo animo, eam nobis contumeliam inferri, subditosque nostros citra ullam necessitatem, ad tanta impendia et ad tantam negligenciam bonorum suorum cogi, reclamantibus ac indignissime ferentibus omnibus subditis nostris, mittimus istuc eum subditum nrm Venlem Lucam Lucis doctorem et Archidiaconum in Ecclia Plocen., ut tandem cerciores fieri possimus, in quo cardine res ea versetur, et ut in hiis inuolueris et ambagibus, que nec pontificio nec regio nomine sunt digne, diutius non hereamus, que nos satis superque iam vexarunt, et seruos nros quos ad eos Epatus elegimus, attriuerunt. Itaque rogamus V. Rmam Dnem ut suo patrocinio demum hoc negocium ex isto labirinto euoluat, et huic Nuncio nostro super eodem negocio plenam fidem et auxilium prebeat. Qua una re nihil nobis in presens gracius prestare poterit. Ceterum mortuus non pridem Epus Varmien., cuius capitulum habet quidem liberam electionem, sed duntaxat ex quatuor sui gremii, quos nos designauerimus, et quia iam istic Rome nescimus quam recte, omnes passim Epatus et sacerdocia vacancia impetrantur. Rogamus V. R. D. agat apud S.mum D.m nrm, ne cuique de ipso Epatu Varmien. annuat, qui plurimi est momenti in terris nostris Prussie, ne ad perturbacionem ex Plocen. Epatu hec quoque non minus perniciosa et intollerabilis accederet. habet eciam iste Nuncius noster Lucas Doctor et Archidiaconus in Ecclia Plocen., nonnulla priuata sua negocia istic Rome expedienda.

In quibus Rma Dno Vestra illi auxilio et patrocinio suo adesse dignet.
Quam ex animi sui sententia valere optamus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Nicolao de Missicze Capo Plocen.

Generose fidelis dilecte. Quia Summus Pontifex contra voluntatem
nostram, et iura regni nri; contulit Epatum Plocen Ill. D. Ioanni
Alberto Marchioni Brandeburgen, fratri hostis nri Mgri Prussie
et usque hunc sua Stas putatum mem. D. Raphaelem Epm Premislien
confirmare differt. volentes nos uti tenemur nostra et regni nri iura
manutenere, et verentes ne bona ipsius Epatus Plocen, sub guberna:
cione Canonicorum, qui Romanis terrienlamentis, plus sunt obno:
xii aliquibus difficultatibus minoluantur. hostesque nri suis votis pociantur.
Mandamus F. tue. uti Capitaneo et Officiali nostro districtissime,
utque celerius una cum generoso Ioanne de Oporow. Castello Brze:
sten, et Capito Crusswicien, et Ioanne de Lesna Succamerario
Calissien, et Capito nro Radzieiowien, auctoritate et nomine
nostro ipsa bona Epatus Plocen, in curam et potestatem vestram
recipiatis, eaque teneatis, et gubernetis usque ad aliud documentum
nrm, providen tamen omni diligencia, ne dicto Do Epo Premi:
slien, eiusdem ecclie electo, quicque in bonis ipsius distrahatur. Sed
ut omnes res ac proventus integre pro illo reserventur. Pro gra:
cia nostra, et sub officii sui privacione. Aliter non facturi. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Plocen.

VEnerabiles devoti nobis dilecti. Quia Summus Pontifex hactenus differt confirmare Rdum Dm Raphaelem electum vrm, verentes nos ne ex vicina hostilitate aliquod detrimentum in bonis Epatus comittat, que per vos hoc potissimum tempore divinis officiis occupatis, neque per professionem suam ad tale munus idoneis, quale huius rei necessitas, et rerum racio exposcit, videntur satis tuto conservari non posse. Volumus et mandamus vobis sub pena exilii, et confiscacionis oim bonorum, vt possessionem ipsius Epatus Plocen, ac bonorum eius oim dimittatis. Generosis Ioanni Lesczinski etc. Ioanni de Oporow etc. et Nicolao de Misiecze, ac omnes fructus in disposicionem ipsorum consignetis, sub penis predictis, et gracia nra aliter non facturi.

MAnifestum facimus per pntes quibus expedit. Quia vacante Epatu Plocen, mandaveramus, ex causis necessariis reipub[ce] motu proprio bona et proventus Epatus ipsius in disposicione, et custodiam capituli vt mos est tradi, et res deffuncti domini Epi, que in domo ipsius Cracovie continebantur, ad instanciam seu peticionem eiusdem capituli, quod inter illas, nonnullas ecclesie sue esse dicebant, arrestari fecimus, et cum deinde exequutoribus ipsius defuncti Dni Epi omnia

geneta que ad disposicionem illorum spectare videbantur relaxari iussimus, et lre que scripte fuerunt, nostro nomine et iussu, nonnullis sonare videntur, tanqz nos ad instanciam ipsius Capituli, pariter et bona ac prouentus Epatus teneri contra disposicionem Summi Pontificis fecissemus. Declarandum duximus, et declaramus, nos quo ad res in domo Cracouie contentas ad postulacionem capituli inhibicom dedisse. Quo vero ad bona et prouentus Epatus, id totum iure de motu nostro proprio emanauerat, sicqz lras relaxatorias intelligi volumus. Prout ita in veritate negocium se habebat. In cuius rei testimonium

Sigismundus primus Rex Polonie Adriano Summo Pontifici

Sanctissime etc. Recepi lras V. Sti xxvja Aprilis datas, quibus suam in me non vulgarem benignitatem declarans, cerciorem me facit, de collatu suo Epatu Plocen, in manibus Rmi Dni Cardinalis de Grassis, protectoris regni mei ad eum effectum, vt prouisis iuribus Stis Vre, demum voluntati et postulacioni mee satisfieret. Non eram ego beatme pater huius vnqz opinionis, vt negocium ipsius Ecclie Plocen tam parui momenti respectu Celsitudinis S. Vre et mee erga sedem aplicam obseruancie ac meritorum, in tanta mora et difficultate versari debuisset, cum non modica animi mei molestia, meorumqz subditorum perturbacione. Sperabamqz q si eciam in hac vacacione Epatus Plocen in Curia Romana, ego ab omni iure meo decidissem. Stas Vra pro sua benignitate, id quidquid ad illam pertinebat, mihi citra vllas difficultates dignata fuisset condonare, tamen cum ita visum fuit Sti Vre suis iuribus expedire, etiam ipsum Epatum collocauit in manibus Rmi Dni Cardinalis protectoris mei

Supplico illi omni studio ac veneracione qua possum, ut cum iam abunde satisfactum videatur, viribus Vre Stis, tandem huic negocio finem sua benignitate, quam in me testatur congruum facere. Et Rdum Dm Raphaelem Epm Premislien, ad Plocen etiam, citra longiorem moram, et sine quovis onere, quod mihi et regno meo neque ferendum esset. Ad Premislien vero Rdum Dm Andream Cricium Consiliarium et Secretarium meum, cum reservacione tamen sacerdociorum suorum, sine quibus nullo modo eam dignitatem, in Epatu exili et lacero sustinere posset, eodem contextu promovere dignetur, quandoquidem satis iam hac cunctacione tam ipsi consiliarii mei quam ecclie predicte dispendii ac detrimenti acceperunt, utque eciam Cantum Crac. dicti Dm Raphaelis. Venli Sebastiano Opalenitio servitori meo conferre non dedignetur. Quam in huiuscemodi rebus graciam mihi exhibitam demerebor erga V. Stem. et istam eius Sanctam sedem omni studio ac observancia mea perpetua.

Ceterum quod operam meam in hac peste Luterana, que circumquaque in dies magis serpit V. Stas commendat, feci id cum debito meo, tum contemplacione sedis aplice quam semper sum veneratus, et faciam deinceps non gravatim, id, quicquid ad arcendam ipsam pestem a regno, et dominiis meis, in aliisque vicinis provinciis, quarum multe sunt perniciosissime afflate penitus extirpandum, oportunum videbitur. Commendo me iterum regnumque ac dominia mea V. Sti Quam dominus deus in augmentum, et conservacionem reip. cce christiane diutissime preesse faciat sospitem ac felicem.

Datum

Sigismundus primus Rex Polonie

Cardinali S. Quatuor Coronatorum

~~Protectori~~

Oratori Ungaro

Rde sincere nobis dilecte. Agimus et habemus gracias quod negocium Epatus Plocen, eo curaveris deducendum, ubi iam res circa ut

ulteriorem difficultatem confici possit. Rescribimusque S.mo do: nostro
ubi suades lenius, quam nescimus, quid in tanta nostra molestia, subdito:
rumque nostrorum perturbacione, scripseramus eque asperius, quandoqui:
dem nimio plus pacienter et mansuete, quam ab ipsis subditis nostris ac aliis
nobis consulebatur negocium hoc tractavimus, ut eciamque est, quoniam
iam illius S.tas voluntati et viribus suis satisfecit. Postulamus à te
ut tandem finis fiat huic tragedie, fiatque provisio tam de Epatu
Plocen. quam eciam Premislien. ita ut prius scripsimus, sine ulla pen:
sione, ac onere, et sine aliqua mora et difficultate. Similiter ut de
Can.tu Crac. R.di Raphaelis electi Plocen. servo nostro Opale:
nicio provideatur. Quod tibi uberiori gracia et favore regio cura:
bimus referre. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

SAnctissime etc. Ago immensas gracias V. S.ti quod de Epatu Plocen.
sicuti optavi, et raciones mee exigebant, disponere dignata est, Verum
cum Nuncius ille, quem in eo negocio istuc miseram, nuper rediens mihi
retulisset annatam ipsius Epatus, duplo ultra solitum, et quam predecessores
antiqui soluerunt, auctam esse. Provideque litteras nondum expediri potuisse.
Magnam cepi molestiam presertim cum Annate ipse, ferantur ab inicio
ad deffensionem contra infideles concesse, quam nos cum Ser.mo Nepote
meo, soli sustinemus, adeo ut magis congruere videatur, eas nobis in subsi:
dium dari, quam ita nos et subditos nostros iam ob hoc in dies magis tumul:
tuantes gravari. Quare supplico V. S.ti mandare dignetur ut saltim
iuxta solitum, Annata ipsam solui, et litteras citra moram expediri possint.
Quo faciet rem sua virtute dignam et hiis turbulentis temporibus maxime
necessariam.

Quod vero optat V. S[tas] ut impensas ad ipsum Epatum factas Ill[tri] Ioanni Alberto Marchioni resarcirem, equidem satis superque habeo aliorum onerum, ad que impense fiant, quam ut eam faciam, cui ego nullam causam prebui, quin apprime miror, Nepotem meum hoc contra voluntatem meam, et iura Regni mei aggressum fuisse, et proinde boni consulere dignetur V. S[tas] cum et subditi mei, quos ad eos Epatus presentaueram sumptus et iacturam ingentem hac difficultate et mora fecerunt. Commendo me iterum regnumque et dominia mea V. S[ti] quam do: deus seruet diutissime sospitem et felicem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali S. Quatuor Coronatorum
Protectori

R[m]e etc. Nuncius noster quem istuc Romam in negocio Epatus Plocen. miseramus, nuper rediens nobis retulit ipsum negocium adhuc istic herere, propter auctam duplo plus Annatam quam predecessores moderni Epi Plocen. soluerunt, fuitque hec res nobis comolestior, quo per tantum tempus etiam impetrare non potueremus finem huic tragedie, et insuper onera Regno, et ecclesiis nostris augeantur, que alioquin egre semper ferebant subditi nostri, et ferunt nunc egerrime, ita ut nisi nos in moderna religionis perturbacione, que indies acrior fit, moderaremur ipsorum subditorum nostrorum frementes animos. Veremur ne quid contingeret alienum a pura et simplici huius regni erga sedem aplicam obseruancia.

Proinde rogamus V. D. R[mas] agere velint apud S[mum] d[num] do: n[rm], de ipsius epatus negocio, tandem ex hiis impedimentis educendo, et ne summa annate, ulterius quam solui sit solitum extendatur.

Nam hoc regnicole mei nullo modo ferre possent, quod illas pro earum

virtute et sapiencia, facturas confidimus, neque in eo quod ad illas per-
tinet, equitati et postulacioni nrē defuturas. Quibus nos ex corde
commendamus, et cupimus vt sint felices et incolumes. Datū

Sigismundus primus Rex Polonie
Oratori Vngaro

R^de nobis sincere dilecte. Rediens istic ex vrbe doctor Lucas
quē in negocio Epatus Plocen̄ miseramus, Narrauit nobis, quantam
curam et diligenciam adhibueris in ipso negocio ex ipsis labirintis
extricando. Qua re persuadeas tibi te nobis acceptissimum fctm, ac
in eorum esse numero, quibus libenter commodare vellemus, prout hoc
pro omnem occōm non pretermittimus.

Ceterum quod hereat adhuc istic ipsum negocium, propter auctam annata
est nobis molestissimum, presertim cum non ignoremus eas annatas
fuisse primitus ad deffensionem contra infideles concessas, quam nos
cum Ser^mo domino: Nepote nostro soli assidue sustinemus. Et proinde
magis congrueret illas nobis contribui, quàm eiusmodi auctionibus
nos et regna nrā expilari. Postulamus à te operam facere velis,
quo lrē ipsius Epatus Plocen̄, expedire permittatur, iuxta prede-
cessorum ipsius solucionem. Nam nullo modo id ferre possumus, vt
maioribus oneribus grauentur. eccliē nrē, satis alioquin superque
grauate. Facies nobis rem gratissimam, quam tibi fauore nostro
regio curabimus referre. Datū.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

Rme etc. Agimus plurimas gracias Rme D. V. pro cura et opera, quam in confirmandis Plocen et Premislien electis impendit, et curabimus eam illi omnibus officiis, et beniuolencia nra referre. Verum dici non pot, quã nobis molestum sit, qp ad Plocen ecctiam hactenus lrẽ propter auctam annatam expediri non potuerint, quam auctionem, nos nullo pacto admittere possumus, quandoquidem satis superqz onerosum videtur regno nostro, soluere eas annatas, que primitus erant, ad deffensionem contra infideles concesse, quam nos cum Sermo nepote nostro assidue sustinemus. Proinde rogamus ex animo V. P. Rmam operam facere velit, vt tandem lrẽ ipse expediri permittantur iuxta predecessorum ipsius Epatus solucionem, quia profecto veremur ne ex huiusmodi auctionibus aliqua magna perturbacio in re chriana presertim in his regionibus oriatur. Ceterum concesserat deffunctus Leo Pontifex, graciam nominacionum Serme domine Regine coniugi nrẽ, quarum alique nondum sortite sunt effectum. Rogamus eciam Rmam D. V. efficere velit, vt per modernum S. Dm nrm reualidentur, quo nobis rem gratissimam faciet. Et valeat felicme R. D. vrã, nosqz diligat. Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali S. Quatuor Coronatorum
Protectori

Rme pater. Non dubitamus satis iam ex tot litteris nostris constare V. D. Rme negocium Epatus Ploceń, quod hactenus istic heret ob auctam annatam, non possumus non egerrime ferre, presertim cum satis alioquin grauati sunt Epatus nostri istis annatis, magnis aliis reipub.ce et defensionis ab infidelibus obnoxii. Rogamus itaque Rmam D.m V. intercedere dignetur apud S. D. N. quem vtique magis nobis propicium speramus, vt citra auctionem annate iubeat ipsius Epatus litteras et diplomata dimitti. Referemus hanc operam Rme D.ni V. omni officio et gratificacione nostra, quacumque potuerimus. Cui nos et negocia nostra ex animo commendamus, et cupimus vt sit felix et incolumis. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Liesczinski Succamerario Calis
siensi et Capitaneo Radzieioniensi

Generose fidelis dilecte. Audientes inter vos quibus commisimus bona Epatus Ploceń, nunc sede illius vacante, auctoritate nra tenenda et gubernanda, et inter executores Testamenti Rdi olim D. Erasmi Epi Ploceń exortam esse controuersiam, racione frumentorum post obitum ipsius in prediis derelictorum, nolentesque, et ipsi Epo defuncto, et illius futuro successori in eisdem frumentis vllum preiudicium aut detrimentum fieri, permisimus Ven.li Stanislao Vitreatoris de Cracouia, PPto

Pultouien Iconomo istius Epatus Ploceñ vendere omnia horrea seu
aceruos frumentorum, in presencia speculatoris Vri per vos sibi adiun:
gendi. ita tamen q omnes pecunias pro eisdem frumentis illi soluendas,
nulli omnino extradat. sed illas integre reponat in Tesauro eccl̃ie Cate:
dralis Ploceñ, illicq3 conseruari faciat, tam diu, donec Rdus
Ds Raphael modernus Epus Ploceñ, obtentis lr̃is confirmacionis
à sede ap̃lica, istuc in epatum suum veniat, omnesq3 differencias, super
eisdem frumentis, et aliis rebus, inter illum, ac ipsos executores Te:
stamenti antecessoris sui defuncti exortas componat. Itaq3 volumus
et mandamus tue F. vt vna cum aliis collegis suis, ita ut premissum
est, liberam vendicionem dictorum frumentorum, hactenus in predijs
Epalibus derelictorum prefato Iconomo permittat, victumq3 pro se et
aliis collegis suis, simul ac equis et familiaribus vr̃is ex prouentibus
annis presentis recipiat. et aliter non faciat. Pro gracia nostra.
Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici
Clementi vijmo

Sanctissime ac beatissime pater etc. Cum obijsset istic Rome
Rdus olim Ds Erasmus Epus Ploceñ, orator meus, nescio quid colli:
bitum fuerit felicis memorie Adriano Pontifici, predecessori Vre
Stis eum Epatum Ploceñ contra iura et sentenciam meam conferre,
ac tantis difficultatibus inuoluere, vt hactenus is quem ad ipsum Epatum
putaui, et quem idem defunctus Pontifex, tandem confirmauerat, hactenus
lr̃as debitas habere non possit, propter auctam istic preter solitum
eiusdem Epatus Annatam, quam etiam si ipse electus soluere vellet,
regnum meum neq3 eas auctiones in grauamen suum tollerare posset,
cum alioquin solitis Annatis satis grauatum sit, presertim sustinens

assidue immensam vim infidelium suis humeris. idque citra ullum alicuius alterius subsidium. Supplico itaque V. S.ti de qua nobis omnia magis propicia pollicemur, dignetur ipsum Epatum Ploccen ab his impedimentis in quibus istic heret eximere, et lras ac diplomata illius iuxta veterē consuetudinem soluende annate admitti facere, quod erga V. S.tem omnibus obsequiis omnique obseruancia demereri curabo. Cui me iterum regnumque et dominia mea humiliter comendo, et cupio ut diutissime presit sospes felix et incolumis. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici Clementi septimo

SAnctissime ac beatissime, etc. Mortuo istic Rome R.do olim domino Erasmo Epo Ploccen, Oratore et collectore, Denarii S. Petri. Supplicaueram ut hoc ipsum, officium collectorum dignaretur R.do D.no Petro Epo Posnamien, et regni mei Vicecancell.o conferre. Nam cum Leo Pontifex. defunctus predecessor illius ipsum denarium S. Petri mihi ad decennium pro reformandis arcibus finitimis, ab infidelibus concessisset, cuius non exigua pars collectori cedere consueuit, hoc volebam, et ita cum ipso domino Epo Posnamien conuenieram, ut et ista pars collectoria in eum piissimum usum conuerteretur. Quare cum ego maiorem vim, qm ullus alter, infidelium continuo sustineam, et nec ab ista sancta sede, nec a quopiam chriano principe, quidque subsidii habeam, et prouentus denarii S. Petri regni mei sit perexiguus pte collectoris dempta. Supplico V. S.ti, ut saltim hoc modico subsidio, quod illam nihil constat, mihi adesse et idem officium collectorum prefato R.do D.no Episcopo Posnamien conferre dignetur. Quandoquidem hoc ipsum officium, nemo hactenus nisi indigene regni mei, unque regere consueuit. Ceterum unici impetrauerat defunctus

Erasmus Episcopus Plocen. suo episcopatui, Canonicatum Cracouiensem, quem obtinebat et domum Canonicalem, preter scienciam et consensum meum et domini Episcopi Crac. in eam forte spem, quod hunc rediens à me et ipso domino Epo consensum obtinere potuisset, que res nunc in controuersiam venit. Et quia ecclia Crac. pro dignitate loci regii, hiis sacerdociis est dotata, que talibus vnionibus distraherentur, cultusque dei et dignitas ipsius ecclie minueretur. Supplico V. Sti vt ipsam vnionem citra meā et ordinarii voluntatem, ipsiusque ecclie Crac. in preiudicium et grauamen factam in irritum, vertere et cassare dignaretur, quod illi omni mea obseruancia et deuocione volo perpetuo demereri. Super hiis autem omnibus lacius is nuncius et secretarius nr. Venlis Sta. Borgk. Cancellarius Wratislauien. V. Stem edocebit. Quem iterum ex animo V. Sti commendo. quam dominus deus seruet diutissime. sospitem et felicem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Cardinali Sanctorum Quatuor Coronatorum Protectori.

Rme in Christo. etc. Mortuo istic Rome. Reueren olim Do. Erasmo Epo Plocen, Ore nostro et collectore Denarii S. Petri. Supplicaueramus S.mo olim domino Adriano Pontifici, vt hoc offitium collectoriae dignaretur. Reuerendo do: Petro Epo Posnanien. et regni nri vicecancello. conferre. Nam cum defunctus Leo Pontifex predecessor illius Stis ipsum denarium S. Petri nobis ad decennium pro reformandis arcibus finitimis ab infidelibus concessisset. Cuius potissima pars collectori cedere consueuit, hoc volebamus et ita cum D.no Epo Posnanien conueneramus, vt et ea pars collectoria, in eundem piissimum vsum conuerteretur. Quare cum nos maiorem vim, quam

ullus alter infidelium continuo sustineamus, et nec ab ista sancta sede, nec a quopiam christiano principe quidquam subsidii habeamus, et proventus denarii S. Petri regni nostri sit per exiguus parte collectoris dempta. Rogamus V. Re.mam D. intercedere velit apud modernum S.mum do: nrm, ut saltem hoc modico subsidio, quod illius S.tem nihil constat nobis adesse, et idem officium collectorium Prefato R.do D.o Petro Epo Posnanien conferre dignaretur quando quidem hoc ipsum officium nemo hactenus nisi indigene regni nri unquam gerere consueuit, nec nos ferre equo animo possemus ut illud aliquis exterius habere deberet.

Ceterum impetrauerat defunctus Erasmus Epus Ploceñ unqueri suo Epatui Can.tum Crac que obtinebat, pariter et domum Canonicalem preter scienciam et consensum nrm, et D.ni Epi Crac, in eam forte spem, quod huc rediens, a nobis et ipso D.no Episcopo consensum obtinere potuisset, que res nunc in controuersiam venit, et quia ecclia Crac pro dignitate loci regii huis sacerdociis est dotata, que talibus unionibus distraherentur, cultusque dei et dignitas ipsius ecclie minueretur. Rogamus R. D. V. agere velit apud eius S.tem ut ipsam unionem citra nram et ordinarii voluntatem ipsiusque ecclie Crac in preiudicium et grauamen factam in irritum vertere et cassare dignaretur. Quam operam V. Re.me D. referremus vicissim omnibus officiis et gratificacione nra, Super his autem omnibus lacius eam hic Nunctius et secretarius noster. Ven.lis Sta.us Borgk Cancellarius Wratislauien edocebit. Cui plenam fidem adhibere, et eum commendatum habere. Valeatque felicis.me V. R. D.o et nos diligat. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Summo Pontifici

Stanisl. Gorczki Custos plocensis dictavit

Beatissime pater et domine dne clementissime. Sub hac tumultuacione rerum christianarum, quibus multorum iudicio, qui aliquid sapere videntur, non minus ab hac pestifera Luterana doctrina imminet periculi, quam a bellis infidelium, quibus res ipse christiane undique urgentur et premuntur, existimavi opere precium esse, ut hoc eciam in terris regni ad pacificum et tranquillum statum ecclesiasticum provideretur, ne qua res esset in ipsis ecclesiis, que ob intestina dissidia, et discordias, statum ecclesiasticum perturbare possit, et aliquid novi afferre, quod eidem statui periclitando causam sit pariturum. Cum enim pestis ipsa Luterana adeo serpat hic in vicinia, ut facile nisi mature provideatur in alios permanare posset, qui vel novitate gaudent, vel eciam ruditate quadam, et ignorancia ea sibi persuaderi paciuntur, que de super dulcedine illita, ab hiis ingeruntur, qui nunc venenata dogmata rudibus propinare nituntur pro veris et mere christianis. Que vero sint ista, que ego in favorem rei ecclesiastice a V. Ste impetrare contendo Rmus Ds Cardinalis etc. V. beatitudini affatim explicabit. Oroque dignetur V. Stas et aurem prebere benignam referenti, et fidem eius verbis habere, et ita in hoc se exhibere, ut sim impetrabilis, hoc animadverso, quod ea que peto, non ad meam privatam utilitatem obtinere quero, sed ut rei christiane, statusque ecclesiastici labantis, firmitati et incolumitati, qua parte possum prosim et prospiciam. Quid tamen a Vestra Ste me petente eidem rei ecclesiastice accesserit, perinde gratum erit, ac si in rem meam propriam foret factum, Atque id ea qua ceteris in rebus soleo devocione et observancia erga V. Stem et istam sanctam apostolicam sedem, id quoque promereri curabo. Deum insuper omnipotentem sedulo oro, ut V. Stem

diu incolumem seruet, et hanc graciam tribuat, vt qua fide et dexteri:
tate cepit rebus christianis periclitantibus pacandis salubria consilia
suppeditare, ad finem perseueret, dignitatemque et auctoritatem istius
S. Sedis, ad quam diuino munere erecta est, inotam retinere possit,
ad cuius vires labefactandas, eos qui suis priuatis commodis consulunt,
neruos suos vehementer intendere videmus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

Gorski dictauit

Rme in Christo pater. Cum in animo voluamus temporum varie:
tatem et rerum vicissitudines, que alternis labuntur successibus, id quoque
diligenti consideracione animaduertimus, que res, et quam periculose breui
tempore nate sunt ad perturbandum statum, et enervandas vires
rei christiane consentanee. De quarum emendacione sine ne quid de:
terius pariant prouisione, vel cogitare vel loqui hiis quorum interest
haud facile esse existimo, longo locorum interuallo, inter se distan:
tibus. Quod fortasse esse multo facilius fieri posset, si quando, et vna:
nimes, et vna esse possemus. Discordia enim rectorum, quod V. R.tas
non ignorat valde est inimica hiis rebus, que pacem et amiciciam
omnium denique bonarum rerum incrementum essent conciliatrice.
Nos qui longiore tractu terrarum istinc distamus, rarius que et serius
ea scire solemus, que hiis de rebus et tractantur et fiunt, non tam
bene fortasse possumus de hiis vel cogitare vel loqui, ignari multo:
rum que ad constituendum et decernendum super hiisdem rebus
pertinere videntur. Adimit nobis etiam magnam partem eiusmodi
cogitacionum labor noster perpetuus in tuendis partibus Regni nostri
contra multa genera, partim infidelium, partim vero scismaticorum,
et hereticorum, a quibus vndique circumdati sumus, vt sine vlla

intermissione, cum eis belligerare cogimur.
Attamen que priuatim prouidere possumus, ne in deterius vergant, nihil vnquam pretermittere solemus, in eorum vel exequucione, vel saltim prohibicione.
Paulo superiori tempore post euectam S.mi D.ni Nostri beatitudinem ad istam S. Sedem apticam. Scripseramus ad suam S.tem declarantes olim D.m Erasmum Ploceñ Epum, cum istic apud diuum Leonem felicis memorie Pontificem Orem nrm ageret, nobis nescientibus, vnionem prebende Crac cum domo, Epatus Ploceñ impetrauisse, et rogauimus vt sua S.tas eam irritare et rescindere dignetur. Nam eiusmodi vniones multum dispendii, nihil vero commodi ecctiis afferre videmus hoc potissimum tempore, que hec pestis Luterana inualescit, cuius radices quo ad possumus succidere non cessamus, ne in fines regni nostri vires sumat et coalescat. Non desunt autem qui ei rei si possent perque libenter, opitularentur, et tam pernicioso incendio fomenta suggererent. Sua quoque S.tas commiserat suffraganeo ecctie Crac, et Abbati Tymecen, qui in propinqua vicinia manet, vt de hiis rebus cognoscerent, que ex ista vnione in detrimentum ecctie sequi deberent. Mox vero post ea quam ista ipsa commissio exequucioni mandari cepta est. Allatum est iterum aliud breue aplicum, nouam super huius rei cognicione. Commissionem D.no Archiepo Gnesnen, et domino Wladislauien Epo, continens, qui hinc longe distantes, multo minus eius cognicioni intendere possunt, nec eius seriem scire, nisi exaudito, qui plerumque pro certis incerta capere solet. Miramur autem suam S.tem in hac re nescimus cuius narracioni, plus quam nre fidem habere, qui tamquam dominus melius hec omnia scire debemus, que sunt membra corporis reip.ce quod nostre gubernacioni creditum est, quam quisque alius, ad quem minus sciencia ista et cura pertinet, et fidelius omnia et verius referre possumus, cum sit penes nos duntaxat custodia et cura istarum rerum quarum vsus aliis debetur, et nos eis minime egemus.
Placuit nobis eciam donacio priuilegii in fauorem dominorum Eporum regni nri ab ipso Leone Pontifice facta, ac per Erasmum Epum

Plocensem impetrata, ne qua gracia reseruacioque vel mentalis, vel alia quaecunque, siue dicatur accessus, siue regressus a sede aptica alicui conce: datur: que mensibus ordinariis, utriusque ipsorum vel deroget aliquid, vel abroget. Rogamusque V. Ptem eciam atque eciam dignetur hec omnia Sanctmo do: nro referre, et mentem nram declarare. Cuius is est effectus, quod ad euitandas discordias et contenciones: que inde non solum in ecclia, sed in tota repca nasci solent, eiusmodi uniones, nominatim hanc vero Cracouien prebende, cum Epatu Plocen, nequaquam admittere volumus tanquam noxias, et ob hoc intollerabiles. Petatque a Sua Ste vt in eis irritandis, et rescindendis, nec posthac in fauorem cuiusque admittendis et concedendis nobis gratificari dignetur, qui credimus me: ritis nostris erga eccliam et rempub: christianam, id est, bellicis laboribus, in quibus exantlandis, omnes neruos facultatum nrarum exhaurire cogimur, id pocius a Sua Ste deberi, quam alicuius priuati, qui ad tantam graciam promerendam idoneus esse non potest, vtque eciam hoc priuile: gium in fauorem ordinariorum concessum, ita interpretari et declarare aliis litteris dignetur, vt per eas et coadiutorias, eidem iuri ordinario derogantes, vel derogaturas irritandas nec vllo modo admittendas esse censeat, et decernat, hii enim in ista perturbacione eccliae per Lutera introducta melius norunt quibus et qualibus viris ad conseruandam rem ipsam eccliam idoneis. Sacerdocia ista debeant conferre et prouidere. Gratum erit id nobis a Sua Ste cum nostra causa faciet, id quod ad sue Stis officium non minus quam ad nrum pertinet, vt status eccliae ab omni labe, cuiusque mali ipsum labefactantis et eneruantis conseruetur. Vre quoque Ptis opera et diligencia erit nobis valde grata pari gratitudine in omni occasione referenda. Valeat bene V. Ptas et nos habeat commendatos. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Archiepiscopo Capuano

Rme in Christo pater. Non dubitamus memoria tenere R. P. vestram quomodo nuncius noster Venlis Sta9 Borg etc. quem istic apud Sanctam sedem apticam, haud ita diu habuimus, secum eadem Rma P. vestra nostro nomine egerit, eamque rogauerit, quatenus apud Smum Dnm nostrum agere velit, ut unio Canonicatus, et prebende, atque domus Canonicalis Cracovien. cum Epatu Plocen. quam Orator noster Rdus olim D. Erasmus Epus Plocen. inscijs et inuitis nobis impetrauerat, ab eodem Smo Dno nostro rescinderetur, et prorsus tolleretur. Nos eciam quod diligentem operam in ea re apud ipsum Smum Dnm nostrum V. P. Rma narrauerit, ab eodem Nuncio nostro plene cognouimus. Quod illius offi:cium in nos fuit, et est nobis vehementer gratum, verum fortasse propter absenciam R. Ptis V. haud sciuimus quomodo in ea re ceteris nescimus quibus,* quam nobis, qui et rex eius regni, in quo res agitur, sumus, et nihil aliud a sua Ste contendimus, quam illud quo et regnum et eccliacus ordo, in eodem regno nostro consistens, qua maxime posset equitate et tranquil:litate teneretur. Committere enim denuo sua Stas dignata est, causam euisce unionis reuocatis prioribus Commissarijs, dominis Archiepo Gnesnen. et epo Wladislauien. reuidendam atque disquirendam, quasi quispiam alter aut fidelius, aut sincerius nobis de eadem unione, quam perniciosa nostris subditis fuerit, eius Stem docere, et cerciorem facere deberet. Cum autem hec ipsa unio, quia contra voluntatem nram obtenta, et regno nostro perniciosa, nobis intollerabilis existat. Rogamus itidem P. V. cum semel se nobis in ea re beniuolam obtulerit, iterum atque iterum apud S. Dominum nrm agere nec conquiescere velit, donec eadem unio etiam absque aliqua alia disquisicione et cognicione rescindatur, et tollatur.

* Gauimus do. no. plus fidei habeat

l(ite)r(is)q(ue) ap(osto)lice super eiusmodi re dari consuete conficiantur et dentur.
Rem gratissimam nobis in ea re faciet P. V. R. quam illi per omnem
occ(asi)o(n)em omni studio et gratificacione nostra referre curabimus.
Et valeat felicissime V. R. P.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali de Salviatis

R(everendissi)me in Christo pater. Cum estate preterita Mag(nifi)cus Joannes
Antonius Baro Burgi Orator ap(osto)licus apud nos hic ageret inter cetera
negocia, que de dignitate eccl(es)ie conseruanda atq(ue) augenda, presertim
in hac perturbacione Luterana cum eo conferebamus. Declaravimus
ei quo modo paucis ante diebus, ad S.(anctissi)mum D.(omi)num n(ost)r(u)m scripsissemus, rogan:
tes, ut unionem quandam prebende Crac(oviensis), et domus Canonicalis,
cum Ep(iscop)atu Ploczen(si), quam Orator noster, dominus olim Erasmus Ep(iscopu)s
Ploczen(sis) inscius et irrequisitis nobis ab ista Sancta Sede, et bone memo:
rie Leone Pontifice obtinuerat, ut pote contra voluntatem n(ost)ram
obtentam et regno nostro perniciosam rescindere et tollere dignaret(ur).
Quodquidem tametsi equum et impetrabile fuerit, tamen hactenus ab
eodem S(anctissi)mo domino nostro impetrare nequivimus, quin sua S(anc)tas
non nullis prelatis in regno nostro comittere et mandare dignata est,
eius unionis tenorem, et seriem disquirere et cognoscere, q(ua)si quispiam
alter q(uam) nos, melius quid e re regni mei sit cognoscere debeat. Idcirco
nos dum eundem Or(ator)em ap(osto)licum a nobis dimittebamus, eidem mandata
dedimus, q(ua)tenus eundem S.(anctissi)mum D.(omi)num verbis nostris rogatum haberet.
Ut non expectata aliqua h(ui)usmodi disquisicione vel cognicione, sua
duntaxat gracia et in nos favore talem unionem, ex qua multe dissen:
siones in regno nostro nasci possent, tollere et abolere dignetur. Nos
enim quia invitis nobis, et sine voluntate R(everen)di D(omi)ni Ep(iscop)i Cracovien(sis)

obtenta est, eam prorsus nec admittere, nec ratam habere decrevimus.
Et rescripsit idem Orator apticus nobis, se ex litteris D. V. R.me, eam ipsam
unionem rescindere velle, aut forte iam rescidisse. Qua quidem de re
quia adhuc nobis non plane constat. Ea propter rogamus, plurimum
R.mam D. V. velit tandem ei cause unionis extremam manum appo-
nere, hoc est, efficere, ut ea ipsa unio nobis tam inique contraria pror-
sus tollatur, litterasque apostolice super ea re conficiantur et tradantur, ut ita
opera et officio V. D. R.me ab ea cura et sollicitudine liberemur.
Nos vero hanc ipsam operam illius volumus per quamcumque occasionem illi
omni studio et officiis amicicie semper referre. Valeat et sit felix
V. R.ma D.o

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali de Grassis Protectori

R.me in Christo pater et domine amice char.me et honorand.
Accepimus litteras V. R.me D.nis quarta decima Septembris datas, qui-
bus nobis obitum, felicis memorie Adriani sexti Pontificis declarat,
qui nobis in his rei christiane turbinibus, est sane perquam molestus,
omnis enim talis mutacio esse absque motibus aliquibus non potest, nisi
D.s Deus talem sufficiat, qui mox ceu exoriens sol nubes omnes dissen-
ciat. Atque utinam R.mam D.nem V. Pontificem habeamus.
Nihil nobis unquam tam ex voto accidere posset, quam si hec sors in alium quem-
piam cadet, quod V. R.mas D. maturo consilio ac oportuna racione
facturas, non dubitamus. Plurimum illam rogamus dignetur cum hoc
Nuncio nostro illum quisquis fuerit accedere et illi pro nostro nomine
quam amplissime gratulari, commendareque illi nos, et regnum ac do-
minia mea, precarique ut hec negocia in quibus Nuncius ipse a nobis
mittetur, benigne audire et illis annuere dignaretur, ut ex his primis

nostris precibus, coniecturam facere possimus, quid nobis de illius erga nos et rem christianam propensione persuadere debeamus. quod D. V. R perpetuis amicicie officiis curabimus referre. Miramur q V. R. Rma non firmauerit istic hoc toto tempore negocium Epatus sui Pomezanen, in ea enim rerum perplexitate confusa sunt omnia, et neque arces ac oppida illius recte administrari, neque prouentus ad usum aliquem deduci possunt. Et proinde curet ipsum negocium istic ita conficiendum et firmandum, ut nihil obstare possit, quo minus ex usu suo ipsum Epatum obtineat. Et quia Rdus Ds Episcopus Culmen, vicinus est ipsi ecclie Pomezanien, recte fecerit Rma D. V. ut illi administracionem spualium committeret. Ille enim auctoritate et pericia illic sua utilius et efficacius omnia dirigere et administrare posset, quam aliquis alter, quod erit valde conducibile ipsi ecclie et nobis gratissimum. Commendamus nos beniuolencie V. R. D. et cupimus ut sit sospes et incolumis. Datum Petricouie xxvj Octobris Anno domini M° D° xxiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Summo Pontifici

SAnctissime etc. Cum hoc toto tempore quo felis memorie Adrianus Pontifex sextus ab humanis concessit, magna esset in hiis regionibus expectacio, qui pontifex crearetur, ut inde conici liceret, quid spei reliquum esset de re christiana, non solum vi et conatu infidelium, sed hereticorum eciam turbis et sedicionibus adeo inclinata, ut iam nisi Deus prospiciat, agi prorsus de illa videatur. Perlatum est tandem ad me V. Stem ad Summum Pontificatum prouectam, que res quantum me exhilarauerit, ac quantum in spem bonam erexerit dici non potest. iam enim multo ante sum edoctus, quanta sit animi illius

magnitudo, quanta grauitas et prudencia, quantus denique in rebus agé:
dis usus et auctoritas, quibus fore confido, ut cum iam Deus opt: Max:
non unius alterius ve protectorem, sed universi orbis christiani, prefe:
ctum et pastorem constituerit. Curabit inprimis universis in commune
prodesse, universos ex equo complecti, dissidentes componere, turbas
intestinas sedare, et discrimini, quod foris impendet, quam celerrime
prospicere. Nosque quorum assiduo labore et sanguine arcetur, hec
imminens omnium calamitas more fratris et predecessoris sui Divi
Leonis Decimi nunquam à me obliviscendi singulari favore et beni:
gnitate complecti dignabitur. Et proinde maiori studio et alacritate
qua possum gratulor in primis V. S^ti. hoc summum ac Sacrosanctum
in terris Culmen, in quo ut diutissime presit, ac rem christianam cum
sua perpetua gloria. Et salute multum sibi crediti moderetur. Summopere
opto et precor, testaturus posthac uberius, meam hanc erga V.
S^tem propensissimam voluntatem et studium, nullisque unquam officiis, ob:
sequiisque meis illi sum defuturus. Interim eciam atque eciam oro et
obtestor V. S^tem dignetur me et Ser^mum Principum Nepotem
meum, dominum Hungarie Et Bohemie Regem, regnumque et
dominia nostra, que assidue tantam infidelium molem suis humeris susti:
nent, gracia Et paterna benignitate complecti. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Cardinali Protectori
papae septimo.

R^me pater. Ex litteris V. S^tis cognovi, id quod multo ante re:
sciveram, eandem V. S^tem ad supreme istius dignitatis apicem fasti:
gium erectam esse. Gaudebam tunc equidem cum ad meam noticiam
res ista pervenerat. Nunc vero litteris V. S^tis acceptis mihi, gaudeo

ergo gratulor, atque ex iis rerum initiis, que in primis agi video ad pacanda regna christiana inter se dissidencia, et ad vindicandam rem totam christianam à periculis que impendent, in eam spem erectus sum, quod eadem V. S^te^ cuius animi prestanciam res geste declarant ecclesiam dei regente et gubernante, omnia sint in meliori statu futura. Ego vero qui cum regnis meis, et Scysmaticorum et Ethnicorum finibus propugnaculum vicinia coniunctus, et quem supra ceteros, eorum potencia, certatim premere non cessat, id mihi polliceri non dubito, quod cum V. S^tas^ in vniuersum de re tota christiana, à periculis seruanda consilia inire dignabitur, et mei quoque sigillatim non immemor erit, qui plus quam alii periculis sum obnoxius, vt pote cum omnibus, qui ecclesie dei sunt infesti, bella gerens perpetua, et qui tanquam in statione maneo pro omnibus agens excubias, qui meo labore, meisque maximis impendiis, pace et securitate gaudent, ab hac parte ex qua in omnem Europam more veteri infinita bella exoriri possent. Dominus Deus dm̃ seruet incolumem et felicem S. Vram. Cui me regnumque et dominia mea iterum humiliter commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
~~Cardinali Protectori~~
Nicolao Sonbergo Archiepo
Capuano.

Reuerende in Christo pater et domine amice noster charissime. Significauit nobis Orator istic Ser^mi^ Nepotis nostri domini Hungarie etc. R^mum^ D^m^ Cardinalem de Medicis, ad summum Pontificatum prouectum, quem cum longe ante hac audiuimus hiis dotibus preditum, quales ea sancta Sedes, et moderna difficillima tempora exposcunt magnopere gratulati sumus, reipub^ce^ christiane. Gratulati sumus et V. R^me^ P^ti^ pro illa sui erga nos animi propensione, quam

hic existens testabatur, quod speremus eam promotione domini et patrom sui facile ad eos quos meretur, honores peruenire posse.

Rogamus autem V. R.dam P. vt quod coram nobis amplissimis verbis est de fide et studio suo, erga nos pollicita, id nunc re et opera ipsam negocio R.di D.ni Petri Epi Posnanien et regni nostri Vicecancell. Quod Venlis Stas Borgk. Cancellarius Wratislauien. Nuncius noster istic aget, et in aliis, que post hac occurent declarare velit. Nos vero in quibuscunque illi gratificari et commodare aliquando poterimus, id libentissime semper faciemus. Felicissime valeat V. R. P.tas et nos diligat. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali S. Quatuor Coronatorum
Protectori

R.me etc. Post longam expectacionem de Creacione noui Pontificis, ex lris tandem R.me D. V. die hesterna cognouimus R.mum D.m Cardinalem de medicis electum, quem quia edocti sumus, sua animi magnitudine, et in rebus agendis prudencia et grauitate eo summo munere dignissimum esse, Presertim iudicio sacri collegii accedente, gratissimo animo suscepimus hoc, Nuncium, lrasque ad illius S.tem premittendas duximus, quibus illi promotionem gratulamur. Mittimusque ipsas litteras in manus vestre D. R. quam plurimum rogamus vt cum eas reddet, accepto secum secretario, et Nuncio nostro Stao Borgk, eciam ipsa nostro nomine, quam amplissimis fieri potest verbis gratuletur, eius S.ti hoc summum culmen, adeptum nosque, et negocia nostra. Ac Ser.mi domini Nepotis nri illi diligentissime commendet polliceaturque eius S.ti omnem nram fidem, omnesque facultates, et vires nras ad tocius rei christiane bonum statum semper presto futuras, optime enim nobis de illius

S^te ex litteris R. D. V. persuadere cepimus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Summo Pontifici

Venit apud me Nuncius iste S^tis V^re Consalvus de Sangro, reddiditque mihi cum breves illius litteras, tum et dona, quibus me dignata est decorare, et insignire. Pro quibus V. S^ti immensas ago et habeo gracias. Accepi vero tam indulgencias quam eciam ensem et pileum, omni devocione et alacritate, illaque inter chariss^ma et preciosissima queque monumenta, rerum mearum collocavi. Accepi et in eam partem ea fausta omina, que S. V. ipsis muneribus indidit. Curaboque pro virili mea huic expectacioni de me illius omni ex parte respondere, remque christianam uti hactenus feci, et sanctam sedem apostolicam omnibus viribus meis tueri et defendere. V^re vero S^ti tantam in me benignitatem et paternum affectum, quem multifariam erga me demonstrat, omni studio, omnique observancia mea referre ac demereri semper enitar. Cui me etiam. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo PONTIFICI
Clementi septimo.

Sanctissime et beatissime pater et domine domine clementiss^me. Concesserat pie memorie Leo Pontifex decimus, ad postulacionem meam privilegium, in favorem ordinariorum regni mei, et collacionis in mensibus ipsorum, caveratque in eo, ne ullis expectativis, aut reservacionibus in favorem, quorumcunque hominum possit illi derogari,

aduersus quod priuilegium multa presumi et attentari solent per homines versatiles et litigiosos, prout nuper in decanatu Ploczen. euenit, qui et si in mense ordinarii vacauerit, fueritque de illo Nicolao de Gamrat/ meo, et Rmi domini Cardinalis S. 4. Coronatorum protectori regni mei, seruitori, per ordinarium promisum, tamen cuidam Italo, cum derogacione dicti priuilegii fuerat reseruatus. Supplico V. Sti vt eundem Nicolaum commendatum habere, et in hanc reseruacionem, que contra iura regni mei concessa est, irritam et nullam declarare, ipsumque priuilegium ita ratum habere et confirmare dignaretur, vt deinceps infringi ac illi derogari non possit. Concesserat preterea idem Leo Pontifex indulgenciam anniuersariam ecclesie Catedrali Crac. pro festo S. Stanislai patroni regni mei, que hoc anno propter suspensionem, quam Vestra Stas ad beneplacitum suum generatim omnibus fecit indulgenciis, non fuit proulgata. Supplico V. Sti vt eam suspensionem tollere dignetur, quando quidem annus sacri Iubilei, alme istius vrbis cito elabetur, id V. Sti omni deuocione et obseruancia demereri curabo. Quam dominus deus seruet diutissime sospitem et felicem. Datum in oppido meo Piotrkow. xa Decembris

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali PROTECTORI

R(everendissi)me in Christo pater et domine amice noster charissime ac honorande. Episcopi Regni nostri frequentibus querelis ad nos deferunt nimium se Rome grauari, magnisque difficultatibus ac impedimentis implicari, in collacionibus beneficiorum, in mensibus eorum alternatiuis vacantium, aiuntque id potissimum sibi accidere propter regulas Adriani Pape, quibus alternatiue eorum reuocate esse feruntur. Quocirca Rmam

D. V^ram enixe rogamus agere velit apud San^mum. dominum nostrum, quatenus per breue suum declarare dignaretur. Episcoporum regni nostri alternatiuas, non fuisse per regulas Adriani Pape reuocatas, existimamus, q propter propensissimum, et deuotissimum n^rm, in eundem S.^mum D, et istam sanctam sedem animum, cuius specimen iam non semel prestitimus, haud grauatim id ab eius S.^te obtinebit. V. R^ma D^o quam feliciter valere optamus. Datum. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici Adriano.

SAnctissime. etc. Fecerunt me cerciorem subditi mei, qui istic ex vrbe reuertuntur V. S^tem ea sacerdocia que in regno meo vacant, suis familiaribus conferre, et in eum effectum soleat, vt deinde nostrates cum illis componere, vel pensiones illis soluere cogantur. que res, cum per se insolita ac indigna sit, tum vero indecencior videtur, que ecclesiam regni mei, non mediocre onus ~~iuuande onus~~ iuuande reipub^ce regni mei ferant. Itaque plurimum supplico V. S^ti ne quid deinceps in talibus concessionibus preter equum ac solitum statuat, quod alioquin subditi mei ferre nequaquam possent, prout lacius Secretarius meus, Jodocus decius, quem non pridem Neapolim ad Illam matrem meam dominam Ducem Mediolani, misi V. S^ti hec, et alia quedam mandata mea refe:rat. Cui fidem adhibere dignetur, ac felicis^me valeat V. S.^tas Cui me iterum et dominia mea ex corde commendo. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali quatuor Sanctorum.

Rme in Christo pater. Scripsimus alias V. Rme. Dmi non posse nos equo animo ferre, dum concessiones et gracie per sedem aplicam nobis et predecessoribus nostris concesse ad cuiusuis importunas preces infringuntur, illisque cum magna indignitate nostra facillime derogatur, quemadmodum id cum in aliis multis, tum in priuilegio illo ordinariis regni nostri postulantibus nobis concesso, et in causa Archidiaconatus Plocensis, contigisse videtur. Et nisi tanta esset nostra erga istam sanctam sedem deuocio et obseruancia, non paruum incomodi afferret, clero regni nostri ea sedis aplice facilitas. Nam proceres et subditi nostri fremere et tumultuari videntur, dum vident violari statuta, et constituciones suas in concessione reseruacionum, et priuilegiorum derogacione. Rogamus plurimum Rmam Dnem Vestram agere velit apud Smum Dm nostrum, cui in ea re iam secundo scribimus, ut priuilegium predictum, ordinariis regni nostri concessum reformari iubeat, sicque firmare illud dignetur, ut nullo unque tempore, ~~sicque firmare illud dignetur~~, ut nullo unque tempore derogari illi possit. Id quod credimus facile futurum, si reseruacioni de Decanatu Plocen facte, ita obuiare curauerit sua Stas ut contra ipsum priuilegium, ullam vim et efficaciam habere valeat. Alioquin aperiretur via aliis, similia audiendi et patrandi.

Concesserat felicis recordacionis Leo Pontifex perpetuo anniuersarium Jubileum ecclie Catedrali Crac. pro festo diui Stanislai patroni regni nostri, quod ad diem Octauam mensis Maij agi et celebrari solet. Quia vero Smus dominus noster voluit, et declarauit per suas litteras

ante hunc annum sacri Iubilei Romani, omnes indulgencias generaliter ad suum beneplacitum esse suspensas, Indulgencia et Iubileus predictus ecclesie Crac perpetuo concessus, non fuit hoc anno promulgatus. Postulamus a V. Rma D. rogare velit Stem suam, nostro nomini, vt eam suspensionem tollere et beneplacitum suum per litteras suas declarare dignetur. Que omnia Venli Nicolao de Camuratis nro et Rme D. V. servitori, agenda et lacius explicanda commisimus, quem gracie et protectioni eiusdem Rme D. V. ex animo commendamus. Nam ipse in ea omnem spem suam colocasse videtur, curabimus id omnibus beniuolencie et amicicie officiis Vre Rme Dm referre. Que optime valeat et nos diligat. Datum in oppido nostro Piotrcow die xv. Decembris.

~~Sigismundus primus Rex Polonie~~
Cardinali Protectori.
petrus Tomicius Eps Posnanien
Regni Polonie Vicecancellar.

Rde pater et domine amice charme ac honorande.
Ex litteris V. Ptis eam erga me beniuolenciam eius cognoui, quam primisque litteras accepi pollicebar mihi pro qua me V. Pti plurimum debere profiteor, et dico eius me quoque animi erga ipsam V. Ptem esse, vt nihil sim vnquam pretermissurus, quod mea opera sive apud istam Stem sive alio quocumque in loco effici possit ad commodum eius et ornamentum. Quod de more miratum sit meo nomine de recte administrando S. Petri denarii officio, ~~placet enim ea mihi, ea enim~~ placet michi. Ea enim que ex veteri consuetudine vim legis vendicant sibi, et propterea non sunt negligenda. Quod autem ad Cantorem attinet, quam postulat prestari per me isthic collegium duorum scriptorum archivii Romane Curie, Non ignorat V. Ptas totum hunc prouentum a diuo Pontifice Leone Mti regie donatum esse, vt eius quantulocumque adminiculo quedam reipublice onera in finibus regni, vbi perpetuo certamine cum infidelibus res geritur, curentur et

prouideant. Nec ego, qui sum alioquin negociosissimus, vtilitatis ali:
cuius priuate gracia, hanc prouinciam suscepi, sed in fauorem reipub.ce
huius regni, quod totius reipub.ce tanta fert onera, quanta e pace alio:
rum dictum sit, nullum aliud regnum Christianum, vt pote quod Tur:
carum et Tartarice potencie conterminum existens, habet eciam
in vicinia Moschum Scismaticum et sectatorem et defensorem.
Grecanici erroris acerrimum, cum quo non minori sollicitudine
et sumptu digladiari necesse est, quam cum horum potencia qui Christi crea:
toris et seruatoris sui viam, et legem ignorant. Suscepi autem istam ipsam
colligendi prouinciam M.te regia sic volente, cui horum omnium cura
imposita, multos auxiliatores et ministros exposcit. In qua exercenda
et pecunia colligenda, tanta inest difficultas, hoc presertim tempore,
quo Luterane pestis malum terras Prussie et Slesie hunc ipsum dena:
rium pendentes occupauit. vt incole illarum terrarum non modo pro:
uentum hunc denarii S. Petri, sed et decimas ac alios prouentus eccla:
sticos soluere omnino nolunt neque soluunt, et nisi M.tas domini mei, et nos
qui sue M.ti omnibus in rebus assistimus, tanta diligencia et labore
prouideremus. Verendum esset ne in reliquis partibus regni, et in hoc,
et in aliis rebus, hoc ipsum malum sensum serpens coalesceret, et plu:
res difficultates afferret. De me dominis Officialibus et scriptoribus
Archidiaconi nichil opus est dubitare, quin partem huius prouentus
ad eos pertinentem nulla facta responsione, et in presentibus et in preteritis
cum primum illam exigere potero, non minus fideliter quam celeriter eis
suo tempore mittam, et ita prouidebo, vt nulla detur eis occasio, vel querendi
vel debiti sibi commodi desiderandi. Bene valeat V. P.tas et me quod
facit habeat comendatum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

Rme ... Ex litteris D. V. Rme quas non pridem accepimus, abunde cognovimus, quanto studio et affectu patrocinetur istic rebus et negociis, que illi commendare solemus, pro quo favore debemus plurimum V. Rme D.ni et referre illi vicissim hanc benivolenciam omnibus amicicie officiis curabimus, ac inprimis agimus illi gracias non vulgares, quod ad postulacionem nram expedivierit reservari sacerdocia. Venles Bernardi Vaporski Cantoris Cracovien in disposicionem Rdi Dmi Epi Crac vicecancellarii regni nostri, ut illa viris dignis et nobilibus collocare possit, qui auctore et amicis rem ecclesiasticam manutenerent, et reipublice prodessent. Verum postulamus a V. Rma Dne providere velit, ut hec ipsa reservacio ita firmaretur, quod revocari deinde non possit. Indignum enim nobis videtur, ut tanti Pontificis concessiones, et presertim ad nras preces facte, revocari et irritari deberent. Gratissimum est eciam nobis, quod V. Rma Do obtinuerit extendi privilegium ordinariorum regni nostri, pro illorum alternatis, et rogamus illam, ut iam deinceps saltim hos suos menses liberos, ad conferendum habeant, neque intercurrebentur, ullis reservacionibus, unionibus, coadiutoriis, accessibus, regressibus, et aliis idgenus inventis, que potissimum orbem christianum offendunt, et ad tumultus et sediciones, contra auctem sedis aplice et ordinem ecclesiasticum excitant, nam in hoc depravato tempore, nihil magis expedire videtur, quam ut Epi viros habeant in ecclesiis suis idoneos, cum quibus commodius tantis turbinibus in se concitatis resistere possint.

Optime item factum est, quod V. Rma Do indulgenciam anniversariam ecclie Crac relaxari impetraverit in consolacionem christianorum

fidelium, quorum numerus (quod dolenter referimus) in his vici:
nis regionibus, nimias magis decrescit. Et proinde sumus multum sol:
liciti, ut regnum et dominia nostra in fide et religionis integritate conser:
vemus, egre tamen subditos nostros cohibemus, presertim Germanos
ex quibus cum multa alia loca dicionis mee, tum vero terre Prussie
tote constat, ubi quanta mala perpetrata sunt his temporibus, credimus
D. V. Rmam iam abunde intellexisse, hereses enim Nefande
illuc invecte, omnia divina et humana confuderant, blassemie in deum
et sanctos horrende commisse, contumelie in sedem apostolicam, et ordinem
ecclesiasticum sine fine, et modo, iactate, templa spoliata, reliquie sanctorum
et sacraria eiecta, imagines dissecte, omnis ordo ecclesiasticus et religio:
sus expulsus, boni cives et Magistratus omnis exauctoratus. Quibus rebus
nefariis permoti, rebus omnibus, et quidem arduis in regno nostro
pretermissis, concessimus in Civitatem Gdanensem, ut primariam illarum
terrarum, ita et corrupciorem, ubi biennioque morati, non sine maxima
cura et dolore nostro, punitis debito modo capitibus et antesignanis,
omnium facinorum et reliquis proscriptis, omnia tam divina quam humana
in eisdem terris et civitatibus nostris, singulari dei favore omnipotentis
in pristinum statum et ordinem restituimus, neque deinceps quidque inter:
mittemus, quod ad ipsam sanctam religionem et auctoritatem sedis
apostolice manutenendam, oportunum fore cognoverimus. Verum tempus
est tandem si non serum, ut Sanctissimus dominus noster aliquam tandem
racionem ineat de hoc incendio extinguendo. Veremur enim plurimum
si malum hoc eo modo tollerabitur, ne frustra posthac remedia adhi:
beantur, et presertim, cum hoc ipso malo iam non principes solum,
plerosque sed et reges quosdam laborare eciam sentimus.

Causa felicis Liessieczki cum Mihaele Paczanowo racione Canonicatus
Crac., quam V. Rma Do ad nos remisit his condicionibus, diffinire
non potuimus, ut ipsi Michaeli Paczanowo, aliquis accessus ad Ecclesias
Cathedrales Regni nostri pateret, contra privilegia ipsarum Ecclesiarum
per sedem apostolicam confirmata. Est enim homo cum ignobilis, tum pravis

moribus preditus, qui omnia sacerdocia litibus inuoluit, et multa per:
petrat, sic clam, aduersus servitores nostros indignis modis, de quibus
posthac latius V. Rme D. scribemus. Et proinde neque nunc neque in
posterum illum accipi ad aliquam ecclesiam Cathedralem, regni nostri,
presertim aduersus eorum privilegia permittemus. Dignetur itaque
V. Rma D. aliis modis et condicionibus, dictum Felicem Lessieczki
bonum, et nobilem virum, ac servitorem Serenissimi Nepotis nostri,
domini Hungarie et Bohemie Regis, quietum reddere, quo nobis
faciet rem multo gratissimam. Cui nos et negocia nostra plurimum
commendamus, et cupimus ut sit felix et incolumis. Datum War:
schovie die ix Septembris Anno domini Jesu Christi
M° D° XXVj° Regni vero nostri anno XX°

Consensus resignandi Episcopatum Crac.
Petro Tomiczki Episcopo Posn. Vicecancell°.

SIgismundus etc. Significamus. Quia cum Reverendus in christo pater
dominus Jo: de Conari Episcopus Cracovien. veniens ad nos ex instituto
nobis exposuisset, quod propter ingravescentem etatem suam et languorem
corporis, onus functionis Episcopalis diucius ferre non posset, presertim
his temporibus, quibus turbarum et sedicionum, ubique plena sunt omnia,
quodque cupiens sumul, et exonerare se tanto onere, et sue Ecclesie,
nobisque et reipublice quam optime consulere, longe ante secum deliberasset,
Reverendum in Christo patrem dominum Petrum Episcopum Posnanien. et regni
nostri vicecancellarium in ipsum Episcopatum suum Crac. sufficere, ac in eum
hanc sarcinam deponere, quam nullus alius, precipue in hac sede regia
dignius et utilius sustinere possit, ac proinde orasset nos impense, ut
huic resignacioni consentiremus, admitteremusque ut ad reliquum vite,

sue, citra indignitatem et egestatem aliquam traducendu, sibi domum
ac curiam Epalem Crac, atque hec bona, et dominia, claues nuncupata,
reseruari facere posset, videlicet, Clauem Crac. Sandecen, Lelowien
Lipowiecz, et Vschiewien, ad mensam Epalem Crac legittime pertinen,
nos et racionem habentes et singularum meritorum erga nos et pre-
decessores nostros, ipsius domini Ioannis Epi Crac, et summe probam
hoc illius institutum, quod in eo defectu nobis etatis et valetudinis sue,
ac in hiis reipub. et religionis turbinibus, ei hec loco et munere
cedendum duxerit, qui non vulgaribus corporis, et animi dotibus,
singulari virtute et prudencia, summisque in nos et rempub. regni nri
meritis suis, longe omn nobis sit acceptissimus, et huic loco, et rebus
nostris accommodatissimus consensimus libenter, tam ad resignacom
ipsius Epatus Crac, quam eciam ad domus et curie Epalis et clauium,
et bonorum predictorum cum omnibus, et singulis illorum fructibus,
censibus prouentibus, redditibus, et obuencionibus quali[ter]cumque vniuersis,
nullis exceptis, ipsi domino Ioanni Epo ad vitam eius reseruacioni,
intelligen rem et iustam esse et decentem. Consentimusque pntibus
lris nris, ac eundem do. Ioanne Epum in tutelam et protectione
meam suscipimus, promitten in verbo nostro regio, tam pro nobis et
successoribus nostris, quam eciam pro Ill.mo ac amantissimo filio nostro
Sigismundo, quem olim nobis heredem futurum optamus, et speramus
quod ipsum do. Ioannem Episcopum tam ab aliis iniuriis, quibuscumque, quam eciam
in tenendis, et vtendis donec vixerit domo et curia Epali Crac, et bo-
nis predictis cum omnibus et singulis illorum fructibus, censibus, decis,
et quibuslibet prouentibus, quocumque nomine nuncupatis, sibi cum appro-
bacione et robore sedis aplice reseruatis aucte et ptate nra regia manu:
tenebimus, tuebimur ad defendemus, neque illi aliquam iniuriam vel impe-
dimentum, a quouis homine tam seculari quam spuali, quo minus quiete
viuere domo ac curia Epali, et bonis pdictis ad vitam vti possit,
inferri paciemur. In cuius rei testimonium. Datum Cracouie
die vltima Ianuarii Anno domini M.o D.o XXiiii.o
Regni nostri XVIII

Instructio nunctio Regis Polonie missо ad Papam

De Rmo. D. petro Tomiczki epo Posnanien in Coadiutorem Epatus Cracouiensis asciscendo.

Nunctius noster Rome id agit, capiet inprimis consilium diligens Iurisperitorum, quo pacto loqui agereque apud S. do: nostrum debeat, in hiis, que expedienda illi commisimus, et presertim de negocio Epatus Cracouien, quo modo curare debebit, vt Rdus Ds Petrus Epus Posnamien, regni nostri vicecancells ipsum Epatum Crac simul cum Posnamien obtinere possit, . Et quia certum habemus ipsum Dm Epm Posnamien, titulo Episcopi Cracouien non vsurum viuente sene, et quamdiu Epatum Posnamien obtinebit, cuperemus vt et ipsi senem titulus suus reseruaret, et idem titulus Dno Epo Posnamien concederet, in euentum, quo illum, Epatum Posnamien resignare contingeret, et interim titulo administratoris perpetuo, aut quo melius illic videretur vti possit. Hoc itaut diximus, inprimis aget, et quammaximum fieri poterit hoc modo rem expedire curabit, vt vterque epus titulum Epatus Crac obtineret. Quod si ita negocium procedere non posset, sic aget, vt melius sibi esset illic consultum super omnia, firmitatem, et securitatem, huius negocii respiciendo et prouidendo, accepto ab hominibus peritis sufficienti consilio et resolutione, accedet S. D. N. illique lrãs nostras reddet, similiter et Rmis D. Cardinalibus, refereteque vt dominus Ioannes Epus Crac in decrepita etate constitutus, et longa egritudine confectus, sue conscientie et tranquillitati consulere volens, sponte animum induxerit, Epatum suum Crac, Rdo Dno Petro Epo Posnamien resignandi, intelligens, per neminem alium in modernis rerum publicarum et religionis perniciosissimis motibus ac difficultatibus neminem, eam sedem a qua, vt in regia vrbe constituta, maxima rerum omnium

momenta dependent, rectius ac vtilius gubernari posse, quam per eum, qui et generis, doctrine, virtutis, ac morum excellencia, et rerum maxi: marum pericia, sit clarissimus, id quod nos ipsi scientes, libenter audiui: mus, et consensum nrm ad id alacri animo prebuimus, ac proinde supplicaret, vt ipse S.mus D. N., hanc resignacionem ratam habere, et negocio expediendo, sic annuere dignaretur, quemadmodum esset per ipsum nuncium ex mistencione nostra, et consilio iurisperitorum declaratum.

Et quia pro traducenda vita reliqua, designauit sibi ipse D.s Ioannes Epus Crac. hec bona clauem Crac., Sandecen., Lipowiecz, Lelouien, Vscheuien, petendum erat, vt ipsa bona illi ad vitam reseruarentur, et res debito modo obfirmaretur. Id enim nobis equum et iustum videtur, et proinde habita racione, quod hoc modo attenuabitur epatus Crac., concedetur D.no Petro Epo Posnanien., vt vtrumque simul ad vitam ipsius senis obtinere possit, concesso vtriusque titulo, vt premissum est, alio: quin si fieri non possit vt vterque titulum Epatus Crac. haberet, dato titulo administratoris D.no Epo Posnanien., vel quocumque alio modo illic Iurisperitis, pro maiori rei securitate videretur, et quod si contingeret D.m Petrum Episcopum Posnanien. prius e vita, vt est humana fragilitas, decedere, maneret firma et secura reseruacio predictorum bonorum domino Ioanni Epo Crac., et bulla specialis illi ad hec expediretur.

Quod si expediri non posset Rome, vt vterque titulus Epatus Crac., vt dictum est reseruaretur, ita rem prouidebit, vt casu quo, vel senem epm Crac. mori, vel D.m Petrum Epm Posnanien. epatum resignare contingeret, titulum Epatus Crac., idem dominus Petrus Vicecancell.s habere circa alias expediciones possit.

Interim vero viuente sene, vt d.s Petrus Epus Posnanien. haberet omnem administracionem epatus Crac., et curam animarum, tanquam verus ipsius ecclie Crac. Episcopus et pastor.

Prouidebit nuncius ne annata, plus solito augeretur, quemadmodum nouissime tentatum est in Epatu Ploccen. et Vilnen., quoniam

hoc nullo modo, neque nos, neque subditi nostri ferre paterentur. Expedire
etiam curabit alternatiuam beneficiorum cum sede apostolica in ecclesia
ac tota diocesi Crac. ipsi domino Petro Episcopo Posnanien. collacione.
Cum autem iam negocium exponet Summo Pontifici, et Reverendissimis
D. Cardinalibus, et iam petitis nostris in omnibus predictis annuet, faciet
fieri per procuratores, resignacionem Episcopatus Crac. et litteras op=
portunas modo sufficienti, tam de titulis, quam etiam de reseruacione
bonorum, vt premissum est, expediet.
Pecuniam ad totam hanc expedicionem accipiet in Banco Focca=
rorum, quam expendet iuxta necessitatem ipsius expedicionis pro fi=
de sua, de qua non dubitamus quoniam Boner illic, cum ipsis Foccaris
ordinabit. Quando iam negocium ipsum expediet, nos per celerem
Postam, seu Nuncium, qui se offeret, faciet citra moram de omnibus
certiores, et ipse etiam cum litteris redire non differet.

De officio collectorie

Non ignorat defunctum olim Leonem Pontificem nobis Denarium
S. Petri ad decennium, pro reficiendis finitimis arcibus concessisse,
dato officio Collectoris, domino olim Episcopo Ploczen. quo defuncto, nos
a moderno Pontifice petiuimus ipsum officium in personam Domini Petri
Episcopi Posnanien. sic cum illo conuenientes, vt et pars emolumenti
cederet in reparacionem ipsarum arcium. quod cum hactenus eius Sanctitas
nobis non annuit, petet nunctius, vt tandem eius Sanctitas non desit votis
nostris, presertim in eo concedendo, quod illam nihil constat, et nos
nullum subsidium, nec a sua Sanctitate, et sancta Sede apostolica, nec ab aliquo
alio principe habeamus, sustinentes contra infideles omne pondus diei
et estus, sed nec vnquam solitum est externum esse collectorem regni nostri,
nec nos admittere possemus. Quod si in ea re difficultas esset aliqua
eo quod ipsum officium, cuidam datum feratur, nec res aliter perduci
posset, componeret cum illo cui datum est hoc ipsum officium de soluendo
illi aliqua mediocri pensione annua, circiter centum ducatorum

et non ultra, et quando iam negocium, pro ipso domino Petro Epo Posnanien esset impetratum, expediet lrás opportunas et firmas, ut res esset deinceps secura et immutabilis.

De unione

Quia defunctus d's Epus Plocen. univerat illic Rome Can.tum Crac. et dominum suam Can.tem Epatui Plocen. contra nostram, et D.ni Epi Crac. voluntatem et scienciam, que res cederet in diminucionem cultus ipsius Eccl'ie Regie Crac. et malum exemplum, petet, ipsam unionem in toto cassari, et in nihilum redigi, nam illam nullo modo ferre et admittere possemus.

De plenaria indulgencia

Cum misissemus Orem nrm ad concilium preteritum Lateranense, expedinerat nobis idem Orator à Divo Leone Pontifice, plenariam graciam seu indulgenciam singulis annis pro festo natiuitatis Marie, quod ipsi ad hoc elegimus, racione victorie nobis ex Moscis diuinitus concesse, ac eciam ob alios maiorum nostrorum triumphos diebus S. Marie domine nostre partos, in cuius gracie seu indulgencie litteris, quia ipse Orator multas alias res, nihil ad nos attinentes, et leuiusculas inseruit, vellemus speciales litteras eiusdem gracie habere, pro quibus expediendis dabit Nuncius omnem operam, ut distincte, sufficienter, et clare scribant. in perpetuam rei memoria.

Concesserat eciam ipse defunctus. Leo Pontifex Sere.me domine coniugi nostre, facultatem nominandi, ad Ecclias catedrales regni nri, quas reualidari Nuncius petet.

Quia sunt aucta diuina officia in ecclia Posnanien, ita ut sacerdotes illa, nonnunquam tribus horis ante diem obire oporteat, curabit indultum eidem Eccl'ie ad cantandas missas, ante diluculum expedire,

iuxta morem et indultum Ecclie Crac.

Volens consulere dominus Petrus Episcopus Posnanien regni nostri Vicecancellarius, bono regimini ecclie sue incorporauit cum capitulo duos Can^tus et prebendas ipsius ecclie, vnum que vocatur Joannikouo et alterum quem ad hoc delegerit, pro duobus doctoribus altero Jurisperito altero teologo, qui et legerent, et predicarent, et officiali in causis decidendis adessent, quamque de vno ex eisdem canonicatibus, videlicet Ianikouo doctori Teologo prouidit, petet nunctius eam incorporacionem à S. D. N. confirmari et confirmatam sic scriptam expediet, ut et firma res esset, et ipsos Canonicatus nemo nisi Epus pro tempore exns conferret, nec illi in gracias expectatiuas, aut aliquas reseruaciones cadere possent.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Cardinali S. Quatuor Coronatorum
Petrus Tomiczki Eps
Vicecancell

Rme in Christo pater et domine domine mi colendissime. Obsequiorum meorum commendacionem. Eramus hoc toto tempore in continua expectacione noui pontificis, quem cum tandem electum cognouimus, et quidem eum, qui fluctuanti ecclesie sua auctoritate et prudencia quam optime consulere posse videatur, maxima omnes leticia exhilarati sumus, cui dominus deus concedat et uitam longeuam, et omnium successuum prosperitatem. Mi Rme domine, misit iam pridem Sacra Mtas domini mei, istuc Romam suum Nunctium et Secretarium dominum Stam Borgk. Cancellarium Wratislauiensem, in meo potissimum negocio qui iam dudum istuc applicuit, et puto quod ex illo iam que acturus istic sit cognouit. Eum cum ipso meo negocio commendo omni studio V. D. Rme et precor illam, vt quemadmodum ille retulerit, idem negocium suo patrocinio, ac opera promouere et ordinare dignetur, quo bonum et citum effectum habere possit/ demerebor hanc gram Rme D. V. vicissim omni studio, et obsequiis quibuscumque potero, cui me eciam atque eciam commendo, optoque ut optima valitudine, et votis omnibus fruatur.

Dat

Petrus Tomiczki Epus Posnamien. Vicecancell.
Nicolao Schonbergo Archiepo Capuano

R.me domine amice charmme et honorande. Cum Nunciatum esset nobis Rmum D. Cardinalem de Medicis ad summum Pontificatum proiectum, gauisi sumus, tum omnes eo nomine, quod afflictis et turbulentis rebus christianis is Pontifex contigerit, qui et magnitudine animi, et auctoritate, ~~fepius~~ precipuus istic habebatur, tum ego sigillatim, causa R.me d. V.rae sciens, qua gracia polleat, apud ipsum S. D. N. ac pro comperto iam habens illam breui ad gradum amplissimum peruenturam, quod ego audire ex animo desydero.

Iterum misit istuc iam pridem M.tas domini mei Nunctium, et Secretarium suum dominum Stanislaum Borgk Cancellarium Wratislamien., qui habet inter alia meum quoddam negocium, quod ipse referet expediendum, cui ut V. D. R.ma adesse velit sua ope et patrocinio, plurimum illam rogo, gratificabitur impense Sermo domino meo, et me perpetuo sibi deuinctiet. Felicissime valeat R.ma D.o V.ra, et me diligat, habeatque commendatum. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi summo Pontifici septimo

SAnctissime pater, etc. R.dus dominus Io.s Conaszki Epus Crac. etate simul ac morbo diutino confectus, Prouideque onus Pontificium, quod illi graue incumbit, iam ulterius sufferre non valens, ni animum induxit ipsum.

Tomicio
Epatum suum Crac, Bc.do do. Petro Episcopo Posnamien, et regni mei Vice:
cancell.o mee libenter assenciente, in manibus. V. S.tis resignare. Qui
quidem Epatus, cum primarius sit post archiepos, et situs in vrbe mea
Regia, vbi immensa negocia, eccl.ie, et reipub.ce semper ad Epum deuolui
solent. Cumq; prefatus Bc.dus dominus Petrus Epus Posnamien, ob singu:
larem virtutem docteriam, eloquenciam, generis amplitudinem, ac ob
alias egerias corporis, atq; animi sui dotes, sit summe, cum apud omnes
tum vero apud me ipsum existimacionis et gracie, qui hactenus in obeun:
dis omnibus ecclasti.cis et reipub.ce mee muneribus. talem se prestitit, vt
nemo alt tam sublimi ac vigentibus negociis obnoxie sedi, rectius et
vtilius preefici posse videatur: V. S.ti eo quo possum studio et venera:
cione, supplico, dignetur illum ex ipsa resignacione, ad eundem Epatum
ita promouere, vt et suum Posnamien, donec iste senex Crac superui:
xerit simul retinere possit, quandoquidem is ipse senex pro sustentando
cum decencia hoc reliquo vite: Qui sibi cogitur non vulgarem partem
ipsius Epatus Crac ad vitam suam reseruare, quod et mihi equm ac di:
gnum videtur, et V. S.ti supplico idem ratum habere, ac illi obfirmare
dignetur. Prout lacius is Ven.lis Stanislaus Borgk Nuncius et secre:
tarius meus illam edocebit, cui in his et aliis, que nomine meo apud
V. S.tem egerit, plenam fidem et benignas aures prebere, et has meas
primas, ac equissimas preces apud se impetrabiles habere, et quid
mihi de illius benignitate persuadere debeam in hoc negocio declarare
dignetur, quod erga illam, et eius istam sanctam sedem omni studio et
obseruancia mea perpetuo demereri studebo, quam dominus Deus
pro incolumitate rei chriane et optatis meis seruet diutissime, sanam sospi:
tem ac felicem, et cui me iterum et mea omnia vti patri clement.mo
ex corde commendo. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali S. Quatuor Coronatorum
Protectori

Rme in Christo pater etc. Confectus senio ac diuturna egritudine sua Rdus dominus Eps Crac. ac eciam onera functionis Pontificie ferre diucius non valens, constituit Procuratores istic in vrbe ad resignandum suum Epatum Rdo Do Petro Epo Posnamien. et regni nostri vicecancell.o nobis alacriter assencientibus, vt pote qui ob singularem virtutem, doctrinam, eloquenciam generis amplitudinem aliasque egregias ani et corporis dotes, quibus ipse Ds Episcopus Posnamien est predictus. ac nobis et reipubce nostre meritissimus, neminem ad eam sedem Crac in Regia nostra sitam, et in qua maxima queque negocia recidere solent magis, dignum et idoneum, quam illum existimamus. Proindeque rogamus plurimum Rmam D. V. intercedere velit apud S. D. N. vt eam resignacionem ratam habere, ipsumque Epum Posnamien. Ad Cracouien Epatum prouehere dignaretur. Et quia pro exigenda vita, reliqua senis istius Epi, opus est partem non modicam bonorum eiusdem Epatus Crac. illi reseruare, ob eum respectum efficere velit V. Rma Do apud ipsum S.mum D. N. vt prefatus dominus Vicecancells possit cum ipso Crac epatu eciam Posnamien. vsque ad decessum ipsius senis obtinere. prout hic Nuncius et secretarius noster Ven.lis Sta.s Borgk Canonicus Wratislawien latius eam edocebit. Cui plenam fidem adhibere velit ac persuadeat sibi, negocium hoc nobis multum esse cordi, multumque voluptatis nos accepturos. vbi illud ex sententia confectum, sciuerimus. sed et eam operam quam Rma Do V. in conficiendo ipso negocio prestiterit, conabimus omnibus officiis et gratificacione quacumque poterimus semper referre. Que felicisme valeat et nos diligat. Datt.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Antonio Pulleoni Baroni Burgi

MAgnifice sincere nobis dilecte. Credimus tuam S. memoria tenere que fuerit mens nostra in causa vnionis prebende Crac. cum dominio Canoni: cali Epatui Ploczen. quam tue S.ti exposuit Rdus in Christo pater D.s Petrus Episcopus Crac. et Posnanien. et regni nostri Vicecancellarius, cum proximis diebus apud nos Oratorem ageret aplicum. Petiuimus enim vt tua S.tas apud S. D. N. exposita rei serie, sine vlla legittima necessitate facte, nec sine sequella multarum turbacionum in ipsa eccl.ia Cracouien. futura si fieret. impetraret a sua S.te vt reuocata et penitus abolita ipsa vnio abrogetur, et rescindatur. Quod demum tuam S. fecisse ex eius litteris, quas ad ipsum D.m Epum Cracouiensem dedit, cognouimus, quibus Rmum d. Cardinalem de Saluiatis sibi rem ex animi nostri sentencia eius opera fuisse perfectam, scripsisse declarauit. Sed cum sua S.tas hic quibusdam probis viris, et eius rei gnaris, cognicionem per bre: ues suas litteras demandasset, anteqz ad eius disquisicionem ab eis ventu est, mox iterum alie lre a sua S.te impetrate sunt, quibus in fauorem aduerse partis, quasi illi plus fidei tribuens qz nobis, alios commissarios designare dignata est, tanqz magis idoneos ad eandem cognoscendam, cum id veris: simile esse non potest, longe hinc distantes homines melius rem cognoscere posse hiis, qui et sunt hic semper putes, et norunt que inde difficultates eccl.ie personisqz Eccl.ia cis euenire possent si res modo instituto, ad quod nequaqz assentiri volumus succederet. Atqz ideo hanc indigni: tatem acerbo animo ferentes; Iterum postulamus a tua S. ne grauetur per litteras eam rem sic aggredi, vt ope et auxilio eiusdem Rmi D.ni Cardinalis de Saluiatis, et aliorum eius amicorum, iam tandem sic transi: gatur ut non sit opus nobis nobis de ea pluribus agere, qui cum simus

vtriusq; ecclie patronus, et dominus, et melius nouimus earum necessi-
tates, atq; ex eis venturam vtilitatem et iacturam, id agimus quo mi-
nus earum statum, propter priuata aliquorum commoda periclitari
permittamus, et ob eam causam in tales vniones faciendas minime assen-
tiri volumus, que nobis dissencientibus, et refragantibus fieri non possunt.
Erit autem pergratum nobis si id tue Stis diligencia ad optatum exitum
fuerit perductum, et qua parte dabitur gratificandi ei occo facta ver-
bis respondere facile experietur. Bene valeat tua S.

Sigismundus primus Rex Polonie
Nunctio Apostolico
Antonio Pulleoni

Magnifice sincere nobis dilecte. Habemus in memoria que S. Ds N.
scripserit nobis de mittendis ad se oribus et prelatis regni nostri, qui sue
Sti in reformandis rebus eccliaeis adessent. Verum hactenus rebus bellicis
districti, neq; sue Sti neq; vobis quidq; respondere potuimus. Nunc autem
acturi conuentum generalem regni nostri, tractabimus in eo cum de aliis
rebus eccliaeis, tum vero de mittendis Romam ipsis Oribus, et deinde
vti constituerimus reddemus S.mum D. N. et vos cerciorem. Interim
postulamus a vobis impense, agatis cum apud S. D. N. tum Rmum
Dm Cardinalem de Saluiatis, vt vnio prebende Crac Epatui Plocen
facta absq; consensu nostro, qui patroni sumus vtriusq; ecclie et in pre-
iudicium domini Epi et Capituli Crac, penitus rescindatur, et in nihilum
redigatur. Quemadmodum iam toties super hoc negocio vobis, et Smo
Do nostro scripsimus Nam si huiusmodi dispositiones sacerdociorum indecentes, et
odiose non supprimentur, paruam de reliquis abusibus spem habebimus.
Ceterum optamus eciam a vobis, agere velitis apud ipsum S. D. N.
per lras vestras, vt eius Stas ita declarare et extendere dignaretur
priuilegium concessum ordinariis regni nostri de alternatis ipsorum vt

ad menses eorum, neque coadiutorie, neque ulle reservaciones se extendere possint. Sed ut ipsi vacancia in eisdem mensibus suis sacerdocia, libere, sine ullo impedimento conferre valeant. Facietis nobis rem valde gratam, quam nobis vicissim omni regio favore, curabimus referre.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Summo Pontifici

Sancte[me] etc. Superiore autumno, cum longe in finibus meis castra adversus infideles metarer; acceperam lrãs V. S[tis], quibus hactenus non respondi gravissimis curis distractus, partim bellicis, partim eciã religionis, Adeo enim iam hec pernicies Luterana diffusa est hic circumque ut eciam ad subditos meos usque. Germanos, presertim permanet et inundet. Declaravit mihi ipsis lris V. S. se animum ad tollendas sensim corruptelas insolitas religionis, et ad bonum ordinem, ac statum ecclie reficiendum curam et animum induxisse. Postulavitque à nobis, ut ad munus hoc tam pium et necessarium commodius obeundum, mitterem istuc ad eam duos vel tres ex numero epõrum, vel Senatorum Regni mei, quorum prudencia, fide, gravitate et doctrina uti posset, ad tantum negocium debite peragendum.

Clementissime domine non defui ego unque, neque defuturus essem in posterum, omnibus tam postulatis V. S: Cuius singularem erga me favorem et benignitatem experior, quam eciam necessitati religionis sancte Catolice, quam hiis fluctibus et turbinibus, et domi et foris agitari, ac pene in preceps ire, non possum non dolentissimo animo ferre. Promideque mittam non gravatim, tales prelatos et Ecclia[cos] quales optat V. S. verum eo hanc calamitatem, et pestem hereticam processisse video, adeo auctum et inbibitum animis hominum. venenum, ut verear vehementis[me], ne instituta hec V. S. et nostra, qualiscumque cura frustra fiat, ne re

ulcus parum commode tractatum, magis exasperaretur, quam ut debite sanari possit. Censeo itaque et integerrimo animo V. S^ti^ consulo, dignetur extra moram, accepto cum regibus et principibus christianis mutuo consilio, et deliberacione Concilium generale loco opportuno indicere, et ad illud omnes status et ordines, tam ecclesiasticos quam seculares inuitare, ut hoc incendium plus equo neglectum, adhuc extingui possit, antequam omnia occupet et status religionis conclamatus videatur. Nam nisi plane perspicerem, quantum assidue tempestas hec inualescat, quamque nihil prosit, que uis cura et ~~sentencia~~ seuicia prefectorum, non id consilium V. S. in tanto periculo, preserti ab altero externo malo, preberem. Si tamen V. S^tas^ id prestare dignabitur, in certo proposito minime grauabor, et in hac re et in omnibus aliis V. S^ti^ pro virili mea adesse et gratificari, ipsosque Oratores ad illam quando mandauerit expedire. Cuius bone gracie me regnumque et dominia mea etiam atque etiam humiliter commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici

SAnctissime etc. Hactenus post obitum Reverendissimi Domini Cardinalis de Grassis, non significaui V. S^ti^ voluntatem meam de protectore regni mei in locum illius sufficiendo, Propterea quod variis curis et negociis districtus, expendere non potuerimus, qui magis ex usu esse videretur. Nunc vero edoctus satis de singulari virtute et in negociis obeundis, sciencia et dexteritate Reverendissimi Domini Cardinalis Sanctorum quatuor, eumque apud V. S^tem^ esse gracie et auctoritatis non vulgaris, adieci precipue ad eius Dominationem Reverendissimam animum meum, eumque mihi et regno meo protectorem istic apud V. S^tem^ delegi, sperans fore, quod et patrocinio illius, et V. S. in me clemencia, cuncta mea et meorum negocia sint quam optime successura. Et proinde commendo ipsum Reverendissimum

Dominum Cardinalem protectorem meum, vna cum rebus et negociis meis. V. S. Supplicoque illi omni studio et veneracione qua possum dignetur huic meę electioni, calculo suo subscribere, et me sua solita clemencia, et benignitate complecti. Ego vero quod hactenus semper feci V. S. omni fide et deuocione mea obseruabo pro, cuius ista sancta sede, vel sanguinem profundere nunquam dubitaui. Dominus Deus seruet V. Ser.tem nobis et ecclię suę diutissime sospitem et felicem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonię
Cardinali S. Quatuor Coronatorum

Rme in Christo pater. etc. Cognitam habentes V. D. Rme in nos et res nostras beniuolenciam, et propensionem. Scientesque et qua prudencia predita sit, et quantum istic cum apud S. D. N. tum vero apud omnes gracia et auctoritate polleat, eam nobis mox post obitum Rmi olim Cardinalis de Grassis, in protectorem regni nostri animo designaueramus. Sed hactenus curis aliis impediti, non potuimus, cum Consiliariis nostris super ea re constituere, Nunc vero suffragiis omnium illam nobis protectorem eligimus, et S.o D.o N. declaramus, habentes spem indubiam, quod negocia nostra ea fide et sedulitate, istic curare, promouere et tueri dignabitur, qua hactenus consueuit. Nos vero vicissim erga illam omnia officia, et omnem gratitudinem, quantumcunque poterimus semper exhibere curabimus, quod munus vt non grauatim suscipere, et nostrę de se expectacioni respondere velit, illam ex animo rogamus, eique nos regnum dominia et omnia negocia nrá sedulo commendamus.

Ceterum commonere nos dignata est. V. D.o Rma. ne litteras in vno negocio dissidentes istuc concederemus, declarans quasdam lrás alias aliis contrarias, sibi a nobis in negocio Canonicatus Crac. qui Epatui

Plocen[sis] vnitus erat, redditas/persuasum habeat V. D. R[everendissi]ma numq[ue] nobis aliam voluntatem fuisse, quam quod sepe scripsimus, vt vnio ipsa rescinderet[ur]. Si quid scriptum est contrarium debuerunt... littere quoddam modo non aduertenter emanasse, quod postea diligencius attendere curabimus, quamuis interdum multa nos concedere oporteat, ad instantes supplicaciones subditorum nostrorum que non vsq[ue] adeo fiant ex sentencia et deliberacione nostra, prout et apud istam sanctam sedem, fieri id plerumq[ue] solet. Felicissime valeat V. R. D. et nos diligat. Datum Cracouie die Augusti. Anno domini M° D° XXV°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Baroni Burgi

Magnifice nobis sincere dilecte. Accepimus litteras v[est]ras quibus scribitis S. D. N. mittere nuncium Moschouiam gracia pacis, inter nos et ducem illum componende, Suadet[que] nobis illius S[anctita]tis nomine, vt pacem ipsam amplectamur. Nos neq[ue] huius, neq[ue] vllius alterius belli autores vnq[ue] fuimus, nostra duntaxat vt debemus tutari semper adnixi sumus. Quam igitur cum ipso duce, neq[ue] respuimus ante hac, neq[ue] nunc causa rei christiane, et S[anctissi]mi domini nostri respuemus, si qua citra magnam iacturam, et ignominiam nostram contiget, id quod Oratores ipsius S. D. N. abunde ex nobis cognoscent.

Regem Swecie non libenter audiuimus Luteranismo imbutum. Si enim videtur perq[ue] difficile pestis hec extingui posse, vulgo duntaxat maiori ex parte infecto. quanto magis difficilis erit, vbi ad reges admanabit. Et proinde agemus nos quidem cum illo licet, inter nos nulla intercedat amicicia tam familiaris, vt a religione maiorum suorum non desciscat. Verum opus erit profecto, vt S. D. N. tandem aliquid dignum sua sapiencia, et tanto discrimine agrediatur, ne postea lacius res serpat,

q͡z ut aliquo consilio vel vi mederi possit. Optamus vos bene valere.
Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

SAnctissime. Impetebant me multis querimoniis regnicole mei, cum aliis temporibus, tum in hoc conventu generali regni mei, inter alia de pensione constituta in Epatu Plocen Rmo Dno Cardinali S. Sexti, quod id factum sit mere contra iura et statuta ipsius regni mei. Supplico omni studio V. Sti abrogare eandem pensionem dignetur, ne causa sit subditis meis, tam de me quam eciam de sede aptica querendi et sediciones extitandi, quandoquidem in sustinendis assidue tot oneribus ad bella et presidia adversus infideles satis superque ipsi subditi mei, non seculares solum sed eciam eccliastici sunt gravati. Faciet V. Stas rem iusto et clementissimo Pontifice dignam, quam illi omnibus obsequiis meis curabo demereri. Dominus Deus servet Stem V. Sanctissime sospitem et felicem. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Sancti Sixti Caietano

RMe Egimus cum V. Pte tum per litteras, tum eciam Ores nostros de liberando Epatu Plocen, ab ea pensione quam illi felicis memorie Adrianus Pontifex in eo constituerat, non quod esset adversus animum et voluntatem nostram, ut illa id emolumenti ex regno nostro haberet, de cuius

virtute doctrina, et singulari erga nos beniuolencia, nobis satis est persuasum. Sed quia hec res sit prorsus aduersum leges et constituciones regni nostri, quas tueri, et manutenere nos iuramento sumus obstricti, neqz hanc rem sine magna querela subditorum nostrorum, et forte eciam sine detrimento rei ecclie in regno nostro pretermittere, et dissimulare possemus. Itaqz rogamus plurimum V. D. Rmam vt id boni consulere, et missam facere ipsam pensionem dignetur, nam vt intelligat nos sibi ex animo fauere, si iura regni nostri non reclamarent Egimus cum Rdo domino Epo Ploceñ vt munere aliquo illam contentam redderet, quod V. R. Ptas suscipere, et eo contenta esse dignetur. Factura rem sua virtute dignam, et nobis gratissimam. Que optime valeat et nos diligat. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali S. Quatuor Coronatorum Protectori

Rme etc. Constituerat felicis recordacionis Adrianus Pontifex pensionem. Rmo domino Cardinali S. Sixti in Epatu Ploceñ, pro quo liberando ab ea pensione Egimus alias cum eius Pte Rma cum per lras tum eciam Ores nostros, non quod esset aduersus animum et voluntatem nram, vt illa id emolumenti ex regno nostro haberet, de cuius virtute doctrina, et singulari erga nos beniuolencia, nobis satis est persuasum, sed quia hec res sit prorsus aduersum leges et constituciones regni nostri, quas tueri et manutenere nos iuramento sumus obstricti, neqz hanc rem sine magna querela subditorum nostrorum, et forte eciam sine detrimento rei ecclie in regno nostro pretermittere et dissimulare possemus. Itaqz rogamus V. Rmam D. agere velit cum eius Pte Rma vt id boni consulere, et missam facere ipsam pensionem dignetur. Que vt intelligat nos sibi ex animo fauere, si iura regni nostri non reclamarent. Egimus cum Rdo Do Epo Ploceñ, vt munere

aliquo illam contentam redderet, quod sua P.tas R.ma grato animo suscipere, et eo contenta esse dignetur. Commendamus nos R. P.ti vestre, quam felicem et sospitem esse cupimus. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici

Sanct.me etc. Obiit non ita pridem Suffraganeus Cracovien. titulo Epus Laodicen. in cuius locum R.dus D.s Tomicius Epus Crac. regni mei vicecancell.s elegit quedam frem dominicum, ordinis dominicani, virum eruditum, et vite per omnia probe et relligiose, ipse enim d.s Epus Crac. propter amplitudinem Diocesis sue et negocia publica, solus munera sua Pontificia, neque obire potest, vt vero frater ipse in paupertate sua condicionem hanc cum dignitate tueri posset, Designauit illi sue collacionis plebanatum in Varorzmiegicze, vicinum, qui et in posterum aliis Suffraganeis esset in sustentaculum. Supplico V. S.ti vt ipsum fratrem dominicum ad dictum Epatum Laodicen. et Suffraganeatu Crac. promouere, et ipsum plebanatum eidem Epatui et Suffraganeatui perpetuo incorporare, et ita obfirmare dignaretur, vt deinceps nemo vnionem istam, quouis modo dissoluere possit, vtque V. S. demandet quo in expedicione habeatur literarum racio inopie et mendicitatis huius boni fratris. Quo faciet V. S.tas rem sua clemencia dignam et mihi gratissimam. Dominus Deus seruet V. S.tem diut.me sospitem ac felicem. Ad cuius beatos pedes me rursus ex animo commendo. Dat. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R[me] etc. Functus est nuper vita R[dus] Joannes amicinus Suffraganeus Crac. titularis Episcopus Laodicen. Et cum R[dus] dominus Epus Crac. et Vicecancell. regni nostri, districtus negociis publicis, non potest comode in amplitudine diocesis sue, solus officiis Pontificalibus satisfacere, asciuit sibi in Suffraganeum, quendam fratrem ordinis S. Dominici, virum doctu et morum integritate ac innocencia vite omnibus commendatum. Rogamus V. R[mam] D. operam suam facere dignetur, vt eidem fratri dominico de Epatu Laodicen. et Suffraganeatu Crac. prouideatur, et cum sit inops frater, et ordinis mendicancium, intercedat et efficiat, vt in expedicione lrarum habeatur eius paupertatis condigna racio. Rogamus item V. R. D. prestare dignetur operam et patrocinium suum, apud S. D. N. vt eccliam parrochialem in Vawrzinczicze, que est collacionis dicti D[ni] Episcopi Crac. vnire et incorporare dignaretur ipsi Epatui Laodicen. ita vt quisqz Suffraganeus Crac. illam deinceps obtineat, vite et dignitatis sue adminiculum, vtqz post cessum vel decessum moderni eius possessoris Ven[lis] Petri Vaporski Decani Crac. ipse frater Dominicus possessionem eius aprehendere possit, non obstante eo, quod idem Petrus Decanus ... fuerit olim seruitor et continuus comensalis R[mi] olim Germani nostri, domini Frederici Cardinalis, quaqz propterea forsitan ipsa ecclia sit sedi Aplice reseruata, vtqz eadem vnio fiat, non obstantibus eciam quibuscumqz reseruacionibus, gracijs aplicis, coadiutorijs, et alijs quibuscumqz concessionibus, per quos vnio ipsa quouis modo cassari aut impediri posset. Sed vt firma et inuiolabilis permaneat et effectus eius post cessum vel decessum dicti Petri Decani suum finem sorciatur. Erit nob hec opera V. R. D.

multo gratissima. Cuius bone amicicie nos commendamus. Et valere
illam felicissime desyderamus. Datum

. mendacium .

Hesterno ~~tempore~~ die accepi litteras ex Veneciis, quibus significatum est mihi
quod ea est nunc S.mi D. N. et Reverendorum D.norum Cardinalium condicio,
in quam eos hominum perversitas, vel potius permissio divini numinis
conieccit. Car.les de Armellinis, de Aragonia, de Cesis, et multi alii di:
gnissimi prelati, peste absumpti, Pontifex ipse salubrioris aeris vel po:
tius securioris asservacionis gracia in arcem Gaietanam omnium
regni Nepolitani munitissimam perductus, indignissima mancipacione
conficitur, non absque metu, et opinione omnium quod inde in Hispaniam de:
vehetur, si ab hac parte Caesariani per aliquem vergeri cepti fuerint.
Florentini ut malum malo congrueret, universos S.tis sue gentiles,
totam quoque medicam familiam, direptis omnibus bonis exigunt in exilium,
Bononia iugum excussit, pulso gubernatore pontificio, et de recipiendis Ben:
tivolis, secum tractari patitur. Mutinam Dux Ferrarie, Ravennam,
et pleraque alia flaminie Oppida Veneti occuparunt, et ita fedissime
diripitur. Si Petri patrimonium.

Scribitur preterea mihi, quod ingens Gallorum et Elvetiorum exercitus
procuratione principum confederatorum, Italiam ingressus est. Cuius 20.
millia Regis Gallorum stipendio, ix impensis Regis Gallie, XV.
Venetorum. et VI. millia florentinorum, ere tam diu in Italia militatura
sunt, quoad Ecclesia cum Pontifice pristinam dignitatem: Rex vero chris:
tianissimus regnum Neapolitanum, et Italia solutam libertatem recuperaverit.
Iamque nonnullis in transitu expugnatis civitatibus, recta et maximis
itineribus Romam contendunt. Cremensis Civitas sublatis adventu

ipsorum animis, cesisq V. millibus Ces. militu, qui presidii causa in ea locati fuerant, in dicionem Regis Gallie, sponte sua redacta est. Hec sunt que habui de rebus novis in pns.

Petrus Tomicius Crac. Epus
Antonio Fogger

Spectabilis domine amice noster charmme. Salutem et plurimam felicitatem. Quocies D. V. multa et egregia in nos merita, memoria reppetimus (reppetimus autem frequenter) Suppudet nos quodamo, quod hactenus parvam admodum occasionem nancisci potuimus, qua, parem graciam referre valeremus eidem. D. V. in hoc tamen sumus, ut cum aliqua opportunitas se offerret, Nos quoq gratitudinem animi nostri, erga eam commonstraremus. Sciat etenim S. V. preterq, quod negocia nra in curia Romana strennue curat, Etiam in hoc se nobis maximopere gratificari, quod noticiam earum rerum, que et in Italia, et in Gallia, atq Hyspania, geruntur nobis quoq impartit, pro quibus omnibus rebus, et habemus atq agimus ei summas gracias, et referemus olim si deus voluerit. Et proinde postulamus ab illa, ne hoc suum officium, ad nos frequenter scribendi, et nos de eisdem ipsis rebus cerciores faciendi intermittat. Precipue vero rogamus V. D. ut prout cepit negocium suffraganei nostri Crac. (ob cuius carenciam maxia difficultate et molestia afficimur) quo celerius expediatur, solito suo studio, et in nos amore peragat, et conficiat. Etiam illorum duorum dnorum Eporum, videlz. Ploceñ, ac Premislieñ, res de quibus ei satis constat, in memoria, et commendatas habere velit. Quod eo minori negocio illam confecturam arbitramur, quia ex lris eius didicimus. Summum Pontificem iam tandem libertati restitutum esse. Dnem Vram feliciter valere optamus. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Pontifici Maximo

SAnctissime etc. Cum mihi, hoc tempore relligioni catolice aduersissimo, nihil magis cure sit, quam ad ecclesiasticas dignitates, viros dignos et litteratos promouere: Mortuo in presens Reverendo olim domino Raphaele Episcopo Plocen. ad eius Episcopatum Reverendissimum Dominum Andream Cricium Episcopum Premisliensem, Consiliarium meum meritissimum, et cum reipub. mee, tum vero statui ecclesiastico apprime conducibilem, promouendum, et V. Sancti presentandum duxi. Supplicoque illi ex corde, vt eundem dominum Episcopum Premislien. ad ipsum Episcopatum Plocen. nunc vacantem, transferre dignaretur. Ad Episcopatum vero Premislien. offero et presento V. Sancti Venerabilem Ioannem Carnkowski, Prepositum Crac. Secretarium meum, veterem et optime meritum. Supplicoque V. Sancti vt cum dictum dominum Andream Cricium, ad Episcopatum Plocen. transtulerit, etiam hunc vna ad Episcopatum Premislien. promouere dignetur, reseruatis illi eius sacerdociis que ferre omnia sunt Iurispatronatus mei, sine quibus in Episcopatu exili, et continuo discrimini exposito, nequaquam posset dignitatem, et statum suum tuto et debito modo sustinere. Mandareque dignetur V. S. vt hoc vtrumque negocium, absque impedimentis aliquibus, et exactionibus insolitis, aut aliqua remoracione, istic expediri possit. Nam per eiusmodi moras et difficultas, solent bona Episcopatuum vacancium maxima dispendia subire. Faciet V. S. rem sua clemencia dignam et mihi multo gratissimam. Cui me iterum regnumque et dominia mea ex corde commendo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

R. Me V. C. Functus est nuper vita Rdus olim Raphael. Epus Ploceñ. ad: cuius Epatum Lutheranis confinem, ne quid per moram aliquam huius labis ad illum serperet e uestigio Rdum Dm Andream Cricium Epum Premislien. nobis et reipub: nre meritissimum, vtilissimumq statim Ecclia eo nominauimus, et Sctmo Do nostro presentauimus, post cuius translacionem, ab eius Ste facta, pntauimus pariter ad Epatum eius Premisliensem. Venerabilem Ioannem Karnkowski PPtum Crac, secretarium nostrum, veterem et optime meritum, vtilemq et ordini ecclia eo et reipub ce nre futurum. Rogamus itaq plurimum V. D. Rmam agere dignetur pro suo erga nos et res nostras fauore, vt ipse Smus Ds noster citra aliquam moram et difficultates, dignaretur ambos su:pradictos pntatos nostros, alterum ex Epatu Premislien ad Ploceñ transferre, alterum ad Premisliensem Epatum, reseruatis ei suis sacerdociis promouere, Nam sine ipsis sacerdociis non posset in eo tenui epatu et infidelibus penitus ex:posito, statum et dignitatem suam sustinere. Efficere autem dignetur V. Rma Do vt neq in annatis, neq in aliis extraordinariis solucionibus, plus solito grauentur. Nam id nullo modo permittere possemus, et vt breuia illis ad possessionem capien:dam et iurisdictionem, tam in spiritualibus, quam eciam in temporalibus exercendam, quantocius fieri potest, mittantur, Nam sub huiusmodi vacacionibus solent bona Epatuum ad magna venire detrimenta. Faciet nobis V. R. D. rem multo gratissimam. Cui nos ex animo commendamus, et valere illam felicissime desy:deramus. Datum Crac. die j. Aprilis.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinado Bohemie Regi

SERme etc. Presentavimus iam dudum sedi aplice quosdam Consiliarios et servitores nostros ad Epatus in regno nostro vacantes, quorum expedicio tumultu in vrbe Roma subsecuto, hactenus fieri non potuit, ne autem ipsi electi Electi Episcopi diucius lris necessariis careant, mittunt in vrbem Romam, vel vbicunque Summus Pontifex constitutus, Nuncium suum pro ipsis lris necessariis expediendis. Et quia ex significacione Vre Mtis intelleximus ipsum Summum Pontificem in ptatem exercitus Cesaree Mtis esse redactum. Rogamus plurimum V. Mtem dignetur eidem Nuncio lras suas ad prefectos ipsius exercitus Cesaree Mtis concedere, ut illum libere permittant, ad hoc dumtaxat negocium Epatuum apud Summum Pontificem expediendum accedere. Quo faciet nobis Mtas Vra rem non vulgariter gratam, quam illi vicissim omni gratificacione nostra referre curabimus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie viceregi Neapolitano in absencia eius Capitaneis exercituum Caesaree Mtis in Italia

Illustris et Magnifice domine amice nobis charme Scribimus Summo Pontifici, in negocio expedicionis quorundam Epatuum regni nostri vacancium. Et quia intelleximus eius Stem esse in potestate tue Illtis, et reliquorum capitaneorum Cesaree Mtis, postulamus ab illa permittere velit, vt ipse lre eius Sti reddi, et expedicio eorundem Epatuum fieri apud illam

possit, quandoquidem, et lrẽ ipse nihil aliud, quam hoc negocium continent, et necessitudo, beniuolenciaq̃ nostra mutua, cum Cesarea Mte nulli suspicioni obnoxia esse debet, Faciet nobis tua Illtas rem multo gratissimam quam illi vicissim omni gratificacione nostra referre curabimus. Que optime valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici

Bernard Vaporski dictavit

SAnctissime et beatissime pater et domine domine clementisme. Post humilem mei regniq̃ et dominiorum meorum commendacionem et pedum oscula beatorum. Vetusti mori fuit, vt penitenciario lingue Slauonice Sti Petri, de vrbe fatali necessitate absumpto, alter quispiam nacionis Polonice, lrãrum doctrina et moribus commendatus, in locum demortui surrogaretur, et ita per Romanos Pontifices Stis Vrẽ predecessores, fuit tentum et obseruatum, hiis vero temporibus, cum penitenciarius lingue huius, qua homines regni nostri vulgo vtuntur, ex humanis decesserit. Supplico Sti V. ut ad hoc penitenciarie officium eo modo vacans Venlem Stanislaum Rzeczicza, vtriusq̃ iuris doctorem subditum meum, qui plures annos in Italicis Gimnasiis versatus, vita, moribus, et doctrina, fidedignorum testimoniis commendatur, promouere ac in locum demortui surrogare dignetur. Prioribus litteris meis, quas ad preces domini Archiepi Gnesnen. ad S. Vram dedimus, vt quem ille commendaret, eum S. Vrã ad hoc ipm penitenciarie officium sufficere dignaretur, non obstantibus, quas magis per importunissimam instanciam, quam ut ita mentis nrẽ fuerit, credat esse extortas: Nam quendam Michaelem de Paczanow hominem turbulentum, et crimine falsi notatum, ob idq̃ Rome in cordis tractum, ad hoc officium penitenciarie, multa ambicione aspirare accepi, quem ob eius plurima facinora nollemus, à Ste V. uel hoc, vel aliquod aliud, minimum beneficium obtinere. Faciet autem

S.tas V.ra officium optimi et clementissimi domini cum in dictum Stanislaum Rzeczicza, virum dignum, officium, et beneficium hoc conferet, et me hac gratificacione, sibi et sancte sue Sedi, tanto arctius devinciet. Commendo me eciam atque eciam regnumque et dominia mea V. S.ti quam pro incolumitate mea rei christiane et optatis meis cupio esse quam diutissime sanam sospitem et felicem. Datum in Radom die VI.a Marcii. Anno domini

Petrus Tomiczki Ep.us Crac. Cardi:
nali Sanctorum Quatuor

Vapowski dictavit.

R.me in Christo pater et domine domine colendissime. Post servitutis et oracionum mearum humilem commendacionem. In ultimo optimacium Regni Polonie conventu, qui sub bruma est celebratus. D.s Archiepus Gnesnen. intelligens penitenciarium lingue Slavonice, qui nacione polonus erat, vi: ta decessisse: summa ope admixus est, lras a regia M.te ad S.mum D.m nostrum, et R.mam D. Vestram obtinere: pro Michaele Paczanow. homine turbulento: infami, et multis sceleribus notato, ut in locum penitenciarii lingue Slavonice sufficeretur. Quod cum impetrare non posset, hoc tan: dem per magnam importunitatem extorsit, ut quem ipse eidem S.mo D.o N.o et R.me D. V. promoveret et nominaret is penitenciarius lingue nostre crea: tor, acceptisque lras M.tis sue a domino Cancellario, domino seculari, atente cavens, ne ego qui tam parum honestas peticiones abhorreo, id presentirem. Cum autem eiusmodi littere de mente Regie M.tis non processerint, quamvis illis forte manu sua subscripserit, quod eciam per eandem importunitatem ex: tortum esse ingenue credat, Rogo plurimum D. V. R.mam ut attenta pocius vera M.tis sue voluntate, de qua mihi satis constat, lris M.tis sue eo modo extortis, verius quam obtentis, non obstantibus, doctorem Stanislaum Rzeczicza, virum doctrina, et vite innocencia M.ti sue Regie, nec non multis prelatis ac proceribus Regni commendatum: ad dictum penitenciarie

officium promouere velit, hocq; sibi persuadeat, q illum et non alium cupit Mtas sua, gentis nre Slavonice esse penitenciarium. Quo negocio ex sententencia confecto. Faciet V. R. D. rem gratam vniuerso regno Polonie, et genti nre Slauonice, vtilem: Sancte sedi aplice honorificam, et Mti Regie ac subditis eius, qui virtutem amant longe gratissimam. Commendo me rursus ex animo V. R. D. quam Ds Deus q diutissime seruet in sua gracia incolumem et felicem. Datum in Radom die. Sancti Marci Anno domini

Sigismundus primus Rex Polonie
ad Cardinalem Protectorem

R. me domine &c. Intelleximus Penitenciarium lingue Slauonice Sti Petri de vrbe natione polonum vita decessisse, ad quod officium, ex vetusta obseruancia homines, regni nostri, promoueri consueuerunt. Nam Poloni cum Slauonis in lingua conueniunt. Quare plurimum rogamus R. D. V. cooperari ac adniti velit ad Smum D. N. ut huic officio penitenciario sic vacanti, Venlis Stanislaus Rzeczycza, iuris, vtriusq; doctor, homo, vita, moribus, et doctrina aprobatus, preficiatur et ipse Penitenciario defuncto sufficiatur. Prioribus lris meis, quas ad pres. et in fauorem Rmi Dni Arcbiepi Gnesnen. dedimus non obstantibus, quas per magnam pocius importunitatem: quam vt ita mentis nre fuerit, existimet esse extortas: Nam postea ex quorundam relacione accepimus, Michaelem de Paczanow, hominem plebeu, turbulentum. Rome non multo antea in cordis tractum, ac de crimine falsi, conuictum hoc penitenciarie offm plurimum ambire, quem nollemus non solum ad illud, sed ne ad quoduis quidem aliud minimum officium, seu beneficium prefici ac surrogari, Rogamus enixe V. R. D. operam suam adhibeat, vt illius Stas postulatis nris annuere dignetur, que V. R. D. promouere et confirm

velit et valeat felissime ac nos diligat. Datum in Radom die 5 Marcii Anno domini.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

Laski ementita licentia peregre eundi Loretum ad spes nouas ad regem Joannem in Vngaria se contulit

Rme V. vadit istuc ad Sanctam Mariam Loretanam, vt refert, Magnificus Jaroslaus de Lasko Palatinus Syradien, ordinis Senatorii regni nostri, a qua deuocione quia mores, et affectus eius dissident. Suspicamur illum hoc pretextu ad Sanctissimum Dominum nostrum proficisci, vt nomine patrui sui domini Archiepi Gnesnen. hominis V. R. D. bene cogniti, agat, tractet, et petat aliquid, tam publicum, quam priuatum, quod esset, vel aduersus iura, et consuetudines regni nostri, vel bonum statum ecclesiarum, et prelatorum, ac aduersus animum et sentenciam nostram, quemadmodum iam pridem impetrauit facultatem a sede apostolica, pociora bona Archiepalia oppignorandi, impetrauit et nuper facultatem absoluendi apostatas, ab habitu et vita monastica, in magnum scandalum, et ad maiorem licenciam aliis relligiosis apostatandi, et ordinem suum in eam spem deserendi, similiter et aliam facultatem ordinandi clericos extra tempora legittima, qua factum est, vt cum nunc potissimum, magna maturitate et iudicio, ea ordinacio fieri deberet, prout antea id seruatum est, in hoc regno ab Episcopis diligenter, nunc passim, digni et indigni promouentur plerique absque certo titulo, aut patrimonio suo, nec nisi de tabernis ad tabernas, vnde que vtilitas manat in rem ecclesiasticam V. R. D. cognoscere potest. quare considerantes nobiscum, et ingenium dicti Domini Archiepi, et mores ipsius Nepotis eius expendentes, Rogamus plurimum V. R. D. admonere dignetur nostro nomine S. D. N. et supplicare illi, vt si idem Jaroslaus apud illam fuerit, nihil eorum illi annuat, que vel aget vel petet, presertim attinencia bona ecclesiastica, aut sacerdocia, aut prelatos Regni nostri, et eorum ecclesias, vel quidquid aliud huiusmodi, aut ad que se se vel patruum suum ingerere volet, nisi

cognita prius voluntate et sentencia nostra, qualiacunque illa videbuntur, nam fieri potest, vt multa, vel esse levia, vel racionem bonam istic habere videbuntur, que hic, vel noxia valde, vel nobis plurimum molesta esse possent. Et proinde rogamus V. R. D. ut hec in bona custodia sua habere, et nobis posthac omnia quecunque aget istic idem Jaroslaus, significare dignetur, quam operam, illi omni benivolencia nostra refferre curabimus, et cui nos ac negocia nostra ex animo commendamus, et eam felicissime valere desyderamus. Datum.

X Scripsimus iam a decem diebus Sanctissimo domino nostro presentando eius Sti Reverendum D.m Andream Cricium Episcopum Premisliensem ad Episcopatum Plocensem nunc vacantem. Scripsimus et V. R. D. hoc negocium impense commendantes, quod si hactenus istic expeditum non sit, Rogamus plurimum, vt quitocius expediatur, nam multa mora multum detrimenti afferret tam in spiritualibus rebus, quam eciam in bonis temporalibus illius Episcopatus Lituanis contigui.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici

SAnctissime etc. Proficiscens in Italiam Magnificus Iaroslaus de Lasko, Palatinus Siradiensis, ex ordine Senatorio Regni mei, idque peregrinandi causa, fortasse et apud Stem V. constituetur, et nomine patrui sui domini Archiepiscopi Gnesnensis, varia cum illa tractabit, et quia ipse dominus Archiepiscopus nescio quo consilio ductus, impetravit nuper a Ste V. quedam, que si recte illi declarari fecisset, nequaquam Stas V. collatura fuisset, vti est facultas absolvendi apostatas ab habitu et professa religione, ad normam vivendi secularium sacerdotum, que res peperit in hiis regionibus magnum scandalum et incentivum dedit aliis religiosis in eam spem religionem deserendi, similiter et facultas, quam de ordinandis clericis, extra legittima tempora,

obtinuit, facit vt passim ordinentur digni et indigni in dedecus ordinis ecclia^ci
cum ante hac ea ordinacio fiebat per Episcopos statutis temporibus, et ma:
gna maturitate et non nisi ad certum titulum vel patrimonium. Igitur hec
mecum revoluens, vereor, ne quod iterum per dictum Nepotem suum, apud
vram S^tem eiusmodi, quod esset vel aduersus statum ecclia^cum et iura, ac
consuetudinem Regni mei, aut eciam aduersus animum et sentenciam meam
impetraret. Supplicoque V. S^ti vt si idem Jaroslaus apud illam erit, nihil
eorum que aget annuere dignetur, absque consensu et sciencia mea, vtilia an
inutilia, magna vel modica videbuntur, nihil est enim quod pretextu, et colore
dicendi, circumvenire non possit, eos qui regiones et mores hominum, non
vsque quaque callent. Hec V. S^ti sapientissimo antistiti suggessisse satis sit,
non dubito quin meum pocius in rebus regni mei, quam alienius alterius consi:
lium sit sequutura, neque his precibus et persuasionibus aurem adhibitura, que
aduersus animum meum et iura regni mei fieri deberent, de quibus scribo lacius
R^mo D^o Cardinali protectori regni mei, cui vt vra S^tas benignas aures pre:
bere dignetur, eciam atque eciam vehementer rogo. Meque eidem S^ti vre ex corde
commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici.

SAnctissime. Iam a plerisque diebus, variis et diuersis nunctiis, ac rumoribus accepi,
et vrbem Romanam et V. S^tem in quasdam magnas angustias, et casum deue:
nisse, quem in his modernis reipub^ce chriane calamitatibus, et hereticorum sedici:
onibus, comunem, et perniciosissimum esse intelligens, cepi dolorem incredibilem,
cercior tamen factus, statum et negocia S^tis vre constituta esse in ptate Ce:
M^tis de cuius virtute, et pietate in relligionem plurimum mihi persuadeo. Spero
illmis M^tem Caesaream se ita gesturam erga V. S^tem et sedem eius aplicam, vti

probum et christianum principem decebit. Qua in re quidquid pro S.te vestra prestare potero, nihil opere et impendii recusabo.

Ceterum presentaui adhuc in principio Aprilis V. S.ti ad vacantem Epatum Plocensem R.dum dominum Andream Cricium Episcopum Premislien. ad Epatum vero Premislien. R.dum Ioannem Carukowski, R.tum Crac. secretarium nostrum, Ad Epatum vero Laodicen. titularem et Suffraganeatum Crac. fratrem dominicum ordinis predicatorum, et Supplicaueram V. S.ti ut quoniam alter horum episcopatuum hereticis, alter Scismaticis, et infidelibus, vicinus est, et incommoda multa sequi possent, uti iam sequuta sunt ex longa ipsorum vacacione, ut V. S.tas ipsos presentatos meos, quam celerius confirmare, et lras illis concedere dignaretur. Speraui(que) quod ut prius fieri solitum est, Mox post ipsorum confirmacionem breuia illis mitti, et postea littere expediri debuissent. Nunc intellexi illos confirmatos quidem a V. S.te Sed ante tumultum urbis Rome, breuia denegata esse, et lras expediri non potuisse, unde Epatus predicti carere adhuc coguntur suis pastoribus, cum magno rei ecclesiastice et religionis detrimento. Quare supplico V. S.ti litteras ipsis electis, qualescumque fieri possunt, ad possessionem et ad ministracionem Episcopatuum suorum capiendam concedere dignetur. Nam quod ad solucionem annate attinet, dederunt illi iam pridem pecunias ad societatem foccarorum, eritque solucio illic, ubi S.tas vra designauerit, et ubi responderi de pecunia per ipsos foccaros poterit, Et licet a iuris peritis mihi persuadetur, ipsos electos, post eorum confirmacionem et tantum cassum sedis aplice subsequutum, iam Epatus suos debite administrari posse, tamen et mihi, et illis visum est, pro solita obseruancia erga sedem aplicam, adhuc ab ipsa administracione abstinere in spem expeditionis lrarum in quantum fieri poterunt. Oro itaque, eciam atque eciam V. S.tem ne hoc negocium, diuicius ita infectum, et perplexum esse sinat, meque de successibus suis cerciorem reddere dignetur. Et diu ac felicis.me valeat, pro bono statu reipub.ce christiane, et mea singulari voluptate. Datum Crac.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori.

Rme &c. Per hoc omne tempus varii ad nos rumores de rebus Italicis afferuntur, inter quos hoc demum omnes affirmant Stmum Dm N. curiamque et vrbem Romanam in maximum discrimen incidisse, vnde quantum dolorem capiamus describi non potest, vnum nos consolatur quod audiuimus totum hunc successum pendere ex documento Caesaree Mtis quam cum sciamus esse probum et catolicum principem, non dubitamus eius Mtem ita se in hoc euentu gesturam vt chriano et catolico eius nomini congruit. Nos si quid in eo casu pro ipso So Do No. et vra Rma Do prestare possumus, libentissime omnem operam impendemus.

Ceterum presentauimus adhuc in principio Aprilis So Do No ad vacantem Epatum Plocen. Rdum Dm Andream Cricium Epum Premislien., Et ad Epatum Premislien. Reueren. Joannem Carnkowski, Rtum Crac. Secretarium nrm, Ad Epatum vero titularem Laodicensem, et Suffraganeatum Crac. commendauimus fratrem dominicum ordinis S. Dominici. Et supplicaueramus eius Sti vt quoniam alter horum Epatuum hereticis, alter Scismaticis, et infidelibus vicinus est, et incommoda multa sequi possent, vti iam sequuta est ex longa ipsorum vacatione, vt eius Stas ipsos presentatos nros quam celerius confirmare, et lras illis concedere dignaretur. Sperauimusque quod vt prius fieri solitum est, mox post ipsorum confirmacionem, Breuia illis mitti, et postea littere expediri debuissent. Nunc intelleximus illos confirmatos quidem ab eius Ste die xxix Aprilis, sed ante tumultum vrbis Rome breuia denegata esse, et lras expediri non potuisse, vnde Epatus predicti carere adhuc coguntur suis pastoribus, cum magno rei ecclesiasticae et religionis detrimento. Quare rogamus V. R. D. agere velit apud eius Stem ut lras ipsis dominis electis, qualescunque fieri possunt, ad possessionem et administracionem

Episcopatuum suorum capiendam eius S^tas concedere dignetur, nam quod ad solucionem annate attinet, dederunt illi iam pridem pecunias ad societatem foccarorum. Eritque solucio illic, vbi eius P^tas designauerit, et vbi responderi de pecunia per ipsos foccaros poterit. Et licet a uiris peritis nobis persuadetur ipsos electos post eorum confirmacionem, et tantum casum sedis aplice subsequutum, iam Epatus suos debite administrari posse, tamen et nobis, et illis visum est pro solita obseruacione erga sedem aplicam, adhuc ~~ab ipsa~~ ad ipsa administracione, abstinere in spem expedicionis lrarum in quantum fieri poterit. Rogamus eciam atque eciam V. R. D. ne hoc negocium istic ita infectum et perplexum esse sinat, sed vt celerius ipsas lras ab eius S^te impetret, rem nobis multo gratissimam faciet V. R. D. Que nos rogo, de his que istis aguntur, facere velit cerciores, valeatque felicissime et nos diligat. Datum.

Sigi~~smundus primus Rex Polonie~~
Cardinali Protectori.
Petrus Tomiczki eps Cracc
Vicecancell

R^me in Christo pater, et domine domine colendissime. Post seruitutis mee humilem commendacionem. Casus infelix, quem S^mo domino nostro. R^mis dominis Cardinalibus, et ceteris prelatis ac Sancte sedi aplice accidisse audimus, non mediocriter perturbauit, tam Ser^mum D. nostrum regem, quam omnes sue S^tis subiectos, et presertim ordinem nostrum ecclesiasticum. Sed tamen (si vera est fama) cum S^tas sua se, resque suas Casaree M^tis fidei commiserit, quam constat pium et mitem principem esse, dubium non esse diuina ope inprimis adiuuante S^tem suam ipsamque sanctam aplicam sedem, decens dignitatem auctoritatemque suam breui recuperatam, quod ut quocius fiat, omnes hic deum precamur. Commendauerat iam pridem M^tas regia, domini nostri, S^mo domino nostro, et V. R. D. causas dominorum Andree Cricii Epi Premisliensis, nepotis mei, et Ioannis

Carnkowski, PP^ti^ ecclie mee Crac. quorum alterum ad Plocen, alteru ad Premislien ecclesiam presentauerat, vt videlicet opera et patrocinio eius a S^te^ sua confirmarentur, quorum tamen negocium (q credi par est) his tumultibus, quos audiuimus impeditum fuisse res ipsa indicat. Illud miror q cum ego Suffraganei mei, fris dominici ordinis predicatorum negocium multo ante hunc vrbis Rome tumultum V. R. D. Commendauerim qua nam sollicitatoris negligencia factum est, q confirmacio eidem suffraganeo meo, obtenta non est. Cuius carencia ~~nos~~, me alioqui maximis tam pb. cis qm priuatis difficultatum nodis inuolutum, adeso afficit, et sollicitu reddit ~~vt~~ vt sub onere ipso, pene michi succumbendum est, nisi V. R^me^ D^nis^ auxilium accesserit. Rogo itaq et oro eandem R. D. V. enixe, velit tandem instare, et perficere, vt si non in solita lrarum forma (quod forsitan in hoc tumultu vix licet) Saltem in forma breuis confirmacionem tam D^mis^ Epis predictis qz suffraganeo meo, vna cum vnione ecclie parrochialis in Varzimgize mee Crac. diocesis, a sede aplica obtinere possit, vt ipse suffraganeus meus omnia Epalia obire valeret, et ego grauissimo onere quod fero, pro parte leuari queam. Merebor hanc graciam V. R. D omni studio et perpetua seruitute mea. Cui me rursus suppliciter commendo, et quam dominus Deus seruet diutissime sospitem et felicem.

Sigismundus primus Rex Polonie

~~Cardinali Protectori.~~

Summo Pontifici Clementi vij

Scripsi iam aliquociens V. S^ti^ si modo lre mee ad illam penetrare potuerunt, quanto me dolore affecerit calamitas vrbis Romane et V. S^tis^ detencio indignissima, pro cuius liberacione per hoc omne tempus egi cum Cesarea M^te^ aliisq principibus que potui diligent^me^. Quum vero hactenus nullum responsu ad lras meas a V. S^te^ sed neq vllam certam signi-

ficacionem de statu illius, habuerim, priuatis, tamen duntaxat quorunda[m] l[itte]ris edoctus, hanc tandem detencionem et aduersitates suas illam euasisse sum mirum in modum consolatus, valde enim metuebam, ne vt nunc sunt mores et tempora perditissima, vtq[ue] exultare senciebam rei eccl[es]ia[sti]ce inimicos aliquid detestabilius, in illam et eius sanctam sedem patratum esset. q[uo]d aliquanto rectius cessisse, quam vel ego verebar, vel scelerati homi[n]es expectabant, vehementer gaudeo, et V. S[anctita]ti ex corde gratulor, optoq[ue] vobis omnibus, vt hec nephanda illius aduersitas pariat in posterum, et V. S[anctita]ti decus immortale, et rei eccl[es]ia[sti]ce salute[m] et incrementum, oro aut[em] obnixe V. S. vt cum non solum videat, sed eciam re ipsa experta sit quam longe lateq[ue] progressa est, hec reipub. chri[sti]a[n]e fatalis tempestas. vt indies magis omnia in preceps tendere videantur operam et curam omnem impendere dignetur, vt motus isti exiciabiles et dissidia principum chri[sti]anoru[m] plus q[uam] immodica sopiri et componi possint, et presertim duorum Regu[m] Hungarie, qui regnum illud nobilissimum, et ex quo potissima pars communis salutis dependet, calamitosum alioquin, et ab hoste magna ex parte fractum et occupatum, acerrimo intestino bello perdere nituntur, cui, nisi q[uam] primum per alios principes chri[sti]anos succuratur, et ipsi duo Reges in concordiam non redigantur, iam de illo actum esse V. S[anctit]as certissimum habeat, est enim michi satis compertum et exploratum, Imperatorem Turcorum, ita omnino constituisse et paratum iam esse, vt per hanc occasionem dissidii, et calamitatis regni Vngarie, totum quod reliquum est, occupet, et illuc sibi additum, ad inuadenda omnia alia regna et dominia chri[sti]ana comparet. vnde quantum periculu[m] et exicium immineat rei pub. chri[sti]ane V. S[anctit]as pro sua prudencia expendat, et prouide oro et obtestor eciam atq[ue] eciam V. S[anctita]tem vt huic impendenti communi omnium ruine, sua opera et consilio succurat, ne tum demum id facere vellet, cum iam illi integrum non fuerit. Commisi nonnulla postulanda a V. S[anctita]te R[everendissi]mo domino Cardinali S[anctor]um quatuor, protectori Regni mei, presertim quod attinet penitenciarium istic lingue Sclauonice, ad quod off[ici]um commendo V. S[anctita]ti ex corde ven[erabi]lem Stanislaum Rzeczicza Juris vtriusq[ue] doctorem, virum probum et litteratum, ac in istis Italicis gymnasiis longo tempore versatum, in hoc et aliis postulatis oro vt V. S. se benignam exhibere dignetur. Meq[ue] q[uo]d hactenus fecit

gracia et fauore suo complectatur. Valeatque et sit felix dmtissime.
Datum ex Conuentu generali Liotrcomen.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori.

Rme in Christo pater. Mirari satis non possumus, quod ad tot lras, quas per id tempus, et Smo domino nostro, et V. Rme D. scripsimus, nihil responsi habuerimus, magna enim sollicitudine tenebamur, et tenemur etiamnum de statu illius Stis nihilque cure et opere nostre pretermisimus, cum apud Casaream Mtem tum eciam alibi, vbi oportunum videbatur, de liberanda illius Ste et vris R. D. ab ea detencione plusque detestanda, verum quia suspicamur istis itinerum discriminibus fieri, vt neque responsum ad lras nostras habere, neque istinc quidque certi scire possimus, ferimus equo animo, nihilominus tamen cum ex priuatis quorundam lris intellexissemus ipsum Smum D. nostrum, et Vras R. D. ex tam nefanda captiuitate liberatas esse: Rogamus V. R. D. vt nostro nomine gratulari velit illius Sti hanc vtique in tam aduerso, et pene incredibili casu felicitatem, nosque vt primum poterit, de statu illius Stis et suo eciam cerciores facere non grauetur. Rogabit preterea verbis nostris illius Stem, vt operam suam intendat, quo hii perniciosissimi tumultus, et bella intestina Principum Christianorum tandem componantur. Vtque regno Vngarie interna externaque calamitate afflictissimo quam primum succurratur. Habemus enim exploratissimum quod Imperator Turcorum ad regnum ipsum totum occupandum, sese modis omnibus accingit, quod illi factu facillimum fuerit, scissis bifariam regnicolis et duobus pro illo regibus inter se digladiantibus, vnde quanta ruina toti Reipub. christiane impendet, facilius a quouis intelligi pot. quam explicari oporteat. Quare si quando vnquam opus videbatur consilio et succursu ipsi Regno Hungarie, in cuius salute maxima communis omnium salutis pars consistit, Nunc profecto velis et remis huic negocio incumbendum est

omnibus idq; mature, ne demum ~~est~~ et sera et ~~ex~~deplorata sint omnia .

CEterum quid de expedicione Epatuum Plocen et Premislien istic agatur,
eciamnum incerti sumus . Trapesite referunt pecuniam a se pro ipsa expedicione
dudum esse numeratam, tamen diplomata nondum sunt allata. Similiter et Suf:
fraganei Crac . Rogamus itaq; R . D . Vram, ut quo tandem expediciones ipse
finem suum habeant, operam suam impendat . Nam hii ipsi consiliarii et servitores
nri, magnam hinc iacturam subierunt, et subeunt assidue, cauentes modis omnibus
ne quo pacto committant aliquid, contra prescriptum erga sedem aplicam debitum
suum, vtrunq; in Vngaria et alibi, hec non perinde obseruentur . et epatus regni
nostri plus nimio aliis oneribus reipub. sunt grauati . Preterea rogauimus sepius
V . R . D . et nunc eciam obnixe rogamus, ut signari et expediri curet . Suppli:
cacionem nram manu nra, subscriptam de liberis collacionibus ordinariorum huius
regni nostri in eorum mensibus, que peticio nra et iustissima est, et statui eccliastico in hiis
regionibus peruecessaria . Similiter et de vnione Ecclie parrochialis in
Vaworzniezicze Suffraganeo Crac . Deinde eciam, vt de Canonicatu ecclie
Crac . qui vacauit per mortem olim Salomonis de mense Februario . Venerabili
Laurencio Misskowski, viro nobili et idoneo prouideatur, vtq; alia sacerdo:
cia eiusdem Salomonis, qui asseritur fuisse familiaris R.mi olim D.ni Car.lis
Alexandrini, que sunt de iure patronatus laycorum [interpretacionibus → impetracionibus] et diffi:
cultatibus istic aliquibus, non inuoluantur . Postremo impetrauit a nobis impor:
tune quidem R . D . Archiepus Gnesnen litteras commendaticias, ad
S.mum D . N . et V.m R.m D.nem pro eo quem ipse peteret in penitenciarium lin:
gue Sclauonice istic apud sedem aplicam constitui . Verum quia intelleximus eum
promoturum esse homines ad hoc negocium minus idoneos, et eos fortasse, qui in
falso et multis aliis facinoribus notati sunt, de quibus alias scripsimus satis Vre
R.me D.ni Rogamus illam plurimum vt prorsus nihil attentis ipsis litteris nris
nris commendaticiis, per D.m Archiepum a nobis inportunis precibus extortis
promouere dignetur apud S . D . N . ad hoc ipsum penitenciarie off.m Ven.lem
Stanislaum Rzeczicza iuris vtriusq; doctorem, plures annos in Gimnasiis Ita:
licis versatum . vitaq; doctrina et moribus fide dignorum testimoniis comendatum .
Faciet eius S.tas off.m optimi et clementis.mi antistitis . et nobis rem multo gratissimam

quam illi omnibus obsequiis nostris, simul et V. R. D. omni gratificacione referre curabimus. Que felicissime valeat et nos et hec negocia nra habeat commendata. Datum

~~Sigismundus primus rex Polonie~~

Cardinali Protectori.

Petrus Tomicius Eps Crac
Regni Polonie Vicecancell.

Rme in Chro pater domine mi obseruantissime. Scripsi iam aliquociens V. Rme Dni in quanto luctu fuerimus hic omnes eccliaci ex ista detencione Smi domini nostri et vestrarum R. D. quamquam osores status et dignitatis nre exultauerint ad merorem nostrum, sperantes actum iam fore de auctoritate sedis aplice. Verum recreamur rursus, cum audiuimus eius Stem et vestras R. D. aduersitatem hanc superasse, et pristinam libertatem recuperasse, pro qua nos hic omnes eccliaci et prefecto Serxmus Rex noster cum magna animi sui amaritudine, curauimus id totum exequi quidquid opportunum videbatur, et per nos fieri potuit. Facietque itaque V. R. D. rem Mti sue Regie multo gratissimam, si quo pacto se nunc habeant, res et status ipsius Serxmi Dni nri et vrarum R. D. Mti sue descripserit, ex cuius litteris intelliget, quam sollicita sit Mtas sua de statu rei chriane et presertim de regno Hungarie iam non in extremo discrimine constituto, Vra Rma Do sollicitare velit, vt quam primum ipsi regno et huic dissidio pro illo, duorum regum funestissimo, consulatur, nam vrgens nobis omnibus iminet ruina. Intelliget eciam Vra Rma Do postulata Mtis sue ex eisdem lris suis, tum de expedicionibus litterarum, dominorum Episcoporum Plocen. et Premislien. et Suffraganeatu Crac. vnioneque plebanatus in Varozniczicze, nec non de libera disposicione vacancium beneficiorum in mensibus ordinariorum, deque Canonicatu Crac. Dno Doctori Mischkowski, viro probo et erudito prouidendo, tum vero de sufficiendo,

in officium penitenciarie, dominum Stanislaum Rzeczicza iuris utriusque doctorem, homine vite et doctrine probatissime, in quibus ut M^tas sua a S^mo D^no exandiatur, et ea que honestissima petit obtineat V. R^ma D^o omnem diligenciam suam adhibere dignetur, nam profecto in hac re et M^ti sue et nobis omnibus plurimum gratificabitur. Nec miretur si in eo ipso negocio, ac aliis plerumque lre M^tis sue Regie sibi inuicem contrarie, tam ad illam, quam eciam ad S^mum do: nrm perferuntur, nam duo sumus Cancellarii regni, seorsum quisque lras concedit, princeps est in precibus hominum, perbenignus homines importuni, et petaces plurimi, a quibus mens Regia in diuersum trahi solet, neque omnium que concedit, et quatenus concedit, meminisse pot, quod et in aliis aulis, et plerumque eciam istic in Curia Romana contingere solet, vel pocius in tantis negociis et expedicionibus contingere necesse est, Vra R^ma D^o certissimum habeat M^tem Regiam, neque ex animo, neque satis considerate lras commendaticias pro quibusdam aliis de ipso officio penitenciarie concessisse, neque ut valeant aliquo modo velle. Igitur V. R^ma D^o M^tem suam, cum apud S^mum D^num Nostrum, tum eciam apud seipsam excusatam habere dignetur, et curare, quo iste dominus doctor Stanislaus, vir dignus et idoneus ad hoc ipm officium penitenciarie constituatur. Valeat demum felicis^me Vra R^ma D^o Et si quid est in quo hic illi gratificari et inseruire posse videor, utatur opera et obsequiis meis confidentis^me Datum ex Conventu Piotrconien.

Petrus Tomicius Eps Crac. viceecancellarius.
Laurencio Cardinali Sanctorum quor Coronatorum.

Rme in Christo pater et domine domine colenme Post seruitutis et obseruancie mee commendacionem. Reddite sunt mihi lre D. V. Rme date die xx Septembris, quas cum ingenti dolore et lachrimis perlegi, continebant enim cum vrbis Rome excidium, tum vero incredibilem et nephandam Smi domini nostri calamitatem et detencionem, de qua tametsi dudum ante fama huc peruolauerat, et vt in talibus euentibus fieri solet, indies auctior et deterior, presertim ex inimicis ecclie, quorum nunc plena sunt omnia prodiens, tamen et ea que acta et que verius explicata sunt lris Dmis V. Rme dolorem et wlnus, animi mei, iam aliquantum tempore obductum, acerbissime refricarunt, idque Serenissimum dominum Regem nrm, et nos omnes eo magis angit, qui vsque modo prorsus incerti sumus, quem tandem finem hec funestissima tragedia ceperit, et an ipse iam Smus D. N. et Vre Rme Dnes sint a manibus istorum sacrilegorum liberate. Scripsit enim iam pridem Serenissimus Rex meus Cesaree Mti et oratori suo diligentissime agere commisit, de liberanda eius Ste. et alia quecumque oportuna fore intellexit, curauit, nec in posterum quidquam pretermittet, modo quid agatur tandem, et quid facto opus sit sciamus.

Quod ad expedicionem Rpatus Nepotis mei domini Epi Plocen attinet, accepit nunc primum breue Smi domini nostri scriptum adhuc in Julio. et quia ingens damnum acceperunt bona istius Epatus, tam longa expectacione huius expedicionis et motus quidam aduersus statum ecclia cum illic insurgere ceperant. Mtas Regia considerans hunc casum vrbis Rome, et accepto sufficienti testimonio de prouisione, seu translacione facta ipsius Nepotis mei mandauerat, ei strictissime, vt ad sponsam suam

concederet, et pullulantibus erroribus quam primum provideret, quod tamen ille facere, moras nectendo, et lras expectando, usque ad octobrem produxit, demum cum nihil afferretur, et indies peiores rumores increbrescerent, fecit id quod Mtas Regia mandavit, et res ac necessitas ipsa postulabat, relicta nihilominus apud Trapesitas focarorum pecunia, diligenter illis committendo, ut quam primum possent, lras expedire curarent, nolens quidquam pretermittere, quod ad bonum et Catolicum epum pertineret, à quibus hactenus nihil certi habere possumus, nisi hoc quod operam dant, ut expedire possint. Itaque rogo V. R. D. ut si iam patefacta est facultas istarum expedicionum, curet, ut ipse lre Nepotis mei, simul ac Suffraganei mei Crac. non solum provisionis, sed eciam unionis plebanatus in Varwmiczicze, perpetuo eidem Suffraganeatui, quam primum ad nos mittantur. Referam hanc operam D. V. Rme omni studio et observantia me, quacunque potero.

De pensione Rmi D.ni Car.lis S. Sixti, curarem libenter, ut ipse desyderio suo poteretur. Videor enim videre, nunc ipsius patrem angustiam et necessitatem, illique plurimum ex corde condoleo. Verum cum hec res plane sit adversus iura, et statuta regni, cogitet D.o V. Rma, quam id nobis facile factu sit, eam pensionem admittere, vel aliquas composiciones eius causa facere, cum ad ipsum Epatum Ploccen. ne Nepos quidem regnis admissus fuit, quod res esset adversus iura, et statuta regni, hac una causa irrepsit Luteranismus in regnum Swecie, qui iam statum illic ecclesiasticum penitus pessundedit. Unde et nos plurimum veremur, ne hominibus secularibus, qui libenter omnem adversus nos occasionem arripiunt, hanc ansam tumultuandi in nos prebeamus. Vetamur non solum pensiones, sed eciam iam et Annatas solvere. Nos tamen quantum maxime possumus, custodimus autoritatem, et utilitatem sedis apostolice, que omnino huius observantie nre, piam et clementem habere deberet racionem, presertim cum Epatus, et bona hec nra ecclesiastica sint magnopere ad defensionem regni onerata. Utcunque est, licet non possit hec pensio solui, nisi cum excessu, et pena adversus iura regni, Nepotisque mei discrimine, tamen curabo ego apud Mtem Regiam, ut illa quod ei nemo prohibere poterit aliquo honesto munere, dictum Rmum Dm Cardinalem consoletur, non pensionis nomine, sed liberalitate sua

Regia. Neq; illam dubito id pro sua benignitate non grauatim facturam, cum primum tutum istuc iter ad vos patebit. Commendo me ex corde D. V. R. cui vna cum S.mo D.no nostro feliciora omnia omnibus votis et precibus meis exopto. Datum &c.

Excusatio Cæsaris super Roma capta et pontifice obsesso.

CAROLUS, diuina fauente clemencia V. Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germanie, Hispaniarum, vtriusq; Sicilie, Sicilie, Jerusalem, Hungarie, Dalmacie, Croacie &c. Rex, Archidux Austrie, Dux Burgundie, Brabancie &c. Comes Halspurgi, Flandrie, Tirolis &c. Ser.mo Principi dn̄o Sigismundo regi Polonie, Magno Duci Litwanie &c. fratri et consanguineo nr̄o char.mo Salutem et amoris fraterni perpetuum incrementum. SER.me princeps frater & consanguinee noster charissime. Tametsi nr̄m erga rempub.cam chr̄ianam et ap̄licam sedem, animū adeo euidentissimis argumentis comprobauerimus, vt neminem tam à racione alienum fore nobis polliceri valeamus, qui ex hiis que nuper Rome acta sunt, quidq; nobis adscribere presumat, ideoq; ad Ser.tem Vr̄am, que mentem nostram experta est, quamquam omnia eciam si suspecta essent, in meliorem partem interpretaturam, non ignoramus de re hac in presencia scribere superuacaneum esse uideatur: Noluimus tamen pretermittere, quin lr̄is nr̄is rei geste causam, nr̄mq; desuper animum Ser.ti Vr̄e aperire, quo recius eius prudenti consilio atq; ancte nos et rempub. chr̄ianam, mutuis sedicionibus labefactari, illicq; Turcarum seuiciam imminere, Christi hostes insultare, cum maxima christianorum omnium ignominia, videremus, arbitramur, deum Opt. Max. in ptate nr̄a Regem Gallorum tradidisse, quo facilius reipub.ce calamitatibus obuiam ire possemus. Vix tamen Rege ipso pristine libertati restituto, paceq; inter nos firmata, ab hiis malis rempub.cam liberaueramus, cum Clemens Pontifex Maximus à quo

ipsa inuare vakat cum superioribus annis Reipublicarum

tantum abest, ut nullum malum speraremus, ut nihil a Christi vicario alienum nobis polliceremur, perniciosissimis suorum consiliis seductus, exortus est, qui tot officiorum ipsi et aplice sedi, a nobis prestitorum, qui sue dignitatis, qui reip. salutis, qui regni Hungarie discriminis, qui quantum malorum ciuilia bella secum adfferat, oblitus denuo nobis bellum indiceret, pacatam remp. turbaret, ac veluti classicum canens vniuersos christianos principes, potentatusq3, ad arma vocaret, ita ut qui nuper ciuilia arma posueramus, omnibus ne quidq3 tentatis, quibus pacem ab eo si non impetrare saltem extorquere licuisset, sponte eciam nra, oblatis hiis que ipse armis impetrare conabatur, denuo pro nra ac subditorum nrorum deffensione arma plusq3 ciuilia capere coacti sumus, protestantes tum lris, tum Nunctiis, ut si quid detrimenti incommodi ve huius belli gracia aplice sedi eueniret, id non nre sed eorum culpe ascriberetur, qui nos ad bellum prouocarunt, qui equissimas ac plusq3 debitas oblaciones nras audire noluerunt, atq3 hmoi protestacionem nram, non modo Romano Pontifici, verum eciam sacro Cardinalium ordini exhiberi fecimus, ne cuius iuste querele, locus relictus censeretur. Illi vero hiis omnibus spretis, non solum Pontificis, sed Carlium eciam nomine, arma in nos Regnumq3 nostrum Neapolitanum continuant. Nosq3 tametsi licite potuissemus, ne ex regnis dominiisq3 nostris, pecunie in tam impios usus conuertende Commissariis Pontificis traderentur, ne tamen quidq3 aduersus sedem aplicam, tentare videremur, per nos semper illis liberum fuit, suam ut solent pecuniam exigere, multis hanc nram lenitatem non probantibus. Quum autem videremus vniuersam Romanam Ecclesiam in nos, eius protectorem, qsi seipsam precipitantem ruere, tum ex Hispania, tum eciam ex Germania, nouas ad Italiam copias misimus, quas dum videt Pontifex, futurum exitium precauens, rursus inducias firmare curat, quas nos tametsi adeo essent iniquis condicionibus, ac ab omni honestate et racione alienissimis firmate, ut vix eciam coniuratissimo hosti, victo et prostrato prescribi, a quouis principe debuissent, pro ea tamen obseruancia, qua Romanum Pontificem, et aplicam sedem veneramur, proq3 ardenti affectu, quo publicam tranquillitatem exoptamus, maluimus iniquissimas inducias amplecti, qz equissimam vindictam prosequi, ipsasq3 qz primum ratificauimus et approbauimus.

Milites autem nri, anteq3 hmoi ratificacio nra ad eos perlata esset, Induciis fidere nolentes, recta ad urbem tendunt, in qua cum impetum fecerunt, quem

Ser^tas Vrã audiuit minori tamen excidio, q̃ ab hostibus nr̃is vbiq̃ disseminatum est, Nos certe tametsi id potius iusto dei iudicio, q̃ nec iussu, nec consilio, nec volun-
tate nr̃a, nec humanis quidem viribus factum fuisse videamus, sed Chr̃m ipsum
In quo vno totam spem nr̃am collocaueramus, et qui partes nr̃as, cum iusticia et
veritate coniunctissimas susceperat, ab eorum nos iniuriis, vindicare, iustamq̃
de hostibus nr̃is vindictam sumere voluisse. Nihilominus tamen adeo sumus
grauissimo dolore affecti, vt longe charius nobis fuisset, non vincere q̃ victoria
victoria hac tanta iactura frui. Quoniam autem deo omnipotenti sic visum est
Ecclie sue, ministros corrigere, firmissimaq̃ hac spe huiõi animi nr̃i dolorem leni-
uimus, q̃ certo nobis pollicamur. Deum Opt. Max. ex calamitate hac, summum
aliquod beneficium vniuerso chr̃iano p̃plo conferre voluisse, vt seuissimo hoc fla-
gello expergefacti, qui suum tantum negocium curabant, dei et reip.^ce causam
agant, purgatisq̃ erroribus, atq̃ mutuis controuersiis antiquatis, ciuilibus ar-
mis depositis, communibus auspiciis, in sempiternos relligionis nr̃e hostes victricia
signa moueamus. Quod nos q̃ facilius futurum speramus. Si Sex^tas vrã
ceteriq̃ chr̃iani principes (vti certo nobis pollicemur) publicam causam nobi-
scum amplecti voluerint. Nam quod ad nos quidem attinet, nihil pretermissuri
sumus quod ad dei gloriam, aplice sedis honorem ac dignitatem, et reip.^ce salu-
tem et tranquillitatem conducere posse videatur, imo pro hiis prestandis, Impe-
rium, Regna, dominia, sanguinem et vitam ipsam nr̃am, nunq̃ non sumus expo-
situri. Sex^tam igr̃ Vrãm rogamus, vt in re hac nobis, imo reip.^ce adherere
velit, ita ut quod nr̃i est officii, q̃ accuratissime, prestantes ab omnipotenti deo
certissimum premium, atq̃ in hoc seculo imortale nomen assequi valeamus.
Et Sex^tam Vrãm q̃ felic^me valere atq̃ regnare optamus.
Datum in Oppido nr̃o Vallisoleti die vltimo Mensis Julii. Anno dñi
M° D° XXVij° Regnorum nostrorum Ro. noue
et aliorum xij°

Vester bonus frater

Carolus

Alph. Saldesius

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

Sanctissime etc. Accepi mense Aprili litteras Sanctitatis Vestre, datas xvi Januarii, quibus meis illis respondet, quas scripsi V. Sti gratulando illi de superatis iam tandem illis difficultatibus et periculis, que fato quodam inopinato urbem Romam, et sedem V. Stis invaserant. Ex quibus quidem litteris V. Stis summam cepi voluptatem, quod ex illis, simul ac ex litteris Rmi domini Cardinalis Prenestini, protectoris Regni mei, plane perspexi, qua benignitate, et propensione paterna, me Stas Vestra complecti dignatur, exhibendo se, uti pater benignissimus, precibus meis tam facilem et exorabilem, quod vicissim erga Vestram Stem pro mea veteri consuetudine, et erga istam sanctam Sedem solita devocione omni studio, et observancia mea demereri curabo. Verum littere ipsius Rmi Dmi Cardinalis, quibus addidit Stem Vestram adversa valetudine laborare, me rursus non mediocriter perturbaverunt, nam ut omittam quantum ego Sti Vestre pro singulari eius in me benignitate obstringor, et quam mihi salus eius chara esse debeat, intelligo eciam, quod nemo certe non intelligit, quanta in his malis nris, quibus affligimur iactura tranquillitati publice, et pernicies rebus christianis adderetur, si quid adversi valetudini Vre Stis quod omnem deus avertat, accideret, unde non possum non esse de salute ipsius animo sollicitissimo, precorque ut dominus Deus Stem Vestram pristine bone valetudini, ut iam factum spero, restituat, ac pro salute rei christiane, et meo singulari solacio, diutissime servet incolumem. Cui me iterum regnumque et dominia, ac omnes res et negocia mea, toto quo possum studio ac reverencia commendo, et supplico, ut precum mearum quas ex Rmo domino Cardinale Sanctorum quatuor Coronatorum accipiet, benignam racionem habere dignetur, ut eius Regis, qui pro salute rei christiane, ac sacre sedis apostolice honore et incremento, nunquam a bellis et impendiis requiesco. Datum Vilne die Maij. Anno domini.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R.me V. Accepimus his diebus binas lras V. D. R.me quibus nobis partim violenciam S.mo D.no nostro illatam et sacrilegium comissum, partim eciam varia negocia nra et subditorum nostrorum, que illi commendaueramus, abunde descripsit ac quod ad violenciam et sacrilegium istud attinet, dici non potest, quantum nos hoc pessimum facinus, pessimumque in his depravatis temporibus exemplum conturbauerit, et vt omnino credimus, non esse cum Cesaree M.tis sciencia patratum, ita eius M.ti diligenter scribere et persuadere curabimus, ut tantum nephas inultum non sinat. Describimus ipsi S.mo D.o Nostro victoriam, que nobis his diebus maximo Dei beneficio contigit. Cum enim Tartari estate et autumno preterit nos acriter infestarent, et semper a militibus nris strenue repellerentur, hieme preter solitum, ex improuiso Lituaniam irruperunt, coactaque imensa hominum et pecorum multitudine discesserunt, quos Capitaneus noster, cum plerisque aliis proceribus multis diebus, per solitudines insequutus, cum iam illi securi essent, eos pariter ex improuiso aggressus est, et vltra viginti millia ipsorum prostrauit, Insignioresque circiter septingentos cepit. Predam omnem ipsorum recuperauit. Speramus hanc nram insignem victoriam, in his rei Chriane turbis et indignissimis chrianorum Principum sediciombus futuram eidem S.mo D.no Nostro voluptati et consolacioni. Cuius S.tem cum ex lris V. R.me D.nis intelligimus esse erga nos singulari benignitate propensam, pretermittere noluimus, quin hunc successum nrm eius S.ti e uestigio significaremus. Habuimus origiualem supplicaciom super extensione bulle ordinariorum confectam et signatam, que non vsque quaque placet, et satis facit D.nis Episcopis Regni nri. Rogamus V. R. D. vt hanc aliam supplicacionem in ea re, manu nra subscriptam, quam mittimus, signari procuret, et vt tandem preces nre tociens in hac re facte exandiantur. Pudet enim nos tociens scribere, pro negocio iusto, Quod negari nobis iuste non deberet, cum sedes aplica nihil det de suo. Nam soli reges et duces polonie fundarunt et dotarunt oia Sacerdotia

in regno nro, qnq iure ipsi, et nemo alius conferre deberent. Et proinde rogamus plurimum V.m R.mam D.nem vt hec supplicacio, quam mittimus, ita ut scripta est, signetur, et lre necessarie secdm eam expediantur.

Scripseramus eciam aliquociens cum S.mo D.no Xro, tum eciam Vre D.ni R. rogando, vt pensio, qua istic Epatus Plocen intricatus est, cassaretur, de qua re nobiscum assidue regnicole nri expostulant, q iura nra, et regni constituciones ita violari permittamus. Sit constitucio Romane Curie, vt illic decedencium sacerdocia in disposicionem sedis aplice veniant, tamen ores immunes esse deberent, qui vbiqz eciam apud Infideles sunt immunes, quod si futurum scivissemus, nunqz defunctum D.m Epum Plocen istuc misissemus, immo durante hac difficultate, nunqz permittent nri, vt deinceps aliquem Epum illuc proficisci permittamus. Quare cum hec res sit in detrimentum Iurispronatus nri, et constitucionum regni nri, contra etiam ius et immunitatem legatorum, et Epatus regni nri satis superonerati sunt oneribus tam reipub.ce qz eciam deffensionis adversus infideles. Rogamus plurimum V. R.mam D. intercedere dignetur apud S.mum D.num Nostrum, vt eandem pensionem cassare, et irritare dignaretur, conmoneatqz R.mum D.m Cardinalem S. Sixti, vt D.m Epum Plocen. hominem alioqui valitudinarium non molestet. Nam nos cogemur modis omnibus iura regni nostri deffendere. Speramus q S.mus D.nus noster non permittet, vt inde tragedia aliqua in hoc regno, hactenus sedis aplice observatissimo oriatur.

Gratum est nobis plurimum q Vra D.o R.ma impetraverit pro se sacerdocia Tome Woznieczki, nuper Rome deffuncti, et ea nonnullis subditis nris distribuerit, ea lege in quantum id nobis cordi fuerit. Rogamusqz R.mam D.nem Vram, vt de beneficiis, que posthac Rome vacabunt, ita disponere velit, q absqz sciencia et consensu nro nemini conferantur. Cum aut interea beneficia, que habuit dictus Wosznieczki, sunt nonnulla de iure patronatus Nobilium regni nostri vt proposita in Ciemielno, et eccl.ia parrochialis in Grodzina. Rogamus R. D. Vram efficiat, vt de illis patroni libere disponere possint, prout iam illa contulerunt, et putati eorum a nemine molestentur. Nam ipsa Nobilitas regni nri nihil minus ferre potest, quam Iura sibi violari, nec certe nobis licitum ~~licitum~~ videtur, ut iuri patronatus illorum derogari deberet.

Rogamus eciam R.mam D.nem V. vt negocium Cantus Crac. qui

vacauit per mortem felicis Liesieczki, cure habere velit, et operam suam facere, vt Benedictus Isdbienski, cui de illo D^s Ep^us Crac. prouidit, in possessione illius pacifica relinquatur. Nam quod Michael Raczanow iactat se ius ad eundem Can^tum habere. Scripsimus alias R^me D. V. q ipse Michael non est capax dignitatum et Canonicatuum in Ecc^liis maioribus secundum leges et statuta regni n^ri, cum sit homo de plebe, et prauis moribus imbutus, et qui non aliud istic agit, nisi vt foueat Iurgia et lites inter homines et sacerdocia omnia impetret. Proinde frustra nititur assequi eundem Can^tum et si illius possessorem impecierit, nos efficiemus q ipse exuetur omnibus sacerdociis que habet in regno nostro, et perpetuo proscribetur, ita exigentibus statutis regni n^ri. Cumq; id ipse Michael non est abilis ad prelaturas et Can^tus ecc^liarum Catedralium, Ius suum si quod habet, in quemuis alium transferri non paciemur, vt non esset occasio aliis in posterum se in talia beneficia, ad que inabiles sunt ingerendi, et illa in difficultates conyciendi. Status regni Hungarie afflicti, quo pacto se habeat, iam credimus istic satis esse cognitum. electi sunt duo Reges, alter alium exturbare nititur, alius extrema queq; subire, q alteri cedere mauult. Interim hostis communis imminet. Nos videntes present^mam huic instare ruinam. Curamus eam controuersiam modis omnibus dirimere. quem n^rm conatum vt S^mus D^s N. adiuuare dignaretur V. D. R. admitti velit. Nam omnino maximum huic immi. net discrimen. Felic^me valeat V. R^ma D^o et nos negociaq; n^ra habeat commendata. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

Sanct^me in Christo pater, et Domine Domine clementiss^me Post humilem mei Regniq₃ et dominiorum meorum commendacionem, et oscula pedum beatorum, Cum hoc toto tempore partim dolore ex interitu Ser^mi. nepotis mei Vngariæ, et Bohemiæ Regis distinerer, partim continuis incursionibus Tartarorum infestarer, non vacauit, neq₃ erat admodum aliquid, quod Vr̃e S^ti pro mea in illā obseruan^a scripsissem. Nunc vero benignitate dei materiā illa non indignam nactus, nolui committere, quin e vestigio illi successum meum declararem. Cum enim anno superiore Imperator Turcarum Tartaros instruxisset, vt me continuo, et dominia mea vrgerent, ne Vngaris laborantibus opem ferre possem, et milites mei illos æstate, et autumno acriter reprimerent, hijeme præter solitum, et omnem opinionem, magnis copiis, et cum filiis Imperatoris sui, oram Lituanie populosiorem per congelatas paludes irrumpunt, perq₃ pagos et oppida dispersi, ingentē hominum, et pecorum multitudinem capiunt, omniq₃ celeritate, qua possunt, abducunt, quem inopinatum casum accipiens Capitaneus noster Illustris Dux Constantinus, mox proceres et milites, quos potest, per nunctios et lr̃as conuocat, hostes paucos, et temporis incommoditate fractos, arte magis q₃ re vera persuadet, vt ad persequendum illos magis excitaret, et q̃ntum per celeritatem pōt, circiter septem milia equitum cogit, coq₃ duntaxat comitatu, hostes multis diebus per solitudines, et loca inuia maxima incommoditate persequitur. Iamq₃ prope staciones domesticas inuestigat, incautos et securos celerrimo insultu xxvij^o die Januarii adoritur, et non ipsos solum, sed et eos quorum ad octo milia Equitum obuiam illis ex stacionibus domesticis prodierant, in fugam vertit, pugnancium, et fugiencium latissime vltra viginti milia sternit. Septingentos primarios capit, hominum duntaxat quos rapuerant, supra quadraginta milia sexus vtriusq₃, non secus q₃ ex

inferno redimit, qui inuicem reuicti, hostes qui deiiciebantur, quiq; ad equos peruenire non potuerunt, confodiunt, ingensq; et incredibilis victoria solo optimi Dei beneficio comparatur. Inuenta sunt et arma filiorum Imperatoris, vnde argumentu est, illos quoq; cæsos, et trucidatos esse. Hec ut tumultuarie nobis per ipsum Capitaneum, et alios Duces ac proceres ex castris perscripta sunt, ita euestigio vrē S[ti] uti Domino et patri meo pientissimo significare volui, nihil dubitans, quin iter modernas rei Chrianæ turbas, et indignissimas Principum Chrianorum discordias, et sediciones, habitura sit vrā S.[tas] curarum, et aduersitatum suarum solacium, et voluptatem non vulgarem. Nuper enim quod summopere doleo, partim rumore, partim eciam ex lris R[mi] D[ni] Cardinalis Sanctorum quatuor accepi, dum Vgonem de Muncada, Nunctium Cæsaræ M[tis] et dominos Columnenses, magna militum, manu clam coacta, vrbem irrupisse, Basilicam S. Petri, et sacrum Palacium inuasisse, ut S[tem] Vram (quod dictu horrendum est) vel necassent, vel captam abduxissent, nec solum Palacium, et plerasq; alias domos, sed ipsum eciam sacrarium S. Petri ausu Sacrilego diripuisse, quod impium et minime Chrianam facinus, vt certo mihi persuadeo, absq; sciencia, et voluntate Cæsareæ M[tis] optimi et religiosissimi Principis patratum esse, ita confido illud eius M[tem] digna animaduersione puniturum et vlturum esse, id quod ego quoq; eius M[tem] cohortari curabo, ne diucius paciatur tantas insolencias committi in re Chriana, quæ eo usq; iam progressæ sunt, ut ipsis eciam etnicis et infidelibus, Nos et religio nrā simus contempti, et ludibrio statusq; Ecclia[cus] et respublica chriana indies in præceps vergat. Commendo me iterum regnumq; et dominia mea v. S[ti] quam D.[s] Deus pro salute ecclīæ suæ, seruet perpetuo sospitem et felicem. Datum Cracouiæ die xviij[a] Februarii. Anno domini M[o] D[o] XXVij[o] Regni mei xxj

Einsdem v. S. obsequentissimus filius

Sigismundus Rex Poloniæ
manu propria subscripsi.

Oratio R. in Chro patris D. Francisci Speruli Epi. S. Leonis habita in Pontificiis Sacris Clementis Septimi. ob victoriam de Tartaris partam auspiciis Sigismundi Polonie regis.

Cum dim. B. P. nichil delatum sit ad aures nostras, praeter miserabilis Italiae exterarumque nrae pietatis gencium, aliam super aliam clades, et quocunque sese oculi nri conuerterint, omnia viderint labencia, atque ad extremam calamitatem redacta, dignum simul et iucundum fore existimaui, ex hoc ornatissimo ad dicendum loco hodie audiri, quod Serenissimus Poloniae Rex Sigismundus datis Cracouiae ad te litris scribit, diuturnum contra Tartaros bellum, à maioribus pientissime susceptum, ab eo prudentissime et fortissime semper administratum, nunc demum a paucis per insperatam occasionem, et quasi diuinitus ingenti victoria illustratum, ac pene confectum fuisse. Ideoque tu rerum bene gestarum Sanctissimus existimator indictis rite sacris, Deo gratulari hodie voluisti. Sed eam profecto rem, aliorum (ut par erat et fieri facillime poterat) oratione auctam atque ornatam audire me potius decuisset, quàm obediencia mea committi, ut quisque ingenii mei in dicendo culpa depressam atque imminutam aliquando iudicaret. Verum ipsa res gesta per se se, tam preclara est atque insignis, ut sperem in ea magis humilitatem atque obscuritatem oracionis mee alleuari et illustrari posse, quam ei quicque dicendo, à me fuisse detractum, recte ab aliquo iudicari. Atque ut inde excellentis, memorabilisque facinoris enarracio deducatur, vnde vetus et perpetua tam diuturni belli seges exoritur, Europeae Scythiae, quam Sarmatiam vocant partem eam, quae inter Borysthenem, Meotidem et Tanaim, latis incultissimisque campis ad Euxinum pro-

tenditur, incolunt Tartari ob ingentem frigoris vim, quam paciendo vivunt, sic ap:
pellati: Gens victu, cultuque fera, et ore ipso prope monstrosa, vini, frugum, tectorum
rerumque omnium, preterque pecorum egens commoditate, Religionis instituto, et lingua
præter suam plurimum utitur Maometana, et cum finitimis Turcis magna habet
comercia, ac mutuo sanguinis vinculo sæpissime coniunguntur, manus illis ad pugnã=
dum prompta, ac sane ferina temeritas, ut qui olim Batauo duce finibus egressi,
ad balteum mare peruaserint, indeque per Roxolanos, Gazeasque ac demum Po:
lonos populabundi, in Pannonas penetrantes, omnem eam regionem triennio vasta:
uere. Polonia autem ipsa à lata campestrique planicie, quam Pole incole vo:
cant dicta, utranque Vistulæ ripam latissime obtinet, et quam longe fere Borystenes
fluit, ac demum non procul a Taurica chersoneso Euxinum irrumpit Tartaris pro:
xima est, prius tamen, Lituanis, Livoniis, Gitonibusque coniungitur, qua vero Germa:
niam spectat, Slesiæ, Moraviæque. Ea duplex est, minor in qua Cracovia, regio ho:
spicio nobilis, et studio litterarum, Maior vero ubi Posnania, Gnesnaque ad Se:
ptemtrionem magis porrecta. Loca habet fluminibus, paludibusque plurimum interce:
pta, et ea quidem ita per hiiemem solita gelu cogi, atque obstringi, ut grauibus plaustris,
equitibusque tuto transmitti queant, lato quidem plurium provinciarũ nunc at latissio
olim imperio formidabilis, ut que a Borystene ipso ad albim Germanie dicio:
nem protenderẽt. Quanto autem Poloni pietatis, morumque cultu, quã celebri
bonarum litterarum, quam pio milicie studio teneantur, quod hic fere omnibus
notum reor, breuitatis curã, silencio pretermittam. Cum vero mortaliũ ini:
quitate frequentissime fiat, ut finitimi, inter quos precipue humana vigere
societas iure ipso debeat, dissidere maxime natiua quadam inuidia videant:
quantam Polonis esse discordiam cum Tartaris censeamus, qui non de fini:
bus modo, sed de vitæ institutis, de religione, de imperio bellum continenter
gerere, et dimicare cogantur! quod ipsum interfluens Borystenes cruento persæpe
aquarum cursu testatur, dum à sua quisque fluminis ripa inuadencium hostiũ
impetus, infestis armis retundit. Anno igitur superiore cum Turcarum
Tyrannus perumpẽe in Pannoniam decreuisset, ut inde Italiẽ demum claustra
perfringeret, et Romano tantopere expetito Imperio potiret, ne Poloni belli stu:
diis extimescendi interumpere hoc propositum, & Pannoniæ Regi eorum
Regis necessario, ferre suppecias possent, ad res contra eos nouandas, Tartaros

cohortatus, bellico apparatu instruxit, eisque negocium indicit, ut eodem tempore, quo ipse Pannonas aggrederetur, omni robore atque impetu in Polonos moverent, cunctisque belli incommodis distinerent, quod quidem et diligenter fecerunt. Eorum vero impetus per aestatem et autumnum Poloni non sustinuerunt modo, sed ita fortiter represserunt et fregerunt, ut pluribus illi acceptis quam illatis incommodis, prima statim hyeme in staciones concesserint, et iam Poloni quoque citra omnem belli suspicionem (ut propter frigoris asperitatem, utrinque mos erat) in hibernis agebant, cum subito Tartarorum Imperatoris (Sic enim Tyrannum appellant) filii, magno clam coacto exercitu per obstrictas gelu paludes, Lituaniae oram, parum tum custoditam, quia custodita satis tuto semper pruinis hiemis praesidio videbatur, invadunt, et subito quodam, quasi armorum diluvio obruunt, vicos tumultuose irrumpunt, populantur, exurunt, magnaque inde omnis aetatis ac sexus mortalium multitudine, pecorum maiore abacta, eadem celeritate, qua venerat, revertuntur. Hac re per Nuncios, ut in tanta fieri trepidacione potuit, delata ad Constantinum Poloni exercitus Ducem, pietate, rei militaris sciencia, virtute et fortuna insignem, nec semel ex hoc loco ob rem saepe gestam feliciter laudatum, vir ille aetate iam gravis, sed animorum adhuc plenus, et subitos belli casus, ac varietates tot annos expertus, ex hybernis hinc inde, qua festinacione potuit, ad delectorum Equitum septem milia revocat, magnam praedam paucorum hostium dolo abactam docet, factuque facillimum fore, ut si cum eo simul diligencia, et celeritate uti velint, ne praeda ipsa modo exouancium, et nullo ordine procedencium manu extorqueatur, verum insignis aliqua illis clades inferri possit. Sicque dissimulata hostium multitudine et negocio gravissimo, pro facili persuaso, nulla interposita mora per loca avia, aequa et iniqua, omniaque nive glacieque obducta hostes aliquot dierum aerumnoso itinere persecutus, propinquos demum domesticis stacionibus, et iam iam abeuntes in tutum, ideoque periculi omnis securiores, incautioresque XXVII° Januarii repentino incursu et clamore adortus, priusque sui ne dum armorum meminisse potuerint, late fundit, fugatque, et foede caedendo insequitur. Pari tum quoque fortuna ad octo milia equitum, qui e proximis sta-

cionibus effusi ob viam suis præda gravibus gratulabundi prodierant,
in subitam fugam actos passim ferro absumit. Tum vidisses captivos ipsos,
ut qui insperato auxilio revixissent, quasi ex timidis agnis animosos leones
factos, ad suam quemque iniuriam ulciscendam insurgere, ex labentium
hostium manu arma corripere, stratos trucidare, equos suffodere, et mu:
tatæ rerum condicionis haud quaquam ignaros, quam ab hoste timuerant
crudelitatem, in eundem strenue exercere, atque immisso predonum sangui:
ne cruentari, denique pugnancium simul ac fugiencium hostium supra
xx milia strata sunt, septingenti ex primoribus capti, Tyranni vero
filii, quantum ex repertis armis conycere potuerunt, et ipsi occidione
occisi, quodque miraculum auget, Christianorum ad quadraginta
milia ex hostium potestate, in libertatem asserta, pauci desiderati, unoque
momento, tanta rerum mutacio fuit, ut victores fugati cesique sint, capti:
vi non recepti modo, sed ipsi victores facti, summa vis prede recuperata,
et ad suorum cuiusque lachrimas gaudia deportata. Sed dum hæc narro,
et longe quidem impari dicendi facultate, prosequor rerum. Abrahæ
facinus illud vetustis scriptorum monumentis tantopere celebratum,
animo obversatur, videor videre Abraham ipsum fraterne cladis
nuncio haud quaquam animo consternatum, sed animosa charitate incensum,
ore oculisque piam vindictam spirare, iubere mox suos ad trecentos decē
et octo contra hostium milia armis accingi, pugne expediri, et iam
arripit iter, dux egregius paucorum, iam assequitur hostem, iam co:
minus conserit manum, mirum ut convivati bello, tot reges periculo
sese, turpi fuga eripiunt, reliqui dissipati cæduntur. Frater ex confer:
tissimo hostium cuneo extorquetur, familia recuperatur, ac præda
recipitur. Ille vero in summa leticia et gloria humilis, pacatusque do:
mum revertens, Deo acceptam non sibi, non suis, tantam victoriam re:
fert. Sic tu Ser.^me Sigismunde decus et presidium pietatis non Con:
stantino tuo duci invicto, non strenuis tuis equitibus, non fælicibus au:
spiciis tuis. Sed Deo Opt. Max.°, tantæ victorie gloriam defers, illi
totam ascribis, illius propriam, et peculiarem fateris, idque æmulus
Abrahæ facis recte ac pientissime quidem. Quis enim Aegyptios

illos, Chaldæos, Philistæos, cæterosq; populos orientis complures, quod te:stantur annales veteres profligauit? solus nimirum deus, qui deicit impios, et erigit iustos, qui respicit terram et facit eam tremere, qui tangit montes et fumigant. Sed tum vera demum laus et gloria redu:dat in hominem, cum ab homine in deum tota effunditur. Quapropter Illustris: Constantinus dux tuus, et equitum paucorum ille delectus suam laudem senciant, famæ preconiis celebrentur, et tam generosi, rari, piiq; facinoris gaudeant memoria sempiterna. Tu vero tametsi tanto certamini non adfuisti, tamen vicisti, quia adfuit virtus tua, pietas tua pugnauit, tua merita euicere. Huc huc tenetur fortitudinis tuæ, qua rebelles deo Cæsariq; Germanos q; longissime tuis finibus abegisti. Luteri incendia, quousq; tuis armis progredi licuit extin:xisti, scimus, scimus ausus illos nefarios tua potissimum pietate diligencia, constancia fuisse repressos, et cum tui vicerint, non tu vicisse vi:dearis? Vere tu victor, vere felix, qui non in angustum Italiæ regnu, non in hunc nostrum Europæ angulum, miquo proch, nefas et dolor, tam diu certatis, arma conuertis, non ex plusq; ciuili bello triumphos expectas, impiam impiam Scythiam vexas, Asiæ regna Reip. Chr. affectas, et in veros hostes sæuiendo, sæcula proficis pietate, et nos quotidie aliquo virtutis tuæ preclaro facinore, aris sacra instaurare, et sancta facis leticia exultare. Benedictus Abraham, inquit Mel:chisedech, benedictus dic eciam tu Pater Beat^me Sigismundus Deo excelso, qui creauit cælum et terram, et benedictus deus excelsus, quo protegente hostes fuerunt in manibus Abrahæ, et nunc sunt in tuis manibus feliciss^me Sigismunde, qui ut iustas belli causas pro pietate, pro Christo seruatore nostro prosequeris, sic tibi frequens victoria contingat in terra, et æternus triumphus non desit in cælo.

Deo gracias.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Plocensi

Venerabiles devoti nobis dilecti. Cum intelleximus Rdnm in Christo prem. Dm Andream Epum vrm Plocen ad presentacionem nostram a S.mo D.no nostro confirmatum, et illi de ista ectia vra Plocen legittimie provisum, subsequutum deinde gravissimum casum Urbis Rome et ipsius S.mi D.ni nri obsidionem. propter quam non potuerunt lre provisionis ipsius Dni Epi expediri, neqz spes est ullas citto expediri posse, et a Juris peritis edocti sumus Jurisdicionem Epalem, per pronunciacionem seu provisionem tribui, lras vero in testimonium duntaxat expediri, quarum defectum in omnibus humanis actionibus testimonia fide dignorum testium supplere solent, stante hoc legittimo et manifestissimo impedimento in ipsis lris expediendis: Commisimus Rdo in Chro patri D. Petro Episcopo Crac. et regni nri Vicecancello. ut accepto sufficienti testimonio, de provisione et confirmacione, facta per sedem aplicam dicto domino Epo vro, vobis ipsam confirmacom declararet, ut in hiis modernis turbulentis, et relligioni adversissimis temporibus, ectia ista vra heretecis vicina, diutius legittimo pastore suo non careret. Itaqz hortamur vos et Regia auctoritate mea, vobis mandamus, ut seposita omni ambiguitate, dictum Dm Andream Epum vrm, per sedem aplicam legittimie confirmatum cognoscatis, eiqz hanc omnem quam debetis reverenciam et obedienciam, in spualibus et temporalibus exhibeatis. Et cum solita lrarum testimonia expediri non potuerunt. vivis in presens hominum testimoniis contenti sitis, quod post hac ipm Summum Pontificem probaturum non dubitas Pro gracia nostra aliter non facturi. Datum

Clemens Papa septimus Sigismundo primo Polonie REGI

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Facit dilecti filii nostri Tome Cardinalis S. Syxti virtus, divina quoque literarum sciencia, singularis ac in primis Serenitatis tue propensa in iusticie, et equitatis debitum voluntas, spectataque iam diu et comprobata, in hanc sanctam apostolicam sedem observancia, ut cum nos cum ex eo, quod communis omnium patris officio sustinemus, et pro omnibus hominibus et apud omnes homines iusticie, patrocinium libenter suscipiamus, id in presentia apud Serenitatem tuam pro ipso Cardinali libentissime faciamus. Cum itaque prefatus Cardinalis pensionem annuam mille ducatorum super ecclesia Plocensi alias in curia vacanti sibi a fe. re. Adriano VI predecessore nostro assignatam, ne tuam voluntatem, cuius studiosissimus est minimum offenderet, in tuum arbitrium liberaliter reiecerit, certissimam fiduciam habens Serenitatem tuam, aut pensionem sibi persolvendam, curaturam, aut aliquam re: compensacionem retributuram, nec tamen ipse fructum aliquem hactenus consecutus fuerit. Nos te in domino hortari volumus, et enixe requirere, ut auctem tuam adhibere velis, et cum effectu agere, ut aut Venerabilis frater Episcopus Plocensis, eidem Cardinali pensionem prefatam libere persolvat, aut ipsius fortunas, ~~quecumque~~ que tenues sunt, et per exigue, aliqua alia in re adiuvare velit Serenitas tua. Quod et si nos cum ob ipsius Cardinalis virtutes et doctrinam, officiosaque preterita in te obsequia, tum iusticie et equitatis ea te facturum confidimus: Volumus autem nostram eciam apud te intercessionem interponere. ut ipse Cardinalis qui huius S. Sedis honorificum ~~auctorem~~ membrum existit, ad huius negocii alacritatem, aliquid eciam nostra contemplacione et intuitu a te fuisse additum intelligat.

Qua in re preterq̃ q̃ rem nobis gratissimam faciet et optatissimam Sanctitas tua, magnum consequetur apud homines gloriae, et in animo suo conscientiae fructum, q̃ sua virtute et opera, neq̃ optimus Car^lis suae pensionis fructu, neq̃ iusticia suo debito, neq̃ sedes apostolica sua auctoritate fuerit frustrata. Datum Rome apud S. Petrum, sub annulo piscatoris. Anno domini M° D° XXV°. Pontificatus nostri anno Secundo

Sigismundus primus Rex Poloniae
summo PONTIFICI
Clementi vij°

SAnctissime etc. Declaravit nobis Reverendissimus Dominus Cardinalis protector regni mei, quanta sit benignitas et favor erga me V. Sanctitatis pro quo immensas illi ago et habeo gracias, mereriq̃ hanc graciam apud Sanctitatem vestram in dies magis contendam. Verum non satis mirari possum, q̃ in meis equis ac piis postulatis, nequeo ipsam graciam usq̃ adeo experiri. Supplicaveram iam pridem V. Sanctitati pro ordinariis regni mei, ut liberas collaciones in mensibus suis haberent, neq̃ ullis modis reservacionum, impetracionum, coadiutoriarum, accessuum, regressuum, unionumq̃ impediri possent. Preterea q̃ in hiis depravatis, et religioni adversissimis temporibus maxime curare oportet, ut viri digni, et hominibus accepti, ad ecclesias recipiantur, et nemo melius novit, quam episcopi ipsi, quales persone sint illis, et ecclesiarum statui, magis conducibiles. Supplico itaq̃ Sanctitati vestre dignetur tandem huic iustissime peticioni mee annuere, et bullam ipsam ordinariis concessam, iuxta eam supplicacionem, quam V. Sanctitati manu mea subscriptam mitto extendi et reformare mandare. Supplicavi eciam V. Sanctitati ut pensionem super Episcopatu Plocensi constitutam, cum maxima iniuria mea ab

Adriano Pontifice, caßare dignaretur. Ego enim nihil tale suppli:
catus miseram dessunctum D.m Erasmum Epum istuc in vrbem
honoris causa sedis aplice, sperans me pro hac obseruan.a mea
debuisse aliquid, non vulgaris gracie ab ipsa sede aplica obtinere,
in quo adeo frustratus sum spe mea, vt eciam Epatus, iuris patronatus
mei, sit contra voluntatem meam et iura regni mei alteri collatus,
alteri pensio reseruata. Fieri quidem pot ut Jus sit Romane curie
decedencium istic sacerdocia in disposicionem sedis aplice venire.
Verum nullum ius est eciam apud infideles, quod legatos et Oratores
comprehendat, qui vbiqz inmunes sunt, et exempti, alioquin si id sciuis:
sem, nunqz illum ad hoc munus destinaßem, nam propterea et sum:
ptus sunt graues facti, et regnicole mei exacerbati, Supplico itaqz
S.ti V. iterum, vt cum hec pensio constituta sit contra ius meum,
qui patronus sum Ecctiarum mearum, et contra constituciones
publicas regni, contra eciam ius legatorum apud omnes gentes ex:
emptißimum. Dignetur tandem ipsam pensionem cassere, et R.mum
D.m Car.lem S. Sixti, ab impetendo D.no Epo Ploceñ continere,
nam et in hoc conuentu magnam habui difficultatem cum re:
gnicolis meis, de hac re mecum expostulantibus, qz iura regni sic
violari permitterem, et Epatus, quibus magnum onus incumbit, non
solum ecctia.rum sed eciam deffensionis aduersus infideles, ita di:
strahi, et diminui paterer. Supplico igr S.ti vre eciam atqz eciam,
ut iam causa ista precidatur tumultuandi subditis meis, ne res
diucius protracta, aliquod in statum ecctia.rum graue incendium
excitet, nam ea nunc sunt tempora, vt seculares quamlibet occasio:
nem libenter arripiant, aduersus ecctia.cos et sedem aplicam, clami:
tandi, et res nouas moliendi, non dubito V. S.tem vt sapientißimum
Pontificem hiis malis imminentibus consulturam eße, et meis iustissimis
postulatis subscripturam, Cui me eciam atqz eciam commēdo humil:
liter, et quam pro incollumitate rei Christiane cupio eße quam diu:
tißime sanam et foelicem. Datum Cracouie

Sigismundus primus Rex Polonie summo PONTIFICI

SAnctissime etc. Non dubito meminisse adhuc V. Sanctitatem ex multiplicibus meis querelis, quanta me antecessor eius olim Adrianus Pontifex, iniuria et contumelia affecerat, vt cum ego pro mea erga sedem apostolicam obseruancia, illiusque honoris causa, misissem istuc insignem Oratorem Reverendum olim Dominum Erasmum Episcopum Plocensem, ac ille fato istic functus fuisset, illius Sanctitas non expectata vlla mea significacione, nullaque racione habita iuris mei, quo episcopatus regni et dominiorum meorum ad collacionem meam pertinent, non adeo quod maiorum meorum fundacionis et iurispatronatus mei sint, quam quod senatorum munus coniunctum habeant, et primas senatus mei sedes obtinent, nullius item pensi habita sacrosancta vbique legatorum immunitate, qua Orator meus Rome in seruicio meo existens, non secus quam in aula mea mortuus censeri debuit. Non tantum contulerat Episcopatum ipsum, preter scienciam et voluntatem meam, sed eciam pernicioso iuribus meis exemplo, pensione illum inuoluerat, que res vt merito debuit, me, et Regnicolas meos magna molestia exagitauerat, quam eius Sanctitas demum senciens, et iniuriam meam agnoscens, prouiderat ipsum Episcopatum ei, quem tum preferebam, nulla prorsus pensionis mentione facta, que si quomodolibet facta fuisset, neque ille electus meus Episcopatum suscipere, hac condicione ausus fuisset, neque ego vllo modo admittere potuissem, adnexus iura regni, hactenus in hac parte nunquam violata. Idem factum esse in promocione moderni Domini Episcopi, ex procuratoribus illius cognoui, quibus hoc prouidere diligentissime fuit commissum. Hec cum ita facta sint, demiror quod Reverendissimus Dominus Cardinalis S. Sixti, non cessat hoc vulnus animi mei refricare, hancque mihi molestiam, et forte eciam

V. S^ti exhibere in exigendo eo, q neqz domino Episcopo prestare licet quocumqz nomine, vel modo id fieret, neqz ego vllo modo admittere possum, si et debito meo satisfacere, et rem ecctiacam saluam in regno meo esse velim. Nouit enim V. S^tas q et in Regno Swecie hec potissima fuit collapse religionis et status ecclia^ci causa.

Quare supplico V. S^ti vt pro sua prudencia et benignitate, qua me complectitur re secum, vti est expensa, conferre dignetur ipsum R^mum D^m Cardinalem ab huiusmodi postulatis, in quibus neqz Marchioni Brandeburgen Nepoti meo, cui Epatus ipse collatus erat gratifficari potueram. In aliis rebus, si quid commodare possum illius R^me D. facturus sum commendacione V. S^tis et illius causa libentissime. Comendo me rursus Regnumqz et dominia mea in graciam V. S^ti que ad omne illius obsequium offerro paratissima. Cupioqz vt V. S^tas pro incolumitate rei christiane et optatis meis valeat et presit foelicissime. Datum Crac.

Sigismundus primus Rex Polonie summo Pontifici Clementi septimo

SAncetissime etc. Supplicaui iam sepius S^ti V^re vt pensionem que dicitur in Epatu Plocen per Andrianum Sextum Antecessorem eius, contra iura regni mei constituta fuisse, V. S^tas cassare et extinguere dignaretur, nam non licuit mihi aliter in hoc consentire facere, nisi regnicolis meis polliceri, me ipsis iuribus non deffuturum, nihil dubitans quin hanc rem iustissimam sim apud V. S^tem impetraturus, nam vel hac vna causa, vsqz huc me continuerunt, ne aliquem insignem oratorem ad V^ram S^tem vti dudum optabam, misissem cum videant ex illo munere oratorio D^ni olim Erasmi Epi Plocen has difficultates obortas, et iura regni violata. Itaqz supplico

iterum S.ti V.re, ut huic tandem decentissime peticioni mee annuere, ipsamque pensionem extinguere et anullare dignaretur. nam omnino diutius a subditis meis tollerari non potest. Neque hunc Epatum aliquis tenere audebit, cum ipsa pensione, nam in tales gravissime pene sunt constitute, unde quantum hinc perturbacionis oriri possit in statu Ecclesiastico V.ra S.tas pro sua sapiencia facile considerare pot. Quare dignetur tandem V. S.tas non obaudire hanc postulacionem meam iustissimam, quod illi ac eius sancte sedi, cum universo regno et dominiis meis, omni observancia et devocione mea refferre ac demereri curabo. Cui me eciam atque eciam humiliter commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali PROTECTORI

R.me

Scripsimus iam sepius S.mo D.no X.o, supplicantes illi, ut pensionem que dicitur R.mo D.no Cardinali S. Sixti constituta esse in Epatu Ploccen., contra voluntatem nram, et iura regni nri, auferre et extinguere dignaretur. Nullus enim fit conventus regnicolarum nostrorum, in quo illi non tumultuentur, ob eam rem, et adversus nos non querantur, quod Epatus et sacerdocia regni nostri, satis alioqui superque onere deffensionis, contra infideles gravata, eciam huiusmodi pensionibus externorum magis gravari, et iura regni violari patiamur, cum ipsum regnum nrm sit tantis calamitatibus et discriminibus pro universa re christiana, seu scutum obiectum, ut meritum sit non modo non expilari, sed eciam modis omnibus, et a sede apostolica, et eciam ab aliis christianis principibus adiuvari. Gravant eciam admodum et indigne ferunt ipsi regnicole nostri, propterea involutum esse ipsum Episcopatum

Ploceri his difficultatibus istic in Romana Curia, qd illum olim D.m Erasmum Episcopum causa honoris, et obseruan.e nrae erga sedem aplicam istuc miseramus, cum pro eo officio sperarer potius nos et regnum nrm aliquid gracie, et opis consequi debuisse, nihilq; minus qz has difficultates metuebant, cum ius legatorum vbiq;, et apud infideles exemptum sit, et sacrosanctum. Itaq; hiis difficul-tatibus que ex ipsa legacione prouenerint commoti, non passi sunt hactenus, vt aliquem insignem Orem istuc ad sedem aplicam, prout sepe optauimus, mitteremus, neq; id illis negare potuimus pro debito et iureiurando nro, quin iura libertates et constituciones regni nostri, modis omnibus tueri debeamus, imo polliciti sumus illis, vt eorum animos compescceremus, ipsam pensionem esse iam prorsus extinctam. Et proinde rogamus impense V. R.mam D.nem vt si hactenus eadem pensio extincta non sit, efficere dignetur apud S.mum D.m Nrm, vt tandem extinguatur, et annulletur. nam cum huiusmodi pensione, neqq; obtineri potest ipse Episcopatus ab aliquo, aduersus rigidissimas constituciones regni, offeratq; lras in ea re V. R.ma D.o illius S.ti, et dicto R.mo D.o Cardi-nali S. Sixti, in quantum adhuc negocium istud non sit cum illo com-positum, et pensio extincta, Scripserat nobis alioquociens ipse R.mus D.s Car.lis se in ea re id totum facturum esse quodcunq; esset ar-bitrii et voluntatis nrae, et tamen intelleximus nuper eius P.tem difficilem, se in eo negocio exhibere. Et proinde scribendum iterum in ea re, et S.mo D.o N. et vre R.me D.m ac illius P.ti duximus, que si est huius animi, vt prius nobis scripsit, ac-comodandi se voluntati nrae, et nobis gratificandi, Volumus hac eius propensionem in nos ea qua decet humanitate refferre, libenterq; nos ipsi eius R.mam P.tem aliquo mox honesto et decenti munere condonabimus, modo ut huic tragediae tandem finis imponatur. Verum si illius P.tas difficilem se praestiterit, facere quidem poterit quod illi placebit. Verum nos aliter facere non po-terimus, qz tueri pro viribus omnibus iura nra, et constituciones

regni nri, eciam si quibus eorum, que hactenus maxime vitauimus,
esset subeundum. Speramus tamen quod Smus Ds Nr pro sua in
nos et relligionem pietate et sapiencia, non pacietur hoc volens dnicius
exasperari, quamuis non satis adhuc credere possumus eandem pen-
sionem ita esse re vera, vt dicitur, quandoquidem lre super illa
neque sunt hic ab aliquo vise, neque in lris et prouisione Dni olim
Raphaelis Episcopi ab Andriano Sexto Pontifice facta, vlla
eiusdem pensionis mencio habetur, id procul dubio prouidente
ipso Adriano Pontifice, quod ab illo tum postulaueramus, vt
ipsius pensionis nullum vestigium propter has difficultates extaret.
Vtcunque est D. V. Rma dignetur hunc nodum, si quis adhuc
sit exoluere, et negocium hoc pro desyderio nro expedire. Cu-
rabimus hanc operam V. Rme Dni omnimoda gratificacione
nra semper referre. Cui nos et ipsum negocium nrm, eciam atque
eciam plurimum commendamus. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali CAIETANO

Rme in Chro pater. Etc. Cum nobis inicio V. Rma Ptas
scripsisset, constitutam sibi pensionem in Epatu Plocen, desferendo
eam rem arbitrio, et voluntati nre, rescripseramus illi tum, si recte
meminimus, fauere quidem nos ei, vt hoc emolumenti ex regno nro
hre posset, propter doctrinam et virtutem suam, que nobis non vul-
gariter est commendata, sed rem esse mere aduersus iura et con-
stituciones regni nri, quas teneri et manutenere iureiurando sumus
obstricti. Putabamusque V. Rmam Ptem hanc iustam racionem
nram, in eam partem accepturam fuisse. Verum cum eadem

postulata sua denuo repetit. forte vel oblita rnsionis nre, vel quia lre nre non fuerunt illi reddite. Non habemus quod etiamnum illi respondeamus, nisi id quod per constituciones regni, neque D.no Epo Ploczen licet, pensionem ipsam vel soluere vel quocunque nomine redimere, neque nos admittere possumus, nisi vellemus et fide nostra, et rem ecclia cam huius regni in discrimen ponere. nam et ipse Nepos nre in eo Epatu repulsam. a nobis pati coactus est, quod res esset aduersus iura et constituciones regni. Quare rogamus plurimum Vram Rmam Dnem vt cum sciat ab amicis honesta peti debere, honestum aut esse nequit, quod est aduersus fidem et ius alterius. equi bonique faciat, quod hac in re illi gratificari non possumus. nosque et ipsum D.m Epum Ploczen excusatos habeat, Alio modo si quo Rme D.ni Vre commodare, et gratifficari poterimus nihil facere grauabimur. Felicissime valeat V. Rma P.tas et nos diligat. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali CAIETANO

Rme &c. Cum nobis ante triennium Vra Rma P.tas scripsisset, constitutam sibi pensionem in Episcopatu Ploczen deferendo eam rem arbitrio et voluntati nre, rescripseramus illi nos fauere quidem ei, vt hoc emolumentum ex regno nro habere posset, propter doctrinam et virtutem suam, que nobis est non vulgariter commendata, sed rem esse mere aduersus iura et constituciones regni nostri, quas tueri et manutenere sumus iureiurando obstricto, curaturos nos tamen esse, vt D.s Episcopus Ploczen aliquo munere Vram P.tem consolaretur. quod dum ille in humanis agens hortatu nro id

agendum Romae comisisset, intelleximus ex Nunctiis nris ista q illius, istinc redeuntibus, eandem Rmam Ptem vram contentari voluisse, nisi magna aliqua summa pecuniae pensio redimeretur, Que res exacerbauit minim vniuersos Regnicolas nros, indignum et iniurium esse ducentes, q Epos nostros, qui grauissima onera reipub.ce et defensionis aduersus infideles ferre solent, et ob id a sede aplica merito iuuari deberent, istiusmodi pensionibus dispendia et difficultates subire oporteret. Quaq hec gracia refferretur nobis a sede aplica, pro misso ad illam tam insigni Oratore, qui istic obiit, vt non solum iura regni nri. Sed eciam ius oratorum vbiq exemptum, et sacro sanctum infringere voluerit. quod si nos futurum sciuissemus, nunq ipsum Oratorem istuc mittendum in animum nostrum induxissemus. Qua propter egerunt ipsi regnicole, in hoc conuentu nobiscum instantissime, vt ea ipsa iura nostra tueremur, et hanc pensionem nullo modo admitteremus, quod nobis aliter facere non licet. Rogamusq V. Rmam Ptem ut eam rem equi boniq consulat, et ab hac pensione, cum nra et Regni nri iniuria constituta, supersedere, neq illam deinceps exigere velit, quam nos nullo modo admittere possumus, neq regnicole nri ferre possunt, In aliis rebus si quid V. R Pti gratifficari posse videbitur, id sumus semper libentissime facturi. Que feliciss.me valeat et nos diligat

Petrus Tomicius Eps Cracc Vicecancell.
Nicolao Gamrato Decano Plocen.

Venerabilis domine frater et amice chariss.me. Salutem. Intelleximus iam pridem, quam calamitatem vrbs Roma perpessa est, Et indoluimus vehementer sanctam sedem Aplicam

tantis periculis et indignitatibus oppressam et adfectam eße.
Illud tamen potißimum miramur, q quo in statu, Expedicio lrarum
pro dominis Ploczen. et Premislien Epis, tum eciam Suffraganei
nri fris dominici pendeat, per vos nobis non esse lris aut Nunctiis
plene et examußim significatum. Cum tamen istinc, ex hoc Nauf:
fragio, multos euasiße, et huc peruenisße constat. Vidimus hic lras
apud societatem Fuccarorum, quibus constat vos 200 numos
aureos, id negocium suffraganeatus nri transigendum. accepisse
quam summam ad hoc negocium perficiendum, satis fuiße existima:
mus, eo q certißime didicimus. Suffraganeatum Gnesnen paulo
ante 160 aureis duntaxat eße expeditum. Nos vsq in hanc
diem, cum summa molestia et diffitultate nra. Suffraganeo caremus
Et proinde vos rogamus plurimum, non pigeat vos opere vre. per:
ficite quocumq modo, ut Suffraganeum habeamus. Audimus
sanctum Dm nostrum, se fidei Cæsarea Mtis credidiße,
et commisiße, et sub eius protectione securissimum eße. Itaq si
quis aditus uobis ad suam Stem aut Remum Dm Cardinalem
Strum quatuor patebit: Agatis, vt saltem in forma breuis, lras
obtinere poßetis, quas nobis huc q primum mittetur mittite, quo Suffra:
ganeus noster officio suo fungi posset, et nos magna et graui mole:
stia et difficultate leuari valeamus, facietis in eo rem fide, et
officio vestro dignam, Et nobis non minus gratam, quam neces:
sariam/quam vobis singulari beneficencia nostra compensare, cura:
bimus/ neq eciam illud sine admiracione pretermittere possumus,
q cum nos longo ante hunc vrbis tumultum, pro Suffraganeatu
ad vos scripserimus, quid cause fuerit, q rem, vsq eo protraxi:
stis, dum tumultus hii obtigerunt. Quare et hiis, et de aliis omnibus
rebus, quo in statu sint, faciatis nos cerciores, et si erit oportu:
nitas obtinende nunc vnionis ecclie parrochialis in Varzin:
czicze, epatui Laodicen. et Suffraganeatui Crac. de qua vobis
iam pridem scripsimus. operam et diligenciam vram impendatis,
et si qua pecunia. ad rem perficiendam erit opus, speramus

q̃ societas fucarorum illam impendet, usq̃ ad summā quadraginta aut quinq̃ginta aureorum. Bene valete. Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniæ.

Significamus tenore p̃ntium. Quia licet nos superioribus annis cupientes reditus Ep̃atuum in terris Russiæ, qui per frequētes paganorum incursiones, minimum attenuati, et semper ultimis discriminibus expositi esse videntur, aliqua ex parte releuare, quo persone reipub. ac locis illis necessarie et utiles ad eosdem Ep̃atus assumi possint et valeant RR. tuam ~~Antiq~~, monasterii et domus Miechouien. Sepulchri domini Jerosolimitani ordinis S. Augustini, Crac. Dioc. iurispatronatus nri ecclie Premislien. et eius Ep̃atui ascribere incorporare, et unire in conuentu generali decreuissemus, ac super eam unionem lrās nrās sub appenso sigillo concessissemus. Sanctmus demũ D. Nr. fe. me Ro. ecclie Leo papa decimus, dictam RRtuam Miechouień ecclie Premislien. ascripsisset, incorporasset, et uniuisset concessis ad eam rem necessariis lris, ac decernens, licere, et posse Ep̃um Premislien. pro tempore existeń ipsius RRtuæ possessionem realem aucte propria vacacione eius occurente libere accipere et p illiusq̃ fructus et prouentus in suos et epatus ac RRtuæ predicte usus, et utilitatem conuertere, tamen quia succedente tempore, multis regni nostri primoribus Nobilibus et terrigenis visum fuit exemplum noxium, ad reliquas ecclias, hoc modo preter institutum fundatorum conuertendas, et cultum diuinum attenuandum, nos magnis et frequentissimis precibus per plures annos

et conuentus generales impetebat, quo vnionem ipsam ipsius PPture Miechowien ad ecclíam et epatum Premislien, factam quidem, sed hactenus nullu sortitum effecti rescinderemus, et PPturam ipsam iuxta suam fundacionem, et morem conseruare dignaremur. Quorum precibus Rcdns Ds Andreas Cricius Epus Premislien pro virili quidem, et bonis racionibus resiste-bat, verum cupien nos votis subditorum nostrorum satisfacere, polliciti prefato Dno Episcopo Premislien et ipsius Ecclie ea vnius iacturam aliunde resarcire, PPturam ac monasterium ipsu Miechowien, circa veterem morem, et ordinacionem conseruan-dam decreuimus, tenoreqz pntiu conseruamus et decernimus vt deinceps vacacione ipsius PPture occurrente nullum omnino impedimentum debebunt ipsi fres circa noui PPti electionem, per nos, domino Epo Crac. de more pntandi, a quopiam, pre-textu dictarum lrarum vnionis habere et sustinere. Quasquidem lras de consilio Consiliariorum Regni nri status vtriusqz cas-samus, et in irritum vertimus, nulliusqz roboris ac firmitudi-nis esse volumus et decernimus harum testimonio litterarum etc. Datum in Conuentione generali Piotrcouien fa Va proxima post festum S. Valentini Anno Domini Mo Do XXVo.

Responsum Archiepo Rigensi Varssouie datum

1526

Sacra Regia Mtas domine Rme. Gratissimum habet aduentum ad se V. D. Rme, et agit illi plurimas gracias, qd tantam animi propensionem et obseruanciam erga eius Mtem exhibet.

Quemadmodum autem M^tas sua fecit, non grauatim id quod potuit commodandi causa illi, et relligioni Catholice, cui nulla vnq̃ in parte M^tas sua deesse vellet, ita et in posterum qdqmd pro R^ma D^ne V^ra, et eius ecclijs, prestare poterit, id semper factura est M^tas sua q̃ libentissime.

Reliqua vero que V. R^ma D^o retullit, et M^ti sue communicauit, paulisper secum eius M^tas expendere, et citra moram V^re R^me D. respondere dignabitur.

Responsum datum Archiepo̅ Rigensi Warsouie vii^a Septembris Anno domini M^o D^o XXVI^o.

Sacra M^tas Regia. R^me domine. Agit iterum plurimas gracias V. D^ni R^me de hac propensione animi, quam erga M^tem suam exhibet, q̃ illa comunicare M^ti sue voluerit, que necessaria scitu M^ti sue existimauit.

Et quamuis M^tis sue nihil interest eius quod transmutatum est in Prussia aduersus ordinem et sedem ap^licam, nihil enim M^tas sua egit vnq̃ de ordine cum illo domino duce de Prussia neq̃ illi aliquam occasionem eius abijciendi prebuit. Proindeq̃ illum nec excusare, neq̃ in hoc tueri vellet, tamen si racione terrarum Prussie, pro quibus tot seculis bella gesta sunt, et que tam iure belli, q̃ eciam hereditario semper ad regnum M^tis sue pertinebant, impeteretur ipse dominus Dux in Prussia, et causa huius transactionis nouissime, non posset non deesse illi M^tas sua, sed illum omnibus viribus tueri cogeretur.

Et proinde rogat plurimum M.tas sua V. R.mam D.nem excusare dignetur eius M.tem cum apud S.mum D.num N.rum, tum eciam alibi, si quid tale incideret, nihil esse a M.te sua temere, videbitur vel perperam in hac re commissum, disuadeatque ne racione huius transactionis de terris Prussiae M.tis sue hereditariis, aliquid hostile committeretur, adversus D.m Ducem in Prussia. In quo eventu illum M.tas sua deffendere tenetur. Nam de aliis que ad M.tem suam nihil attinet, neque eorum autor fuit, nihil sua interesse putat M.tas sua, neque ad ea se intromittere volet.

Dignetur etiam V. R.ma D.o declarare S.o D.o N.o cum ruinam regni Vngarie a Turcis, tum huius eciam sui calamitatem a Tartaris. Et proinde vt eius S.tas eo celerius principes Christianos concordare, et his regnis tandem cum aliis Christianis principibus opem ferre dignaretur.

Declarabit item V. R.ma D.o eius Sancti[tati] inualescentem indies in his oris et regionibus pestem Lutheranam et studium M.tis sue de illa extinguenda. Quod nisi tantum esset haud dubie iam tote iste prouincie corrupte fuissent. vt eciam tandem illius S.tas aliquam racionem ineat, hanc insolenciam compescendi, ne diuina M.tas tantis blasfemiis offensa, que alibi nemine vindicante committuntur grauem aliquam vlcionem ex vniversis sumat, prout iam facere indies acrius incipit.

De induciis cum Moscho ineundis, gratum est M.ti sue consilium V.re R.me D.nis et ita oratoribus suis committere curabit.

De differenciis confinium Lituanie et Lyvonie, varie quidem querele deferuntur ad eius M.tem a subditis suis, vt illis multa damna, et iniurie inferuntur, vtque indies magis occupatur terra M.tis sue, et ipsorum subditorum eius. Et proinde cuperet M.tas

sua, quam celerius has differencias componi, tamen contemplacione V. Rme D. nihil transigere volet in his donec ipsa reuertatur.

Postremo rogat Mtas sua Vram Rmam D.nem vt eam regnumque et dominia, ac omnes res ipsius Mtis sue Smo Dno Xro comendare, et tam apud eius Stem quam eciam alibi vbique bonus fautor negociorum Mtis sue esse, et illi que oportuna senserit, significare et scribere velit, quod vicissim eius Mtas V. Rme D. omni suo fauore et gratificacione semper refferre curabit.

Credit Mtas sua V. Rmam Dnem iam abunde intellexisse, quanta mala perpetrata sint his temporibus in terris Prussiae Mti sue subiectis, hereses enim nephande illuc inuecte, omnia diuina et humana confuderant, blassemiae in deum et sanctos eius horrende comisse. Contumeliis in sedem apticam, et ordinem ecclesiasticum sine fine et modo iactate. Templa spoliata, reliquie sanctorum, et sacraria eiecta. Imagines dissecte, omnis ordo Ecclesiasticus et religiosus expulsus, Boni Ciues et Magistratus omnis exauctoratus. Quibus rebus nefariis permota Mtas sua, omnibus negociis, et quidem arduis in regno suo pretermissis, concessit in Ciuitatem suam Gdanen., vt primariam illarum terrarum ita et corrupciorem, vbi hucusque innouata, non sine maxima cura et labore suo, Inimicis debito modo capitibus, et antesignanis omnium facinorum, et reliquis proscriptis, omnia tam diuina quam humana in eisdem terris et ciuitatibus suis, singulari fauore dei omnipotentis in pristinum statum et ordinem restituit, neque deinceps quidque pretermittet, quod ad ipsam sanctam religionem et auctoritatem sedis aplice manutenendam, oportunum fore cognouerit.

Verum tempus est, vt tandem beatitudo Smi D. Nri aliquando racionem ineat, de hoc incendio extinguendo, et tanta insolescencia compescenda, ne frustra postbac remedia adhiberentur, et ne diuina Mtas tantis blassemiis offensa, que alibi nemine vindicante, committuntur

grauem aliquam vlcionem ex vniuersis sumat, prout iam facere in dies acrius incipit, et rogat Mtas sua V. Rmam D. velit de hac re S.tem suam nomine Mtis sue admonere.

Instructio ad Papam a Rege Sigismundo data Archiepiscopo Rigensi.

Vt in primis declaret sua Do Rma Smo Dno Xro. et Rmo Dno Cardinali S. quatuor, Epos huius Regni Poloniae, multum impediri, et perturbari in sua iurisdicione per commissiones aplicas, que vnicuique quantumuis improbo, et sceleribus notato conceduntur, eciam ad extraneos Iudices, et quando ipsi Epi. vel eorum officiales, corrigere volunt, propter excessus aliquos quempiam sacerdotem seu clericum facinorosum, illi confugientes, ad sedem aplicam euocant ipsos officiales, et interdum eciam Epos ipsos citacionibus personalibus, et magnum illis negocium facessunt, vt beatitudo ipsius Smi Dni Xri, tantis incomodis eorundem Eporum ac officialium benigne prouidere dignaretur, Sed et de Monachis, et fratribus apostatis et scandalosis, qui propter suas exempciones corrigi per Epos non possunt, vt aliqua fieret oportuna prouisio. Nam hinc omnis ruina status Ecclesiastici oriri, et manare solet.

Ceterum vt Bulla de alternatis ipsorum Eporum per diuum Leonem Pontificem Decimum maximum huic regno Poloniae concessa, lacius extendatur, ne videlicet ipsi Epi impediantur in suis alternis mensibus, per reseruaciones per accessus, per recessus per Coadiutorias, et per alia id genus noua inuenta, sed vt Epi ipsi possent in hiis saltem suis sex mensibus libere conferre

sacerdocia, vacancia viris dignis et idoneis, quos ipsi melius noverint, quod unum est in his depravatis temporibus apprime necessarium.

Preterea ut reservacio per S.tem D. N.rum facta D.no Epo Crac. sacerdociorum Cantoris Ecclie sue, que in casu vacacionis eorum conferre posset, his qui eidem Ecclie conducibiles viderentur, ita obfirmetur, ne deinceps irritari seu revocari, ut fieri solet, possit

Et quia turbatur illic Rome dispensator regnis do. Raphael Coteczki racione Can.tus Crac. ab adversario nimis inportuno, et nimis indignis modis, cum maxima displicencia Regia, ut hec eius causa, et sollicitatores comendentur cum S.mo D. N.ro tum R.mo D. Car.li protectori.

Insuper petendum ab ipso S.mo D.no N.ro ut non concedantur comissiones Monachis et Monialibus profugis, qui falsis et surrepticiis narracionibus suis absolui a monasteriis suis contendunt, nam satis alioquin mali parit facultas do. Jo. Lasko Archiepo Gnesnen. nuper concessa, huiusmodi apostatas hereticos, dum modo heresi renunctient, ab habitu et monasteriis suis absoluendi, eo enim liberius profugiunt, liberiusque absoluti nihilominus abnegatam heresim in angulis profitentur et docent. Quare videret eius S.tas an talia hoc tempore ex usu reipublice et religionis concedantur.

Postremo cum promovisset M.tas Regia D.m Andream Crizium ad Epatum Premislien. petivit a S.mo D.o N.ro ut illi sua sacerdocia, cum ipso Epatu, et quovis alio tenenda reservare, quod tantum cum Epatu ipso Premislien. est concessum. Petendum ab eius S.te ut saltem reservacio Prepositure S. Floriani Crac. Iurispronatus Regii, protendatur illi per breve, S.tis sue eciam ad aliud quevis Epatum, ad quem fuerit promotus, quibusdam eius racionibus id exigentibus.

Rogat cum M^tas Regia, tum R^mus D^s Crac. et Vicecancell^s [Petr. Tomicius] ut predicta omnia R^mus D^s Archiepus Rigen. comendata habere, et apud Sedem aplicam curare et expedire dignaretur, quam operā curabit illi, tam M^tas sua Regia, qz ipse R^mus D^s Crac. omni officio et gratifficacione semper referre.

Sigismundus primus rex Polonie
Pontifici Romano.

Sanctis^me Cum hac iter faceret ad Vram S^tem R^mus D^s Archiepus Rigen. rogavi eius P^tem, ut nomine meo et refferret Vre S^ti que hiis regionibus durissima ineumbunt. et quedam eciā ab illa verbis meis postularet. Itaqz supplico V. S^ti ut fidem illi adhibere et racionibus horum temporum sese accomodare, ac postulatis meis benigne annuere dignetur. Quod erga Vram S^tem omni mea observancia semper demereri curabo. Cui me regnumqz et dominia mea eciam atqz eciam humiliter commendo. et quam D^s Deus qz diutissime servet sospitem et foelicem. Dat.

Sigismundus primus rex Polonie
Cardinali Protectori.

R^me Proficiscitur istuc Romam R^mus D^s Archiepus Rigen. homo pendens et nobis amicus. ā quo postulavimus, ut et S^mo D^no Nro. et Vre R^me D. sacroqz isti collegio refferret ea que adnexissima, et discriminis plena geruntur, in hiis regionibus, quorum et

ipse pars magna fuit, vtque eius Ptas peteret a S^mo D^no N^ro verbis n^ris nonnulla, que non adeo nobis quam rei ecclie^ae conuenibilia videntur. Rogamus itaque D. V. R. adesse dignetur hiis ipsis omnibus, que eius Ptas et refferet S^mo D. N^ro et ab illa nomine n^ro postulabit, vt voti n^ri compotes efficiamur. Quod V. D. R^me omni gratifficacione nostra refferre curabimus. Quam bene ac felix valere optamus. Datum Warschouie

Capitulis Ecclesiarum Cathedralium maiorum Regni.

VEnerabiles deuoti nobis dilecte. Cum sepe ante hac a nobis et predecessoribus n^ris regibus Polonie fiebant publica decreta et constitu-ciones pro conseruando in debita dignitate et quiete statu ecclia^co: ac cohibenda nimia aliquorum ambicione, qui absque vlla condicionis sue racione, se passim ad prelaturas et Can^tus ecclia^rum Catedra-lium ingerebant, ipsasque constituciones regni n^ri per derogaciones apli-cas, magna indignitate et odio in se vniuerse nobilitatis infringebant. Volentes nos huic rei firmum et oportunum remedium adhiberi, et ma-iori vtrumque statum regni n^ri spualium videlicet et secularem beniuo-lencie et officii necessitudine coniungere, vt mutua eorum concordia et consensione resp^ca n^ra maius indies, pro laude omnipotentis dei, et deffensione, ac firmitate sua capiat incrementum. Impetrauimus apud S^mum N^rm D^m Leonem Pontificem maximum, et sanctam sedem aplicam claram et insignem constitucionem, vt quemadmodum in plerisque aliis regnis firmissime obseruatur, ita et in hoc n^ro, quod amplitudine virorum nulli cedit, nonnisi Nobiles ad prelaturas et Can^tus ecclia^rum Catedralium accipiantur. Siquidem ipse Ecclie non minus

ancte personarum, q̃ȝ opum amplitudine fulcɍi debent, vt in debito bonore et immunitate sua consent et habeantur. Cuius quidem consti: tucionis exemplum mittimus sub sigillo nr̃o v̾is D. ac hortamur illas, mandamusq̃ȝ districte, vt cum gracia imprimis ordinis et status Eccli[ci] quem olim per predecessores nr̃os, tantis priuilegiis et facultatibus dotatum, cuperemus maiori indies dignitate et firmitudine auctum iri, non vulgarem operam adhibuimus, pro consequenda hac constitucio: ne et priuilegio ap̃lico, nec magno sumptu nr̃o perpetremus, curent vna cum R[do] in Chr̃o patre D[o] Nicolao Ep̃o suo, cui eciam in ea re scripsimus, et prouideant, vt nullus deinceps nisi iuxta ordinaci: onem et constitucio ap̃lica in omnibus condicionibus et vigore suo perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, quibus nos p̃tate nostra Regia, semper aderimus, et ut in posterum successores nr̃i adsint diligenter prouidebimus, nec vllo modo tam clarum et vtile priuile: gium, aliqua ex parte infringi paciemur. Datum Vilne Calend. Iulii Anno domini M[o] D[o] XVI[o] Regni nr̃i anno X[o].

+ Ep̃ati Smi Pontificis ad Cer... istā recipi: atur: ipsaq̃ȝ ordinac[o]

Petrus Tomicius Ep̃s Crac. Vicecancell.
Jacobo Schutz Preposito Velunen̄ et Canc̃o Gnesnēn.

VEnerabilis domine frater in Chr̃o charis[me]. Reddite sunt nobis non ita pridem binę, aut forte ternę l̃rę Vr̃e, quibus et calamitatem ac excidium vrbis Romę, et vr̃am aduersam for: tunam, que vobis cum multis aliis claris viris est communis, deplora: stis, cognouimus iam alias, hoc tantū incendiū, in quod S[mū] D[m] Nr̃m in primis, deinde R[mos] D[nos] Cardinales, et Prelatos

Sancte Romane ecclie, ac tandem multos alios insignes viros, sive vis sidereum, sive dei voluntas conieicit, Et indolvimus ex animo huic tanto et pernicioso malo, fecimusqz operam nostram quantam maximam potuimus, apud Regiam M.tem domini nri, vt illa apud Cesaream M.tem ageret, summo studio pro liberacione, tam ipsius S.mi D.ni Nri, qz aliorum prelatorum, qui cum illius S.te erant indigne detenti. Id quod M.tas sua alacri ãnio non facere hactenus non destitit: Cum autem ex vltimis litteris vestris intelleximus eidem S.mu D.m Nrm, vel iam libertati pristine donatum, vel brevi liberandum esse, gracias domino Deo egimus, et omnes ex tam leto nouo mirifice sumus recreati, expectamusqz in dies leciora noua à vobis. Mi domine Jacobe scitis iam annum integrum exactum esse cum scripsimus vobis suffraganeum nrm Cracovien mortuum esse, nosqz in locum illius frem dominicum ordinis predicatorum surrogasse, supplicasseqz, vt ei de Epatu Laodicen, et Suffraganeatu nro, per sedem aplicam provideretur, eccliaqz par.lis in Wawrzinczicze illi perpetuo vniretur. Scitis qd et pecuniam necessariam ad expedicionem eiusipsius Suffraganeatus, tempori misimus, et vidimus, dudum lras vestras, et D.ni olim Nicolai Gamrati, quibus Fucaros de receptis ab eis ducentis viginti ducatis, pro expedicione ipsius Suffraganeatus nostri Crac. quitastis, hactenus tamen nullas litteras eiusdem expedicionis et provisionis à vobis habuimus, Quare rogamus vos plurimum, intendatis omnes neruos, et vires vras, vt qz primum easdem lras pro suffraganeo nro habeamus, sine quo certe grave est nobis obire munus Pontificium, in nra Diocesi que ~~ferti~~ satis ~~bilis~~ ampla est, et diu Suffraganeo carere non potest.

Ceterum mortuus est hoc mense Februario doctor Joannes Salomonis Scholasticus Gnesnen et Can.cus ecclie nre Crac. cuius Canonicatus, tametsi sedi aplice reseruatus sit, nos tamen consulere volen. digni.ti et quieti ecclie nre in hoc turbulento rerum omnium statu, Providemus de illo domino Doctori Miskowski, viro idoneo

et bene merito, scripsimusque et misimus lr̃as, regio et nr̃o nomine scriptas, ad S^mu D. N. et R^mu D^m Cardinalem Protectorẽ, rogantes vt eidem D^no Miskowski de eodem Can^tu graciose pro: uideretur. Qua in re vos quoque faciatis operam vr̃am, vt M^tis Regiae, et nr̃o desyderio fiat satis. Habuit idem Doctor Salomon et alia sacerdocia in nr̃a diocesi, sed cum illa sint de iure patro: natus laicorum, non cadunt sub reseruacionẽ. Scimus vos omnibus bonis, et pecuniis spoliatos esse. Scimus quod ere alieno viuitis, et pro: inde volumus non grauatim egestatem vr̃am pro virili nr̃a alleua: re. Rogamus autem vos negocia nr̃a predicta commendata ha: beatis, et curate vt celerius istic conficiantur. Ad negocium eciam D^ni Benedicti Isthienski intentum animum habeatis et prospiciatis ne quid falsarius ille manifestus Michael Raczanow, cum sue fa: rine hominibus in damnum eius obtinere possit, et scribatis nobis sepius. Et bene valeatis. Datum.

Petrus Tomicius Ep̃us Crac.
Iacobo Shutts Preposito Vic:
Iunen Canonico Gnesnensi

Venerabilis domine frater in Chr̃o charissime. Quantum animi dolorem ex direpcione vrbis Romae, et S^mi D^ni nr̃i R^morumque do. Cardinalium, et aliorum prelatorum et procerum eccl̃ie concepérimus, in quantaque anxietate, et turbacione per totum hoc tempus, quo nihil scire potuimus, quid ad finem vobiscum istic sit actũ, fueritis constituti, dici non pót, plane autem perspi: cimus omnia illa mala, que perpessi estis istic omnes, nutu et permissione Dei opt. Max. cui nemo resistere potest, facta esse. Quare iure et merito equo animo illa ferre et illius diuine bonitati gracias agere debetis, quod vos ex tanto naufragio et exer:

dio eripuerit, et servare adhuc voluerit. Nos utrumqꝫ dolemus ex
corde mortem Dni olim Nicolai Gamrati Decani Plocen, et alio:
rum nostrorum, si qui in illo primo impetu et tumultu militum Caesaria:
norum istic perierunt, quando tamen certo cognovimus, vos vivere
et superstitem esse, cepimus ex hoc singularem animi nri voluptatem,
solamenqꝫ nos, quod non in toto adhuc sublatum est vestigium, et memoria
negociorum nrorum, que duduum apud istam sanctam sedem, cura:
ta et expedita esse optabamus, et que soli do. olim Gamrato diffu:
sius quam vobis aut alteri cuiqꝫ committebamus. Miramur vero ve:
hementer, quod cum satis tempestive, quia in Mense Januario anni
pntis, scripseritis de morte Suffraganei olim nri Crac. deqꝫ
suffectione per nos fratris dominici ordinis predicatorum, in locum
illius. et unionem ecclie par.lis in Wawrzinczicze, que est colla:
tionis nostrae, et quam Suffraganeatui ipsi Crac, seu ecclie Laodi:
cen, ad cuius titulum Suffraganei Crac. ordinari et consecrari
in Epos solent, univi perpetuo cupimus, lre promissionis eiusdem
fris Dominici, quem et Regiis et nris lris ad Suffraganeatum
Crac. et ecclesiam Laodicen commendavimus, non fuerint ante illam
infelicem urbis Romae, et omnium rerum cladem expedite, que
tamen bene expediri potuerunt. Vidimus calculum expeditionis
Suffraganeatus Gnesnen, etiam hoc anno pnti facte. In quo ~~ex~~ com:
perimus totam expeditionem eiusdem Suffraganeatus Gnesnen
cum incorporatione ecclie parrochlis in Znezna, et Cantus
ecclie Gnesnen, ac reservatione beneficiarum moderno Suffra:
ganeo Gnesnen factam, non plus quam centum octogintà aureos
constitisse, vos vero scripsistis nobis, quod lre expeditionis Suffra:
ganei nri Crac. non ultra quam usqꝫ ad registrum expediri potue:
runt, propter defectum pecuniarum, cum tamen Georgius Hegl
notarius Dnorum Fuggerorum, qui Craco. continue residet, ostenderit
~~det~~ nobis quitancias vras, et Dni olim Nicolai Gamrati, quibus
recognoscitis vos ab ipsis Fuggeris, Rome agentibus ducentos
aureos pro expeditione ipsius Suffraganeatus nostri Crac accepisse

quibus putabamus quo ad negocium et prouisionem Epatus titula:
ris satisfieri potuisse Juribus camere aplice et aliorum officialium
Romane Curie. Verumque aut[?] est factum cum expedicione eius ipsius
Suffraganeatus, vno ferme anno integro expectemus: Rogamus vos
imponatis tandem illi extremam manum, et lrás seu bullas nobis
quamprimum mittatis, non omittendo eciam vnionem ecclie parro[lis]
in Varorzniecziecze. Dabit autem D[mi] Fuggeri vobis vltra ducen:
tos aureos prius datos, tantum pecunie quantum erit necesse, quo
celerius lrás necessarias habere possemus, quas posita omni mora
vos perferri ad nos curetis, nam valde difficile est nobis esse absque
Suffraganeo, cogimur enim ipsi obire munus Pontificium, cui pro:
pter publicas occupaciões, non semper satisfacere valemus. referre:
mus vobis eam operam, et curam, quam in ea re facietis omni studio
et gratificacione nr̃a. Cupimusque vos bene ac feli[citer] valere. Dat[um]

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell[arius]
Doctori Rzeczicza penitencionario Roma[no]

VEnerabilis domine fr̃ mi Chrĩo chariss[i]me. Ab eo tempore quo S[mus]
Ds Nr̃ cum[?] sua contulit se Orvietum nihil scire potuimus, vbi
nam gencium essetis, que res non mediocri nos animi molestia affecit.
Nam non habuimus nec sciuimus, cui res meas et ecclie nr̃e curã:
das apud sedem aplicam committeremus, que hactenus istic herét,
non sine maximo dispendio et incommodo nostro. Miramur
autem, nec mirari sufficimus, quod tamdiu differtur expedicio Suf:
fraganeatus nr̃i Crac, et vnio ecclie parro[lis] in Varorzniecziecze,
que dudum absolui poterant per breue aplicum. Presertim cum
iam dudum pecuniam pro soluendis iuribus camere aplice misimus.

quam vos cum domino olim Nicolao Camrato Decano Plocen. a Sugge:
ris accepistis. Grauem enim admodum iacturam sustinet vniuersa nra
diocesis absq; Suffraganeo, quandoquidem nos ipsi, magnis reipce curis
et negociis districti, functiones Pontificias obire commode non
possumus, vtcumq; nunc soli omnia facimus, que alias Suffraganei
nri et predecessorum nrorum facere solebant. Sed certe dum hec
agimus, parum abfuit, quin nuper die cene domini, in summu vite discri:
men incideremus. Cum enim sanctum oleu et crisma consecrassemus
febricula catarrali, cum tussi vehementi affecti, ferme in Misse
medio, dum prefationem ante canonem maiorem cantaremus
et sincopim et tocius corporis debilitatem incidimus adeo, vt vix
post hac rem diuinam perficere potuerimus, perfecimus vero tan:
dem illam, cum dei auxilio, egre tn, rerum ab egritudine nra, que
tunc grauius commota est, nondum sumus liberi. Hec gracia refertur
nobis a sede aplica et ei presidentibus, pro nra in eam obseruancia
et veneracoe, q eciam ea que iustissima sunt, et nemini negari so:
lent, per quindecem menses ab illa impetrare non possumus, cogi:
murq; ipsi propterea cum magno salutis nre periculo, omnia one:
ra nre diocesis que vt scitis satis ampla est, et in multis locis pe:
stilencia in presens infecta sustinere. Rogamus vos faciatis ope:
ram vram apud Rmum Dm Cardinalem S. quatuor, vt iam tandē
in iustis postulatis nris, exaudiamur, vel saltem responsum habe:
amus, vt sciamus prouidere tempori necessitatibus ecclie, et
epatus nri.

Commendetis eciam eidem Rmo D. Carli S. quatuor nego:
ciu Dni Georgii Mischkowski, cui de Cantu Ecclie nre
Crac per mortem olim doctoris Ioanis Salomonis vacante, qui
mortuus est de mense Februario, prouidimus, et rogetis eius Rmam
Dnem curare dignetur sua auctote et gracia, qua plurimum va:
let nra et ecclie nre causa, vt eadem prouisio nra suu effectu
sorciatur, et per Smum D. Nrm confirmetur, dicitur enim
idem Doctor Salomon fuisse familiaris Rmi Dni quondam

Car. lis Alexandrini, quod tametsi nos ignoremus, hoc tametsi cu-
ramus et optamus, vt menses nros liberos habeamus, et cum in eis
vacacio alicuius sacerdocii occurrit, vt in eo libere conferendo non
impediamur.

Ceterum mandavit non pridem Regia M.tas S.mo D.no N.ro, et
ipsi R.mo D.no Protectori regni sui D.m Doctorem Rzecziczka
ad off.m penitenciarie lingue nre Slavonice vacantis, Rogamus
vos promoveatis eciam hoc negocium diligenter, et certo sciatis
quod hec est voluntas et desyderium M.tis sue, vt idem doctor Rze-
czicza sit penitenciarius lingue et nacionis nre, et nemo alius,
et si se ad illud Michael Nogavka, crimine falsi notatus et
convictus, suis artibus, aut quorumcunque dominorum regni nri
comendacionibus, ingerere vellet, conatus eius, omnibus modis
impediatis, non enim est dignus tam sceleratus et infamis homo
vt aliquod off.m aut quodcunque minimum beneficium apud istam
sanctam sedem consequatur. Sed nec certe tollerari istic de-
beret, sed ita vt meritus est vltra, Sauromatas et glacialem
oceanum perpetuo relegari in exemplum aliorum, qui malis artibus
fortunas aliorum, vexare solent, vnde et sedes ipsa aplica infama-
tur, et nos hic propter illorum improbitatem, multas obtrectaciones
et odia cogimur sustinere.

Iste adolescens Lodlodowski, servitor noster habuit actionem
cum domino Felice Nazopniski pro ecclia par.li in Sczimno,
per mortem domini olim Chleviczki PP.ti Sandomirien vacante.
Verum procurator eius labefactavit eius iusticiam, quam habet
ad eandem ecclesiam, cum enim lata esset sentencia Gnesne con-
tra ipum Lodlodowski, et in favorem eius partis adverse, domini
victi Felicis Nazopniski, ab ea non appellavit. Quare profici-
scitur istuc bonus iuvenis, vt obtinere possit causam suam iustam,
et malicia procuratoris sui collapsam, restitui in integrum, vt coram
comissariis de ea denuo expediri, et ius suum clarum deducere possit.

Rogamus vos adiunctis cum in actione et causa hac iusta, consilio et auxilio v[est]ro, ut in toto ab ea per iniquitatem adversarii sui non deijciatur, quo nobis rem gratam facietis. Bene valete. Datum in Bodzecyn. &c.

Petrus Tomicius Ep[iscop]us Crac[oviensis] Vicecancell[arius]
~~Doctori Rzeczicza penitenciario Romano~~
Joanni Choienski Archidiac[on]o Crac[oviensi]
Secretario regio

Venerabilis domine frater in Chr[ist]o char[issi]me. Egimus á quatuor annis diligent[issi]me et continue per l[itte]r[a]s Regias, et n[ost]r[a]s apud S[anctissi]mu[m] Pontificem, et R[everendissi]mu[m] D[omi]nu[m] Cardinalem S. quatuor, ut nos Ep[iscop]i et ordinarii Regni huius, liberas collaciones sacer: dociorum in mensibus sex, nobis concessis, habere possimus, sic q[uod] nullis graciis expectativis, nullis reservacionibus generalibus et specialibus, aut eciam mentalibus, nullis coadiutoriis, nullis accessibus, ingressibus, regressibus, et aliis id genus nominis inventis, propter que totus ferme orbis Chr[ist]ianus nunc tumultuatur, et Jugum sancte sedis ap[osto]lice, que funiculos auctoritatis et Jurisdicionis sue, plus nimio extendere videtur, excutere contendit, eedem n[ost]re collaciones impediantur. Quia autem tamen hactenus id impetrare nec potuimus, prout vellemus, et prout res n[ost]ra ecclia[rum] postulare videtur: Scripsimus iterum alias l[itte]r[a]s in ea re ad R[everendissi]mu[m] D[omi]n[u]m Cardinalem Sanctorum quatuor, quas vos manu M[aiesta]tis Regie subscribi curetis, et simul cum aliis prius missis, q[ue] p[ri]mum ad nos remittatis.

Ceterum scripsimus M[aiesta]ti Regie per Petrum Starczenski eius cubicularium, commemorantes illi, et rogantes ut R[everendissi]mo D[omi]no Cardinali S. quatuor, trecentos aut q[ua]dringentos aureos mittere

dignaretur, nam ab eo tempore, quo illum M^tas^ sua protecto-
rem regni sui cooptauit, nullum ei nummusculum misit. Ille vero
est in presens multum indigens, quia in excidio Vrbis Rome
omnibus rebus suis spoliatus, atque ita merito esset in presens
liberalitate M^tis^ sue relevandus. Rogamus vos reducatis
in memoriam negocium hoc eiusdem R^mi^ domini Cardinalis
M^tis^ sue, et si M^tas^ sua granaretur, illi quidque nunc mittere,
mitteremus nos illi, de pecuniis denarii S. Petri, tantum quantum
M^tas^ sua iuberet. Qua in re, exquiratis mentem et voluntatem
M^tis^ sue, et nobis illam per primum Nuncium litteris vestris, significetis.
Et bene valete. Datum in Bodzanecz in die VI Sigismundi
Regis. Anno domini M^o^ D^o^ XXVIII^o^

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R^me^ in Christo pater et domine amice noster charissime et honorande.
Miramur plurimum quod ad peticiones et postulata nostra que pro ordi-
nariis regni nostri et eorum liberis collacionibus pluries fecimus,
nihil hactenus a S^mo^ D^o^ nostro fuerit nobis responsum, nunc vero
eciam D^nis^ vestre R^me^ in ea re moram et silencium admiramur
cum sit cognitum, illi esse ex anterioribus scriptis nostris, potuerit,
minime nos fuisse assensos, prime illi voluntati sue S^tis^ que nos
remittebat ad compactata Germanie. Quippe quod et Germanorum
emulari in his rebus consuetudinem fugiamus, apud quos
recens et nefarium genus prevaricacionis huiusce proximis retro
+ authoris temporibus in contemptum nominis salutis nostre ~~salutis~~, et tocius or-
dinis sacerdotalis dedecus, erat consensu multorum suscitatum,
et dissimilem esse nostram cum illorum sacerdocia conferendi

racionem indicemus. Nos etenim, cum illi ad arbitrium, et libidinē suam omnia vendidēt bona ducti consciencia, et aplice sedis venerācione, ad equanimitatem quandam et modum, eciam ea redegimus que iure dominii in nrā solius sunt posita ptate, et sane nos nihil nobis, contra maiorum nostrorum scita, et consuetudines, videmur postulare. Quinimmo ea deprecamur mutari, abrogari, et tolli, saltem in sex mensibus ordinariis regni nri concessis optans, que q insolencia, nec satis licita pluribus videbantur, gravem in animis populorum, commoverunt offensionem. Quare iterum atque iterum rogamus D. Vram Rmam ut in ea nrā peticione assensum nobis Sanctmi domini, ita preparet, ne amplius hec res a nobis repetatur, et primo quoque tempore, lrās et diplomata scdm tenorem et continencia supplicacionis, manu nrā subscripte, ad nos mittere velit, que omnem in se immunitatem, ordinariis regni nri in sex mensibus, per vices ad eos pertinentes contineant et prestent. Ne videlicet possit coadiutoriarum etiam de consensu possessorum, preterea mentali vel generali aut speciali, et expressa graciarum quarumcumque accessum, ingressum, regressum, ceterorumque id genus inventorum concessione libera eorum collacio deinceps impediri.

Ceterum Ploceñ et Premislieñ ecclesiarum Epi, qui nuper a nobis fuerunt nominati, et similiter Suffraganeus Rdi Dni Epi Crac. diplomatibus suis sacris, et ex more sedis applice sibi debitis, hactenus non sine gravi molestia carent, pro quibus iam dudum ex consuetudine certam pecuniam camere aplice debitam, trapesite Fuggeri eorum nomine Romae numerarunt. Quorumquidem, cum honesta sit causa, gratissimum nobis Vra Rma Do fecerit, si eius quoque iustam et celerem habuerit racionem.

Hic vero adolescens sacris iam iniciatus, nobisque ob generis nobilitatem, et maiorum suorum merita, plurimum gratus cum esset

istuc ad V. R^mam P^tem profecturus, multum se petiit a nobis commendari, quem scientes nos nihil iniqui vel inhonesti ab illa petiturum, magnopere illi eum commendamus. Rogamusque ut ei commissionem, prout res sua postulabit, concedi procuret, in qua ille in integrum Iuris sui propter absenciam, et procuratoris iniquitatem, vel negligenciam amissi restituatur, sedisseret autem ille singula V. R^me D. in quibus adiumentum cause sue fore necessarium arbitrabitur, quod ut illi prestet V. R^ma D^o maiorem modum ab illa rogamus, quin eciam ea que supra scripsimus, celeri uti res, optataque nra exigunt, diligentiaque cura exequatur, rem sane nobis procul dubio gratam factura, quam illi vicissim omni studio et benevolencia nra referre studebimus. Valeat optime V. R^ma D^o nosque diligat, S^mo D^no frequenter comendet

Cordiale inclusum in proxime precedentibus litteris Regiis ad Cardinalem S. Quatuor scriptis

R^me domine. Intelligentes nos anni superioris in urbe excidium et direpcionem, non parvum in opibus et facultatibus D^nis V^re R^me detrimentum et incommodum attulisse, ut aliquantulum levetur sua molestia, et iactura, mittimus illi trecentorum aureorum hungaricalium munusculum eo maxime testificantes, non ingratum nobis esse officium et operam D. V. R^me quam apud S^mum D^num nrum in promovendis nris et subditorum nrorum negociis, diligenter et accurate prestare solet. Quod quidem munusculum exiguum licet, et meritis illius impar videatur, Rogamus ut illud nunc grato a nobis animo D. V. R^ma suscipiat, nraque et nrorum in posterum negocia habeat apud se commendata.

Rdus Ds Joannes Carnkowski electus et confirmatus Premislien. cui nuper promissionis et consecracionis litterae sunt a D. V. Rma al-late, indiget adhuc lris reservacionis Sacerdociorum suorum de qui-bus iam antea nos scripsimus, diligenter propterea quod intelligebam illum absque iis dignitatem Epatus sui, cuius sunt tennes admodum redditus, sustinere commode, et cum decore non posse. Quare pluri-mum rogamus D. V. Rmam ut easdem reservacionis sacerdo-ciorum lras prenominato D. Joanni Carnkowski per pntem Nun-cium mittere velit, quo maxime expedit augmento, et cautelis scri-ptas, et munitas

Exigente autem necessitate et postulante id Rdo Dno Epo Crac. (Petro Tomicio) et Regni nri Vicecancellarius, ne in ecclia sua, que celebris est, et varie condicionis hominibus referta, possint passim et sine illius Canonica cognicione, eiusmodi deinceps homines recipi qui pos-sent aliquod nobis posthac uti alibi non multo ante factum est, in relligione negocium facessere. Plurimum Dnem V. Rma rogamus, impetrare illi velit nostro nomine apud Smum Dnum Nrum reservationem septem infra scriptorum sacerdociorum in maiori sua, et collegiatis duabus eccliis, ut de iis si forte in mense sue Stis vacaverint, libere disponere possit, non obstan-tibus, quibuscumque graciis, reservacionibus coadiutoriis, eciam de consensu, nominacionibus, et nominandi facultatibus, unio-nibus, et ceteris concessionibus quibuscumque, cuiuscumque ordi-nis status, et dignitatis hominibus concessis, vel concedendis. prout id Do V. Rma pro sua prudencia et eiusmodi lrarum conficiendarum summa et singulari pericia, melius obfirmare et providere sciet et poterit.

Est etenim hic Antistes, ex dignitate et comodo Ecclae suae personas, ad munus Canonicatum, et templi curam subeundam optatiens, que et nobilitate generis et optime cuiusque discri-

plurie, erudicione predite, facile et dignitatem ecclie et bona illius tueri et conservare potuerunt. Sacerdocia vero, q[ue] reservari illi optamus, sunt ista Scolastria Crac, Cantoria ecclie collegiate Vislicien, Cantus et prebenda ecclie collegiate Kielcien. que obtinet Venlis Nicolaus Bedlenski in spualibus Crac vicarius. Item Cantus et prebenda ecclie Crac. quos obtinet Felix Srzeborski. Item alter Canonicatus, et prebenda eiusdem ecclie Cracovien, quos nunc possidet Venerabilis Ioannes Jacuborski. Item Capellania seu altare in ecclia Crac, quod obtinet Venlis Petrus Vaporski, eiusdem ecclie Crac. Decanus. Item Cantus et prebenda ecclie collegiate Kielcien, quam nunc habet et obtinet Venlis Jacobus de Lublin.

Esset autem nobis q[uo]q[ue] gratissimum ut V. Rma Do in unico brevi apostolico, omnem hanc impetracionem conscribi muniriq[ue], et custodiri firmissimis quibusq[ue] cautelis, et verborum clausulis, ac munimentis faceret, ut post modum illis cavillacioni et curiositati, improborum reniti et resisti possit, et ut fructus et proventus beneficiorum reservandorum supranominatorum habeantur nunc pro expressis. Nos vero quantum diligencie, et patrocinii sui in id D. Vra Rma contulerit, Nra illi deinde plurima benevolencia et gratificacione, per omne occasionem referemus, ~~non obstantibus quibuscumq[ue] graciis expectativis, coadiutoriis eciam de consensu possessorum nominacionibus, et nominandi facultatibus, unionibus ac mentalibus vel generalibus, aut specialibus, et expressis reservacionibus, item accessibus ingressibus et regressibus. ceterisq[ue] id genus inventis et concessionibus.~~

~~Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell~~

Cardinali Protectori
Sigismundus Rex Poloniae.

Sunt in ciuitate nra Crac. aliquot viri prestanti et egregia doctrina, qui a Rdo Dno Epo Crac. ad munus predicandi verbum dei prepositi et collocati sunt/ hii cum omni studio et diligencia contendere et elaborare vellent, vt dogmata hereticorum nouorum, qui religionis nre vicium afferre, et sectas in illam varias multo et periculo et tumultu hominum inducere conantur, confutare, et animos labentis vulgi ab errore reducere possent. Supplicant Sti sue vt illis facere et concedere ptatem legendi libros probibitos Martini Luteri, et hereticorum quorumcumque dignaretur. Nam eos illi, pro sua erga Stem Sedem aplicam pietate et reuerencia iniussi attrectare, neqq audent. Quare plurimu rogamus V. Rmam D. vt de hac re cum Smo Dno Nro conferat. vt prenominatis viris Doctoribus et predicatoribus concedere dignaretur. vt legere et versare possent libros heretice prauitatis, eos tamen quos illis legendos admiserit pastor illoru Rdus Ds Epus Crac.

Petrus Tomicius Epus Crac.
Seuerino Boner

Generose domine amice noster charmme. Cum hic in Lituaniam Sacra Mtas Regia discederet. Commiserat nobis conscribere gratulacionis lras, ad summum Pontificem mittendas. Audierat enim Mtas sua, cum hic adhuc esset, captiuitate qua tenebatur

Stem suam liberatam esse, que quidem liberacio non minus attu:
lit volnptatis, et gaudii Mti sue, quam attulerat quondam doloris
et molestiae preterita captiuitas: Nos vero prinsque in eam qua
a multo tempore patimur, egritudinem incideramus, curauimus
iam pridem pro voluntate et mandato illius Mtis hanc ipsam
gratulacionem conscribi, et lras Mti sue subscribendas in Litua:
niam miseramus, que nunc primum demceps, propter loci distan:
ciam sunt nobis relate, vna cum lris ad Vram Dnem quas
mittimus cum presentibus. In quibus Mtas sua dat Vre Dni
in mandatis, vt magnis itineribus, et per dispositos equos, qui
nunc vulgo Poste dicuntur, Nuncium celerem Romam cum
hiis ad Smum Dm lris mittat, qui celeritate sua hanc gra:
tulacionis sue Mtis tarditatem, adiuuaret et compensaret.
Nobis autem videretur comodissimum, et ita Dnem Vram plu:
rimum rogamus, vt Andreolum veterem et peritum tabellarium
ei negocio preponat, simulque mandet et committat, vt recta ad aula
Sumi Pontificis, cum iis lris proficiscatur. Est enim res per:
necessaria, eum qui lras tulerit, presentem in aula esse illius
Stis vt possit referre responsa, et Mtis Regiae scriptorum, et nrarum
lrarum, quas iam plurimas et maximi momenti illuc dedimus.

Ceterum mandat Mtas Regia vt Do Vra trecentos aureos
Hungaricales Rmo Dno Carli S. quatuor, per eundem tabella:
rium, et Nuncium celerem mittat, seu dari illic faciat, quos illi in
compensacionem, officiorum prestitorum Mtas sua donat libe:
raliter. Nos ne indonata a nobis quoque esset sua Rma Do,
adiungere eciam voluimus munusculum opera D. Vre compa:
randum, quo illius Rme Dnis in nos beneuolencia, et in pluris
rebus gratificacio remuneretur. Quare plurimum rogamus D.
Vram, vt mandet procuratori suo hermano Veneciis, vel cuipiam
alteri amico, cui et comparari nomine nro, crateram argenteum
quem Itali Taciam appellant, eleganter et polite elaboratum

et mandatum, valoris et estimacionis 50. vel 60. aureorum, vel
etiam maioris, prout V. D.[ni] videbitur, cuius iudicio et arbitrio
id totum committimus, quem idem Andreas in theca inclusum, et re:
positum Romam secum ferat. et R.mo D.no Cardinali nostro no:
mine donet, insculptis primum in eo ipso cratere insigniis et armis
illmis R.me D.[nis] vel per ferruminationem amplicatis. Quam pecu:
niam, quanta in id insumetur, nos hic V. D. cum alia gratissimo
animo dissolvemus. Operam vero quam illi illmis mutua nra gra:
tificacione et benevolen.e officiis illi referemus. Optime valeat
et sit felix cum suis omnibus V. D.o et nos diligat. Dat.

+ pecunia quam illi debemus

P. Tomicius eps. Vicecancellarius
Stanislao Borek de Craco.a D. Doctori
Can.co Crac.

VEnerabilis domine fr. in Chro charme. Mittimus tandem lras
tam Regias qz nras, que ad sedem aplicam per celerem postam
mitti debet, quas vos domino Zuppario Crac. reddatis et trada:
tis, et rogetis eum, ut illas celeriter per Andreolum mittat,
committatqz ei, ut ipsemet eas usqz ad locum residencie Smmi Pon:
tificis perferat, et reddat, et responsa nobis referat ac reportet.
Mittimus preterea et alias lras regias ad ipsum D.m Zuppa:
rium, quibus illi precipit, et committit M.tas sua, ut lras suas ad
Smmum Pontificem scriptas, qz primum ad illmis S.tem perferri cu:
ret. et R.mo D.no Cardinali sanctorum quatuor, trecentos au:
reos Ungaricales mittat. Id quod fecit M.tas sua suasu et inter:
cessione nra; ab eo enim tempore, quo illmis R.mam D. cooptavit
M.tas sua protectorem regni sui, nullum ei miserat munus, quo
recognosceret, gratam sibi esse diligentem operam et patrocinium
illmis R.me D.nis, quod assidue prestat in curandis negociis sue

M^tis^ et subditorum suorum. Et quia nos quoque indigemus assi-
due favore et auxilio illmus R^me^ D. in nris, et ecclesiae nrae, Culmen
negociis scripsimus et rogamus D^m^ Zupparum, per nras lras, quas eciam
cum presentibus mittimus, ut committeret hermano suo cum Venetiis
unam Taciam argenteam mauratam, et bene elaboratam,
valoris quinquaginta aut sexaginta aureorum, vel eciam ma-
ioris prout melius illi videbitur, cuius iudicio et arbitrio id
totum permisimus, quem vos eciam rogetis, nro nomine ut ita fa-
cere velit, et Andreolo committere, ut eandem Taciam simul cum
munere Regie M^tis^ et lris, ipsi R^mo^ D^o^ Cardinali offerat
et presentet, quo eius R^ma^ D^o^ placatior et benignior sit in promo-
vendis et curandis negociis nris.

Preterea prout nuper vobis scripsimus, agatis cum domino Geor-
gio Hegel ut per hanc postam scribat, factoribus domini sui, qui
apud sedem apostolicam sunt, ut quantacumque summa pecuniarum
opus erit, ad expedienda illic negocia nra tantam ad iussum
R^mi^ D^ni^ Cardinalis S^tor^um quatuor, vel relacionem domini
Jacobi Schultz, quam facturus est nomine eius R^me^ D^nis^ dent,
numerent, et expendant. Nos vero illud totum quod illi ibi ex-
pendermit, ipsi domino Georgio, istic dissolvemus, cum gratitu-
dine debita. Non solum enim lre Suffraganei nri, sed et alie
quedam, pro quibus nunc scripsimus expediri nobis illic in pre-
sens et afferri debent.

Sub adventum plurium medicorum ad nos tametsi nullum adhuc
ab eis firmacum accepimus, cepimus meliusculi habere.
Speramusque quod dominus Deus miseratus tandem nostri, resti-
tuere nos cito dignabitur, ad plenam ac perfectam sanitatem,
cuius divinam clemenciam vos implorari et orari pro nobis
istic faciatis. Et dominum Premislien admoneatis, ut lras
in negociis suis scriptas, per hanc postam mittat ad sedem apli-
cam. Eciam et dominum Scholasticum, ac ceteros prelatos, et

Canonicos Ecclia nrae, nomine et verbis nris salutare iubeatis. et bene valete.

Petrus Tomizki eps Crac. Vicecancell.
Joanni Karnkowski epo Premisliensi.

Rme in Chro pater, et domine fr et amice chariss[me] ac honoran. Perspexi ex lris D. V. Rme plurimum eam angi et esse solicitam, q in his lris et diplomatibus, quae nuper allata sunt, non fuerit inserta reservatio sacerdotiorum suorum, quo quidem metu vra Rma Do perculsa plena literarum pagina disceptat et exaggerat, fore per necessarium ei infaelicissimo negotio: nouo deinceps consilio occurrere, mittendo vez celerem et proprium in vrbem nunctiu qui plenam eius rei, in nouis iterum Pont: Maximi litteris ac diplomatibus securitatem afferat, intermisso interim et prorogato munere consecrationis suae, quam et cum episcopatu exiguo non tanti esse putat, vt sacerdotiis suis longa cura conquisitis, illisq satis amplis, cedere vel spoliari debeat. Jn qua tamen re precipue consiliu et operam meam requirit. Ego pro eo q d. v. Rma plurimum amo, exponam illi breuibus, in ea re id quod sentio. Et ante omnia quidem non videri mihi Sacerdotia D. vestrae in aliquod esse coniecta periculum, et propterea non esse de ijs ita dubitandu vt consecrationis munus differatur, quippe q credi non possit. Rmu Dominu Cardinalem S. quatuor petitionem Regiam in aliquo comminuere voluisse, qum potius crediderim eum in negotio D. v. Rmae, pariter vt

fecit in cæteris: dum scedula pronunciationis conficere-
tur. Regiæ voluntati etiam quo ad reseruationem be-
nefitiorum vræ Rmæ d. satisfecisse. cuius tamen scedu-
læ fortasse tempore quo hæc diplomata scriberentur
quæ recens allata sunt, cum non posset habere propter
vrbis distantiam presentem copiam, oblitus est inscri-
bi mandare, id quod erat vestræ R. D. necessarium, de
retentione benefitiorum ipsius. Quare ego bono animo
D. v. Rmam debere esse censeo, et ad suscipiendam quam-
primum consecrationem plurimum hortor et moneo. Namque
id quod per proprium nunctium Romæ conficere D. vra
Rma voluerat, curabo ego Regio quam citissimo nun-
tio confici, breui enim litteras mittam Regiæ Mtis
ad D. Boner quibus illi mandatur, vt per dispositos
equos Romam vsque Andreolum cum litteris Mtis suæ
mittat, qui omnia de quibus scribemus, referet egre-
gie confecta et expedita, vbi ego etiam D. v. Rmæ ne-
gotii diligentem habebo curam, et comendabo illud di-
ligenter Rmo D. Cardinali S. quatuor Regiæ Mtis
et meis litteris, quem nihil dubito Mti suæ esse obtem-
peraturum. Vestra autem Rma d. Si quas volet il-
luc litteras mittere, interim illas scribat, et me vti
debet amet, fælixque sit et incolumis, et vlterius se
non affictet, sed bono ac læto animo esse velit. Datum

P. Tomicius eps: Andreę Cricio epo Plocen.

Rme in Christo pater, et domine nepos charme
Magnopere me exhilararunt: et nunctius, et littere

D. vrae Rmae, quibus me in hac mea diuturna iam et satis
molesta aegritudine nunc inuisit, quod illius in me officium
curabo vicissim illi omni studio, amore, et beneuolentia
mea semper referre. Est quidem haec aegritudo mea tenax,
et quae me iam magnopere debilitauit. Spero tamen cum
Dei omnipotentis ope et auxilio, cito me ab illa liberatum iri
et pristinam valetudinem, et firmitatem recepturum.

Legi cum magna voluptate litteras, a Rmo D. Cardinali
Sanctorum quatuor ad D. v. Rmam scriptas, in illis enim
plurima continebantur, quae ad cognitionem meam pertine:
bant, quaeque dum ignorabam carere magna sollicitu:
dine non potui. illud tamen quod is idem Rmus D. Car:
dinalis in calce litterarum suarum in laudem D. vrae Rmae
adscripsit, cum legissem, prae gaudio a lachrimis tempe:
rare non potui, quippe quod perspexi, ex illorum verborum
laudatione, grandem esse apud illos Praelatos Roma:
nos, eruditionis et probitatis famam, de D. v. Rma
concitatam, quam cum ego illi libenter, et ex animo
faueo, plurimum illam rogo, vt hac eadem virtute,
et singulari sua eruditione, eam de se opinionem conce:
ptam, in animis eorum firmaret et conseruare curet qua
illam ab initio sibi egregie comparauit.

Factum sane est peregregie, quod in his etiam litteris Rmi
D. Cardinalis edocti sumus non esse obliuione praeterita
reseruationem benefitiorum Rmi D. Premisliensis, ob quam
ille mirifice iam ceperat esse perturbatus, scripsit si:
quidem ad me malle se Episcopatu carere, quam prop:
ter illum Sacerdotiis suis, quae longa die, et diligen:
tia sua quesiuit exui vel spoliari. Ego autem si:
mulatque accepi has litteras, excepi illarum exemplum
et ad illum misi, scio enim id precipue sollicitudinem
et curam illius leuaturum esse.

Quod attinet ad Sollicitatorem quem cupit Rmus D. Car.lis nomine Regiæ Mtis in Curia summi Pontificis haberi Dabo diligentem operam, vt prima data occasione eiusmo: di illuc mittatur homo: qui et in dignitate Regiæ Mtis sustinenda et in negotiis curandis satisfacere omnibus possit.

De Jacobo Schucz nihil est metuendum, quod litteras Regiæ et Rlis Mtis in contrarium priorum impetrare deberet Neque enim credi potest suas Mtes nouissimorum suorum scriptorum memores, id esse ad preces alicuius facturas et ego ne faciant accurate prouidebo.

Nicolaus Rudniczki Capellanus meus, fecit in manibus meis iuramentum nomine D. vræ Rmæ, quod quidem legit: time facere potuit, cum id in bulla expressum non esse vra Rma d. significat vt presens illa id et in persona sua fa: ciat. hoc autem juramentum D. v. Rma posthac signo suo obsignatum cum illi magis oportunum videbitur, et se: cundum Bullæ tenorem Romam mittet.

Spem qua tenetur adhuc ardelio noster, et sui, vanam et inanem ego penitus esse credo. nihil enim dubito Mtem Regiam ea quæ celari cupit, cum maiore fiducia mihi reuelare solere quàm illi. Sententia autem Mtis suæ quam de hac re in Radom postreme mihi verbis suis aperuit. hoc est, constantissime se seruare velle. id quod iam semel de ea re constituit in animo: et palam decla: rauit. egoque ita Mtem suam procul dubio facturam esse credo.

De rebus Hungaricis multa nunc scribere D. v. Rmæ nequeo. illud tamen quod est precipuum ignorare illam no: lui, Turcarum Imperatorem dici cum maximis copiis et instructissimis impedimentis bellicis, in Hungariam ad

ferenda subsidia S.mo Jo. Regi iam aduentare quod
etiam ego certiss.mis argumentis iam ante sciebam futuru
esse.

Exitus itaq nos docebit. quid deinceps de rebus Joannis
Regis sperare debeamus. valeat et sit fælix vra Rma
d. et me diligat. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Andreæ Cricio Epo Plocensi

Rme in Christo pater: et domine nepos char.me
Cum ab vrbe rediisset Lukomski: servitor vræ R. d.
primu omniu me conuenit cum litteris quas secum attulit.
venit Rmus D. Cardinalis s. quatuor protector variaru pro-
uisionu litteras in vnum fascem coniectas: et obsignatas,
mihi soli inscripsit. ex quibus eas: quæ ad v. R. d. et D.
Petrum Gamrath pertinebant eidem Lukomski perferen-
das tradidi. Est autem adnotatum desuper in litteris D.
Gamrathi, quæ sit illaru æstimatio: propterea q Rmus
D. Car.lis fecerit propria pecunia omnem eius expeditionis
sumptu. Trapesitarum fortasse fuccaroru quos tunc graui
odio prosequebatur fugiens commerciu. Cuius iteru pecuni
æ hic exigendæ cum mihi curam demandarit. vra d. Rma
pro eo quanti me facit diligentem dabit operam vt D. Gam-
rath illam q pri.m eidem Rmo d. Car.li dissoluat: vel ad me
transmittat. ita enim illius in me beneuolentia. et opinio qua
de mea fide concepit: facile conseruabitur. Ægritudo mea
adhuc me non deserit: commutata tn doloris specie. pro
tussi enim dextri cruris tumorem liuidu mihi induxit:

quem tametsi ingredi nequeo, propterea tamen fero aequius, quod depulso ad exteriora membra afficiente humore, precordia et stomachum magnopere leuatum iri existimem: cum tamen et stomachi sit mira debilitas: vt qui cibum quem capio retineri nequit. Spero tamen variatione eiusmodi sequuta: me pristinam valetudinem cito recuperaturum. Interim autem dum hoc fit v. Rma d. sanam et faelicem esse vehementer opto. quae me diligat vt consueuit. De conflagratione ferme mediae ciuitatis Cracouien totius ciuitatis Clepar3 vici mei Biskupie multarum sacrarum aedium et aliquot centenorum hominum vtriusque sexus, simul et Curiae Praepositurae s. Floriani referet Lukomski vrae Rmae d. quae iterum valeat fel.me. Dat.

Petrus Tomicius Epus Crac.
Andreae Cricio Epo Plocensi

R.me in Christo pater: et domine nepos char.me

Scripsi alias d. v. Rmae, quid adhuc residui in praestatione Episcopatus D. v. Rmae, Rmus d. Car.lis s. quatuor desiderare mihi videatur: eiusque verba quae ad hanc rem pertinebant in sceda descripta illi misi. Singrapham vero subductae rationis in pecunia Romae data de qua Rmus quoque D. Cardinalis meminit in litteris suis, mittere adhuc non potui: cum nondum sit ad me allata: sed cum afferetur dabo operam, vt absque mora D. v. Rma copiam illius habere possit. Caeterum Georgius Hegel, cuius gracia has ad D. v. Rmam scribo litteras, Maiorem in modum me rogauit vt cum in recuperanda a domino Gamrath

peccunia sibi et dominis suis Fuccaris debita opera mea ad:
iuuarem. Ego vero et ipsius precum gracia et quod aequum
mihi quoque videtur: vt ijs qui nobis in tanta rerum Roma:
narum perturbatione et angustia, peccunia commode in:
seruiunt. hic a nostris satisfiat omnibus: recepi me ita
esse non inuitum facturum. Quare D. v. Rmam plurimum
rogo: vt adducat D. Gamrathum vel persuasione: vel au:
thoritate sua vt fuccaris peccuniam creditam sine con:
trouersia, et quamprimum dissoluat. ne in posterum illi isti:
usmodi offitia sua nobis negare: et fidem nostrorum sus:
pectam apud se habere possint. quo faciet d. v. Rma
rem suo offitio dignam: et publice vtilem, mihi autem
singulariter gratam. Hodie accepi litteras nostri domini
Broderici: quibus significat se intra tres: aut ad summum
quatuor dies, hic apud me futurum, is si quid attulerit noui
faciam de hoc v. Rma d. certiorem quamprimum. Cuius amori et
beneuolentiae me ex animo commendo. Valereque illam et fae:
licem esse vehementer desidero. Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Petro de Gamratis Decano Plocensi

VEnerabilis domine: frater in Christo char.me
Probamus factum vestrum quod peccunia Rmo d. Cardinali San:
ctorum quatuor pro expeditione bullae vestrae debitam in
manus Ven.lis D. Doctoris Borek misistis. Non dubitamus
enim illum diligentem operam daturum, vt ea peccunia in
manus illius Rmae D. cito possit peruenire.
De domino Sbaski etiam nobis placet vos polliceri prope:

diem mittere velle omnia causæ et assertionis vestræ munimenta, ex quibus deprehendi et apparere posset veritas, mallemus tamen vt potius amice de hoc transigatis, quam debeatis lites aliquas ob quas deinde ad inimicitias et simultates descenditur exercere. Optime et fœliciter valete. Datũ.

Tomicius Eps
Seuerino Boner Salinatori Crac.

GEnerose domine amice char.me. Perspeximus ex litteris D. vræ quas proxime accepimus, grauem illi et molestam hanc rem fuisse, q Mtas Regia litteris suis nuper ei mandarit, celerem Nuntiũ in vrbem mittere, et Rmo D. Cardinali Sanctorũ quatuor trecentos aureos numerare. Commemorat enim, et submonet D. vra Mtem suam, iam plurimũ sibi in libris rationum debere. Demiq q Mtas sua fuerit iam pollicita non daturam se esse vllam ad D. vram quittantiam, et si quam dederit, impune illam non suscepturam illi predixerit et permiserit. Ad hæc etiam conquerens q suorũ meritorũ et operæ in negotiis Mtis suæ præstitæ, non satis æqua ratio habeatur. Nos certe tantum nobis de prudentia, et inditio D. vestræ persuademus, quod pro istis quæ sibi molesta, et grauia videntur nolet Mtis Regiæ graciam et animũ offendere expendens et considerans summa clementia et fauore suæ Mtis esse factum q tantis honoribus illam præesse, et tam ampla, et ardua sua negotia administrare eam posthabitis cæteris voluerit, id demiq

certo sibi persuadens: et sperans se quandoque pro meritis suis a Mte sua remuneratum iri, et omnis sui desiderii votique fieri compotem. Ea est siquidem nostri principis humanitas et benignitas, vt studiosos sui seque amantes: et fidos seruitores, in liberalitate, et munificentia sua decipi, et frustrari nullo vnquam tempore sinat. Rogamus autem D. vram vt ei nuntio quem missura est, vel iam misit D. vra ad sedem Apostolicam mandet et iniungat, vt donum hoc quod nomine nostro dari iubet Rmo D. Cardinali Sanctorum quatuor, sit et honorificum et eleganter atque faberrime factum, solusque illud eius Rmae d. vna cum trecentis aureis a Regia Mte missis det et offerat. Caeterum vt illic apud Sedem Apostolicam tantisper sit et moretur idem nunctius donec omnium rerum pro quibus scripsimus, plena expeditio conficiatur illique tradatur. Nos autem quantum ad id attinet quod nomine nostro pro hoc munusculo comparando erit expositum, hic D. vestrae cum magna animi gratitudine dissoluemus, et offitium operamque nobis in hac re praestitam vicissim illi pari nostra gratificatione et beneuolentia referemus.

Jam Dei benignitate aegritudo nostra declinare et mitius agere nobiscum incipit. Speramusque nos breui ad pristinam sanitatem redituros. Valeat et sit faelix vra d. et nos diligat. Dat.

~~Sigismundus primus Rex Poloniae~~
Cardinali Protectori
Petrus Tomic. eps Crac. Vicecancell.

Rmi in Christo pater, et domine domine colendmi. Post seruitutis et obseruantiae meae debitam commendationem. Ingentem

profecto mihi affert admirationem q tantisper Suffraganeo meo littera prouisionis non mittuntur. Cum tamen et ego plu: ries ea de re vestrae Rmae d. scripserim etiam multo ante quod ad iura camerae Apostolicae attinet, Trapesitis Romae interuenientibus omnia cumulate praestiterim. Et sane pro eo quod ampla sit Dioecesis mea quodque ego grauissimis omni tempore negotiis Reip: sim impeditus adiutoris eius et Suffraganei opera summe hic est mihi necessaria, quo dum careo ipsi mihi Episcopale est munus in variis magnoque inter: uallo a se distantibus locis subeundum. tametsi alioqui ma: gnis vt dixi negotiis impedito, et ingrauescente iam aetate minime ad discurrendum apto. id vero me latius Rmae D vestrae commemorare facit proxime praeteriti casus mei recordatio, quem hic templi curam sustinens, non sine vitae periculo suscepi, et vt ex ordine res planior habeatur pro: ut hoc contigit paucis enarrabo. Non habenti mihi quem Rme domine qui hic offitio meo fungeretur multisque se or: dinari flagitantibus cum esset visum operepretium et isto: rum me obsequi voluntati, et annuis sacrae hebdomadae mi: steriis inseruire Sacrumque oleum et crisma consecrare pro: dii vticunque tum ex grauedine corporis et pituita languens in sacrificiis operaturus, quae dum non satis firmus aggre: dior, subito quodam artuum horrore et sincopi correptus se: cus altare concidi exanguis et conuolutus intraque manus ministrantium sacerdotum non paruo tempore astanti popu: lo eram factus spectaculum donec ad me rediens, sic tamen adhuc vacillans, quod reliquum erat diuinorum peregi. quae res vel sola certe deberet vram Rmam d. mouere ad curan: dum et agendum, vt mihi q primum Suffraganeus decerna: tur, et confirmetur vna cum vnione Ecclesiae in Nawrzin: ozicze et rogo maiorem in modum, eandem vram R D. vt eorum quae memini diligenti ratione habita. optatis

tandem meis respondere, et benigniorem deinceps precum mearu respectum habere dignetur, qui solus hic cum paucis aliis, egregie tueor, et sustineo Apostolicæ sedis dignitatem et autoritatem.
Cæterum adolescentis eius qui reddet litteras negotiu et causam v. R. d. plurimu commendo, quæ dubitatione procul, æquam et iustam in se habet postulationem, cui etiam redeunti suas ad me de rebus meis dignetur dare litteras
Commendo etiam vestræ Rmæ d. negotiu Alberti kijowski, pro quo Mtas Regia scribit, quo id quod petit, patrocinio, et benigna opera illius consequatur. Id ego d. v. Rmæ una cum cæteris eius in me meritis omni studio, et debita obseruantia referre diligenter curabo, quam fælicem et incolumem esse summe desidero. Eidemq me rursus supplicitur commendo.
Datum in Castello meo Bodzanoczin XX Aprilis.

Petrus Tomiczki Epus Crac
Cardinali Protectori.

Rme in Christo pater et domine domine colen.me
Post seruitutis et obseruantiæ meæ debitam commendationem. Ingentem profecto mihi affert admirationem, q tantisper Suffraganeo meo litteræ prouisionis non mittuntur. Cum tamen et ego pluries ea de re vestræ Rmæ d. scripserim et iam multo ante quod ad iura Cameræ Aplicæ attinet, Trapesitis Romæ intervenientibus omnia cumulate præstiterim, et sane pro eo q ampla sit Diocesis mea quodq ego grauissimis omni tempore negotiis Reip.cæ sim impeditus, adiutoris eius, et Suffraganei opera, summe hic est michi necessaria, quo dum careo, ipsi mihi Epale est

in variis magnoque interuallo a se distantibus locis subeundum tametsi alioquin magnis vt dixi negotiis impedito, et ingrauescente iam aetate: minime ad discurrendum apto. Id vero mecum latius Rme d. vestrae commemorare facit proxime praeteriti casus mei recordatio: quem hic templi curam sustinens non sine vitae periculo suscepi: et vt ex ordine res planior habeatur: prout hoc contigit paucis enarrabo. non habenti michi quenquam Rme domine: qui hic offitio meo fungeretur multisque se ordinari flagitantibus: cum esset visum operepretium: et istorum me obsequi voluntati: et annuis sacrae hebdomadae misteriis inseruire, sacrumque oleum et chrisma consecrare prodii vtcunque tum ex grauedine corporis: et pituita languens in sacrificiis operaturus. quae dum non satis firmus agredior: subito quodam artuum horrore et sincopi correptus. secus altare concidi exanguis et conuolutus, intraque manus ministrantium sacerdotum, non paruo tempore astanti populo eram factus spectaculum. donec ad me rediens sic tamen adhuc vacillans quod reliquum erat diuinorum peregi: quae res vel sola certe deberet vestram R. d. mouere ad curandum et agendum: vt michi quamprimum Suffraganeus decernetur: et confirmetur, vna cum vnione Ecclesiae parrochialis in wawrzinczice: et rogo maiorem in modum eandem vram Rmam D. vt eorum quae memini diligenti ratione habita optatis tandem meis respondere, et benigniorem deinceps precum mearum respectum habere dignetur qui solus hic cum paucis aliis egregie tueor, et sustineo Apostolicae sedis dignitatem et authoritatem.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Cardinali Sanctorum Quatuor Co:
ronatorum

Rme in Christo pater et domine domine colen.mi
Post seruitutis et obseruantiae meae commendationem.
Cum scriptae et obsignatae essent priores meae litterae. Allatae sunt michi litterae D. v. Rmae quas ad Rm D. Episcopum Plocen. nepotem meum scripsit, ex quibus nunc demum planissime perspexi omnia, de quibus in hisce meis prius scriptis litteris, sum magnopere et miratus et questus, presertim tamen q neq michi scriptum ab illa esset quidquam, neq de Suffraganei mei litteris nunctiatum. In qua vtraq re, nepotis mei a D. v. Rma litterae cumulate nunc michi satisfecerunt. In illis enim D. vra Rma. pro summa sua humanitate, et modestia id primum excusat q propter celerem discessum Capellani eiusdem nepotis mei scribere michi non potuerit. Deinde de Suffraganeatu Cracouien. id pollicetur daturam se operam, vt priores illius reperiantur litterae et repertae ad me mittantur.
Postremo et id explicat Sanctissimum Do. nostrum non vulgari me et nepotem meum gracia et clementia sua prosequi Quaequidem ego omnia, cum summo gaudio, et voluptate legi. Ad eaq exordine nunc D. vrae Rmae respondebo.
Et in primis quod ad excusationem attinet, ingentes ago et habeo gracias vestrae Rmae D. q merita et officia mea, humanitate et beneuolentia in me sua superare conatur. Tribuit enim michi tantum honoris et existimationis ea excusatio, quantum non possim ego, sine summo

pudore et verecundia agnoscere

Suffraganeatus autem mei negotium tantae curae esse D. vestrae Rmae plurimum laetor illamque enixe rogo, ut perstet in proposito de recuperandis prioribus litteris: quae tamen si reperiri nequeant, alias conscribi et confici faciat, hic vero nunctius cum Domino Jacobo Shutz efficient ut Fuggari Trapesitae sumptum ad id necessarium suppeditent.

Sanctissimi domini nostri benignitas, et gracia singularis erga nos seruos suos declarata, mirifico me exhilarauit gaudio. Cuius Sanctitatis ego pietatem, et clementiam tametsi hactenus non satis pro merito officiis meis sum assequutus, curabo tamen deinceps eam illi, et eius sanctae sedi omni studio, deuotione, obseruantia: fide denique et debiti cultus veneratione semper demereri.

Quod attinet ad sollicitatorem, quem cupit Rma D. vra in Curia Sanctissimi Domini nostri haberi, dabo diligentem operam ut prima data occasione, eiusmodi illuc mittatur homo, qui et in dignitate Mtis suae sustinenda, et in negociis curandis satisfacere omnibus possit. Interim vero curabit negotia Mtis suae, et nostra do. Jacobus Schutz.

De septem vero sacerdotiis michi a Sanctissimo domino nostro impetrandis, et reseruandis, ut illa michi in Mense suae Sanctitatis vacantia conferre liceat: prout latius scripsit Serenissimus Dominus meus etiam ego plurimum in modum rogo D. vram Rmam dignetur diligentem dare operam: ut et eiusdem Serenissimi Domini mei Regis voluntatis, et mearum precum in his benigna ratio habeatur. Illa enim reseruatio: quam ad Mtis suae Regiae postulata D. vra Rma michi in sacerdotiis Bernardi Wapowski impetrauerat, non est sortita effectum. Ipse siquidem est sanus et incolumis factus, fruiturque nunc optima corporis firmitate et valetudine.

Quamvis non putem necessarium esse exprimi in presens in litteris seu brevi Apostolicæ sedis æstimationem, et verum annuum valorem fructuum et proventuum eorum beneficiorum, quæ et Regia Mtas, et ego reservari michi peto, In omnem tamen eventum, adscribi eundem annuum valorem in sceda presentibus inclusa iussi

Scholastria Ecclesiæ meæ Cracovien quæ ibi dignitas, non tamen maior post Pontificalem existit, æstimatur communiter "alias" fructus eius annui ad Sexaginta marcas argenti.

Cantoria Ecclesiæ Collegiatæ Visliciën, quæ etiam ibi dignitas non tamen principalis existit, æstimatur ad sex marcas argenti.

Canonicatus et prebenda Ecclesiæ Collegiatæ Kielcien, seu fructus eius annui, æstimantur ad tres marcas argenti.

Hæc sacerdotia Supradicta possidet in presens venerabilis Nicolaus Bedlenski viccarius in spiritualibus meus Cracovien.

Item Can.tus et prebenda Cracovien, seu fructus annui illius quos obtinet venerabilis Fælix Sirchowski æstimantur ad duodecim marcas argenti.

Item Can.tus et prebenda Cracovien quos obtinet dominus Joannes Jakubowski æstimatur communiter alias eius fructus annui ad sex marcas argenti.

Item Capellania seu altare in Ecclesia Cracovien, quod obtinet Venerabilis Petrus Wapowski eiusdem Ecclesiæ Decanus, seu fructus annui illius æstimantur communiter ad quinque marcas argenti.

Item fructus annui Can.tus et prebendæ Kielciën, quos nunc habet et obtinet venerabilis dominus Jacobus de Lublin, æstimantur ad quatuor marcas argenti.

Expedire autem videretur, et ego ita rogo, ut hæc in unico

breui omnia conscribantur, ita tamen formulis et clausulis necessariis munita et firmata sint, vt postea non reuocentur: neue aliqua alia interueniente fortiori reseruatione, vel gracia impediri, vel impugnari quo quo modo possent.

Ego vero hanc operam et patrocinium, vestrae R.mae D. curabo illi singulari studio, obseruantia, seruitute, et omni denique facultate mea perpetuo promereri.

De rebus vngaricis multa nunc scribere nequeo vestrae R.mae D. illud tamen, quod est precipuum, ignorare illam nolui, Thurcarum Imperatorem diu cum maximis copiis, et instructissimis impedimentis bellicis in Vngariam ad ferenda subsidia Ser.mo Joanni Regi iam aduentare. Exitus itaque nos docebit, quid deinceps de rebus eiusdem Ser.mi Joannis Regis nunc exulis et extorris in Regno M.tis domini nostri receptum habentis, sperare debeamus. Me et mea seruitia iterum suppliciter comendo vestrae R.mae D. quam dominus Deus in sua gracia, seruet quam diutissime sospitem et faelicem. Datum in Castello meo Bodzanczmiensi.

Petrus Tomiczki Ep.us Crac. Vicecancell.
Iacobo Schutz Pl.to Vielunen. Can.co Gnes:

VEnerabilis domine frater in Christo char.me. Fatigati sumus iam totiens scribentes, ad R.mum D. Cardinalem sanctorum quatuor et vos, pro litteris prouisionis Suffraganei nostri, quas scimus ante vrbis Romae excidium expeditas, et pro eis pecuniam numeratam fuisse. Sed nemini mirum esse debet, quod tantum de eisdem litteris sumus solliciti. magnum enim incomodum patimur cum vniuersa Diocesi nostra absque Suffraganeo. Rogamus vos, si reperiri non possunt eedem litterae in Regestris, alias quam primum ex:

pediatis, saltem per breue Apostolicum, satis enim erit, vt declare:
tur prouisum esse de Ecclesia Laodicensi, et Suffraganeatu Cra:
couien. fratri dominico ordinis prædicatorum quem nos Suffra:
ganeum nobis cooptauimus, et sanctæ sedi Apostolicæ commen:
dauimus. et vt concedatur facultas nobis illum cum aliis duo:
bus Episcopis Catholicis consecrandi. Curate etiam vt Eccle:
sia parrolis in oppido nostro wawrzinciecze Suffraganeatui Cracoui.
perpetuo vniatur, et ea vnio, que firma, et deinceps nunquam
reuocabilis sit, consistorialiter decernatur: sicque obfirmetur
vt et nunc: et in posterum nullis graciis expectatiuis, nullis re:
seruationibus, coadiutoriis, et aliis quibuscunque excogitatis
modis, impediri aut labefactari possit, hoc specialiter expres:
sa, et non obstante, quod dominus Petrus Wapowski Decanus Eccle:
siæ nostræ: qui eandem Ecclesiam nunc possidet, fuerit famili:
aris bonæ memoriæ Rmi Domini Friderici sanctæ Romanæ
Ecclesiæ in septem soliis presbiteri Cardinalis, et quod idem as:
sumserit sibi coadiutorem ad eandem Ecclesiam nepotem su:
um dominum Bernardum wapowski. quanquam quidem putamus
illum litteras ad ipsam coadiutoriam non expediuisse id quod
vos melius scire istic, et indagari potestis

REgia Mtas suasu et intercessione nostra mandauit Zuppario
suo Cracouien vt daret, et mitteret, per hunc nunctium Rmo
Domino Car.li sanctorum quatuor trecentos aureos Hungari:
cales. Nos etiam testari volentes nostram erga illius Rmam
D. obseruantiam, mittimus illi per hunc eundem Nunctium Regium
vnum Craterem seu taciam argenteam ac mauratam, quod mu:
nus exile licet sit, vos cum eodem nunctio illius Rmo d. nostro
nomine offeratis: et tam nos seruitiaque nostra, quam etiam nego:
tia nostra illi diligenter comendetis. Scripsimus autem
nunc, scripsit et Regia Mtas eius Rmæ D. pro impetran:
da nobis reseruatione aliquorum sacerdotiorum, in nostra ma:
iori, et duabus Collegiatis Ecclesiis, qua in re vos quoque ad:

iunctis preces nostras, et omnem operam v̄ram adhibeatis, vt in eis benigne exaudiamur. Nichil enim nisi quod æquum et honestum est Ecclesiæque nostræ: et ordini Ecclesiastico admodum necessarium petere et optare videmur.

Iam ab aliquot annis M.tas sua egit diligentiss.me per litteras suas, cum apud Sanctiss.mum dominum nostrum: tum etiam R.mum dominum Cardinalem, protectorem Regni sui, postulans vt ordinarii Regni sui, liberas collationes haberent Sacerdotiorum in sex Mensibus sibi concessis vacantium. sic quod nullis graciis. Expectatiuis, nullis reseruationibus generalibus, specialibus, mentalibus, nullis coadiutoriis etiam de consensu possessorum concessis, et obtentis: nullis accessibus ingressibus Regressibus: et aliis idgenus nouis inuentis, propterquæ orbis Christianus nunc tumultuatur: et Jurisditionem ac potestatem sanctæ sedis Apostolicæ, imminuit, ac contemnit deinceps impediantur et perturbentur. fueruntque signatæ iam supplicationes aliquæ, super ~~austra~~ eadem re, et libera collatione ipsorum ordinariorum Regni. verum cum multum restrictæ et limitatæ fuissent plurimaque ab eis detracta et limitata, M.tas sua Regia, illas nullo modo acceptare voluit, nec hactenus vult. Miserat vero nouam suam supplicationem hinc in eodem negotio manu sua propria subscriptam: ad R.mum D. Cardinalem protectorem, quæ si signata sit, et admissa, hactenus incertum habet. Nunc autem iterum rogat M.tas sua, vt eadem sua supplicatio, manu sua vt diximus subscripta, et iamdudum istuc transmissa, iam tandem signetur absque vlla additione, limitatione, aut restrictione, et ad se per præsentem nunctium suum remittatur. Et quia negotium hoc concernit omnes Episcopos huius Regni nostri Rogamus vos impendatis omnem operam ac diligentiam v̄ram, vt ita absoluatur, prout M.tas Regia petit, et prout pn̄tia

tempora postulare videntur, vtq dicta supplicatio iam tandem absq vlla limitatione, et restrictione signetur et per hunc nunctiu ad Mtem suam vel ad nos omnino transmittatur.

Pro his autem omnibus supradictis negotiis expediendis Bancus fuggarorum suppeditabit peccuniam necessariam. Idem numerabit etiam vobis nomine nostro viginti ~~marcas~~ aureos Vngaricales, quos vos grato animo suscipiatis, et negotia nostra diligenter istic et fideliter curetis, ac bene, et pro desiderio nostro expedita ad nos per hunc nunctiu remittatis.

Rdus do. Jo. Carncowski electus Confirmatus Premislien nondum habet litteras retentionis beneficiorum suorum, de quibus est multum sollicitus. Mittit vero nunc ad vos descriptum verum valorem eorundem suorum beneficiorum. rogamus vos sollicitetis Rmum d. Carlem, cui et Mtas Regia et nos in ea re scribimus, vt easdem litteras retentionis beneficiorum suorum is bonus Prelatus per hunc nunctiu ad se remissas habere possit.

Opera et diligentia vra: quam in rebus omnibus, et negotiis supradictis facietis erit nobis gratissima, quam vobis fauore et gratificatione nostra, per omnem occasionem referemus. Bene valete. Datis.

Petrus Tomiczki Epus Crac. vicecancell.
Georgio Hegel Notario domini Antonii
Fogger

Amate domini. Amice noster dilecte. Miramur plurimu quod litterae Suffraganei nostri Cracouien hactenus allatae non sint a sede Apostolica. Scites enim quod pro eis peccunia numerauimus dudum, et certo edocemur, quod fuerint ante excidiu

urbis Romæ expeditæ. Non minus autem miramur, quod dominus vester, nihil nobis scribit, de ijsdem litteris, si haberi possunt necne: vt sciremus quid tandem facere debeamus. Magnum enim damnum patitur nostra dioecesis absque Suffraganeo Nos ipsi etiam magnos labores subire cogimur, exercentes functiones Episcopales, quas facile vitare possemus, si Suffraganeum haberemus.
Hesterno die allatæ sunt nobis ex Lithuania litteræ domini Joannis Dantisci: vobis inscriptæ, quas mittimus vobis cum presentibus. Et optamus vos bene valere. Datum. 1522

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
~~Doctori Rzeczicza penitenciario Romano~~
Joanni Choienski: Archidiac. Crac.
Secretario regio

VEnerabilis domine, frater in Christo char.me
Accepimus præteritis proximis diebus dominum Jacobum Schuetz Viterbii in Curia summi Pontificis obiisse, pro cuius sacerdotiis obtinendis quæ in Gnesnen. et Posnanien. Dioecesi habuit in nostra enim nihil erat sui, Ad Pontificem, et sanctam sedem Apostolicam mittere volumus. Sed quia authoritate et commendatione Mtis Regiæ, id nos celerius, quam sola petitione nostra obtinere et consequi speramus conscripsimus Mtis suæ nomine, et ad Summum Pontificem et ad Rmum D. Cardinalem Sanctorum quatuor, ea de re litteras, quas vos subscribi manu Mtis suæ: et ad nos quamprimum remittere curetis.
Cæterum scripsimus ad Mtem suam, vt iuberet capi illum Jurek nefarium occisorem domini Doctoris Nieskowite qui nunc ad dominum Jordan reuertisse, et cum eo esse dicitur.

Quare postulamus a vobis vt mandatum de illo capiendo, apud Mtem suam, manu Mtis suæ subscriptum ita vti petimus obtineatis, et ad nos per primum nunctium transmittatis.
Quod si facitis, plurimum nobis gratificabimini, et vos nobis beneuolentiores, et amantiores facietis. Optime et sal.me valeatis. Datis.

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

SAcra Regia Mtas, et domine domine clemen.me.
Post humilem seruitutis, et orationum mearum comendationem Nunciatum est michi jacobum Schuetz, subditum vestræ Mtis nuper in Curia Summi Pontificis decessisse, cuius sacerdotia, ob id in potestatem et dispositionem eiusdem Pontificis ~~redierunt~~ venderunt. quæ quidem ego cum intelligerem me necessariis et Seruitoribus meis sola Mtis vræ commendatione querere posse. scripsi et ad Pontificem: et ad Rmum d. Cardinalem, sanctorum quatuor, nomine Mtis vræ litteras, vt de ijs sacerdotiis personis quas nominauero sanctitas sua prouidere dignaretur. quare supplico vræ Mti S.mæ, vt has litteras, quas mitto cum presentibus subscribere dignetur. Ego vero exploratis interea sacerdotiis, quæ hic defunctus Jacobus Schutz habuit, conscribam ea, et in sceda deinde litteris Mtis vræ includam.
Caterum S.me Rex audiui reuersum esse, diu nescio vbi latitantem, illum nefarium homicidam Georgium nomine, seruitorem domini Joannis jordan, qui quondam Doctorem et plebanum Mislimicense, cum complicibus suis occidisse

criminatus, et repertus fuerit, iam non est incognitum M^ti vestrae ex relatione factae inquisitionis, per dominum Ch o ienski Archidiaconum Ecclesiae meae: et dominum Maczieiowski iudicem Sandomiriem. Quamobrem suplico M^ti V^rae, vt illum domino Castellano Cracouiem, pro offitio praefectura suae capi mandet, et in carcere tantisper detineri, quoad rediens M^tas V^ra, de eius audaci facinore, cognoscere, et iusta animaduersione illum punire dignabitur. quo facile iusticiam suam claram, et amplam, apud omnes faciet M^tas V. S.^ma, et ego id M^ti V^rae, offitiorum sedulitate, et seruitute mea, perpetuo promereri studebo. Cui hanc eandem seruitutem, et me ipsum diligen.^me et enixe comendo. faelicissimamque esse, et quam diutis.^me sospitem et incolumem, cum omnibus liberis, et S.^ma coniuge sua vehementer desidero. Datum Cracouiae

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici.

R^me in Christo pater, et domine domine clemen.^me.

Post humilem meae Regniique et Dominiorum meorum comendatio^m et oscula pedum beatorum. Accepi paucos ante dies Jacobum Schucz, subditum meum, in Curia S.^tis vestrae suum diem obiisse: qui isthic propterea hoc tempore maxime agebat, vt mea, et subditorum meorum negotia curaret. quare cum sit mihi exploratum S.^tem V^ram, de sacerdotiis familiarium R^morum d^norum, sanctae Romanae Ecclesiae Car.^lium in Curia sua decedentium eiusmodi graciam facere solere vt de illis prouidere consueuerit personis quas ipsi R^mi domini

Cardinales nominauerint, et delegerint sibi gratos et acceptos
Supplico vestrae Sti, vt me hoc loco inferiorem praenominatis
Rmis D. Cardinalibus: et caeteris quibus id liberaliter et
pie concedere solet apud se non esse patiatur, verum hac
eadem ratione prouidere dignetur de Sacerdotiis subditi
et sollicitatoris mei iis quos ex nomine Rmus D. Carlis
Sanctorum quatuor exponet Sti vestrae. Qua re obseruatio:
rem Stas vra me sibi et studia mea, in sanctam istam se:
dem Aplicam auctiora reddet, et ego me magnae pietatis et
clementiae significationem consequutum existimabo. quam
vna cum plurimis aliis benefitiis acceptis Sti vestrae, omni
cura, offitio, et obseruantia mea promereri studebo.
Cui me Regnum dominiaque reliqua mea plurimum comendo
illamque felicem esse, et optime in multa tempora incolumem
vehementer desidero. Datis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum.

Rme in Christo pater, et domine amice charme, et hono:
rande. Multis iam argumentis experti sumus, qua fi:
de, et diligentia vra d. Rma res nostras apud Summum
Pontificem curare soleat, quo nomine plurimum nos illi de:
bere scimus, et magnas in presentia agimus et habemus
ei gracias. Cupimusque dari nobis aliquam occasionem, qua
hoc offitium illi in referenda gracia rependere possimus.
Audiuimus iam e viuis indubie decessisse Jacobum Schurz
subditum et inseruientem nostrum, pro cuius Sacerdotiis, et
vt de illis prouideatur Subditis et seruitoribus de nobis be:
ne meritis, supplicauimus per litteras Sanctis.mo domino

nostro, quam rem nos consequutu iri minime dubitamus, si D. vrae opera, et solita in rebus nostris cura et diligentia accesserit. Quare rogamus v. D. Rmam, vt quemadmodum caeteris rebus, in hoc etiam nobis impetrando et conficiendo deesse nolit. Eorum vero nomina, quibus conferri cupimus sacerdotia vacantia, ex sceda presentibus inclusa cognoscet, ad cuius tenorem D. vra sacerdotiorum impetrationem, et distributionem accomodare velit.

Quam operam nos cum caeteris D. vrae Rmae in nos meritis: gratificatione, beneuolentia: et amicitia nostra referre illi curabimus. Eamque faelicem, et optime incolumem esse, paceque iam et bona tranquillitate frui vehementer optamus. Datum...

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

Rme domine. Scripsit ad nos Rdus d. Episcopus Cracouien. in breui reseruatorum sibi sacerdotiorum deesse adhuc aliqua quae addi cuperet et immutari. quare rogamus D. vram Rmam vt illi in hoc nra causa morem gerere, illudque ipsum breue prout ipsi expediet (Scribet enim ea de re suas ad D. vram Rmam litteras) corrigi vel emendari iubere non grauetur.

Caeterum et breue illud, quo nobis datur facultas nominandi denuo ad Ecclesiam Cracen. Joannem Sluszski Secretarium nostrum cum Joannes Szyboczki: qui ad eandem Cracouien. Ecclesiam fuerat a nobis nominatus priusque esset aliquid adeptus sit mortuus emendatione indiget.

Nam id in eo videtur oberratu esse, quod scribit San^tas^ Sanct^mi^ domini nostri seipsam ab initio hanc facultatem nominandi nobis concessisse, cum tamen aliter se res habeat.

Leo enim felicis recordationis Pontifex, eam facultatem nominandi nobis concesserat, et executorem eius rei decreuerat, D. Joannem Archiepiscopu Gnesnen.

Nos vero nunc postulamus esse executorem eius facultatis nominandi Joannem Sbanski, Dominu Episcopu Crac.

Quare rogamus, vt D. vra Rma faciat hoc, vt res videbitur postulare immutari, habita ratione personaru, et concessionis primę.

Nomina eorum quibus de Sacerdotiis Jacobi Schucz prouideri cupimus sunt haec.

Stanislaus Slomowski Canonicus Crac, cui cupimus prouideri de Canonicatu, et prebenda Ecclesiæ Metropolitanę Gnesnen cum derogatione priuilegii Leonis Pont: Decimi, quo incorporauit hunc ipsu, et alicui Can.tum et prebendam eiusdem Gnesnen Ecclesiæ, duobus Doctoribus, qui continue apud Ecclesiam ipsam residerent, et In causis diffiniendis Viccario in spiritualibus, et officiali Gnesnen assisterent, et pauperibus consilia preberent. quanq quidem hoc ipsu Priuilegiu hactenus non fuit in vsu, et in eo etiam excepta sit vacatio apud sedem.

Eius autem Can.tus et prebendæ Gnesnen fructus annui quinq marcas argenti puri non excedunt.

Stanislaus Hosius clericus Crac Diocesis, cui prouideri optamus, de præpositura Ecclesiæ Collegiatæ Vielunen, quæ est principalis dignitas post in eadem Ecclesia: et cuius fructus annui, quatuor marcas argenti puri non excedunt.

Andreas Przeclawski cui prouideri cupimus de Ecclesia parrochiali in Buk Posnanien diocesis: Cuius fructus

annui sexaginta ducatos auri de camera secundum communem
æstimationem non excedunt.

Samuel Maczeiowski cui de Capellania, seu altari sanctæ
Trinitatis prouideri cupimus. Eius autem altaris valor an-
nuus est quatuor marcarum argenti puri.

Bartholomeus Gandkowski, cui de Ecclesia parroli in parsnya
Gnesnen Dioces, cuius fructus annui Septuaginta ducatos auri
de camera non excedunt: prouideri optamus.

Petrus Porembski Clericus Crac. Dioces, cui prouideri cupimus
de Canonicatu et prebenda Ecclesiæ Lancicien. de quibus
fuit prouisum dicto Jacobo Schucz post mortem Mathiæ
rogalka: et quorum fructus annui decem et septem Ducatos
auri de camera non excedunt.

Joannes Sbaski cui de aliis Canonicatu et prebenda Eccle-
siæ Collegiatæ Lancicien prouideri optamus: et cuius fru-
ctus annui, quadraginta quinque ducatos auri, de camera
non excedunt, cum autem Canonicatum Lancicien: fer-
tur impetrauisse dictus Mathias Rogalca: tanquam reseruatum
sub Coslouita Doctore: de quo etiam Jacobo Schucz fuit post
mortem illius prouisum

Albertus Lubowiczki, Clericus Plocen Diocesis, cui de Eccle-
sia parrochiali in Gluchow. Cuius fructus annui quattuor
marcas argenti puri non excedunt: prouideri optamus et
rogamus.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Viceecancell.
Joanni Laski Archiepiscopo Gnesnen.

Rme in Christo pater et domine Maior honorandissime.
Cum allatum ad me de morte Jacobi Schucz fuisset.

supplicandum curaueram apud summum Pontificem: cum meis tum etiam M^tis Regiae litteris: manu ipsius subscriptis: ut San^tas sua Sacerdotia post mortem eiusdem Jacobi vacantia nonnullis Scribis Cancellariae Regiae, et seruitoribus meis conferre dignaretur. Sciebam namque ea, multis quidem aliis de causis, ad ius, et prouisionem San^tis suae pertinere, sed maxime tamen propterea, quidam apud Sanctam sedem idem ipse Jacobus, et in Mense Sancti^tis suae, e vita sit sublatus. Quare et ad postulata M^tis Regiae: et ad meam humilem supplicationem dignata est Sanctitas sua, sacerdotia quaecunque ex morte praenominati Jacobi vacabant, personis ijs conferre: quas ego, et M^tas Regia litteris nominatim descripseramus. Cuius quidem prouisionis, cum fuerit iam una pars litterarum allata: ijque ad quos pertinet, ad accipiendam possessionem sacerdotiorum quorundam, se isthuc conferant. Rogo plurimum v^ram R^ma d. ut illis pro iure et potestate sua pastorali, tradi possessionem in Sacerdotijs, ad eos, et alios pertinentibus: sine controuersia faciat, quo et offitio boni Archipresulis, et legati Apostolici satisfaciet v^ra R^ma D. et illos quibus est prouisum maiorem in modum sibi deuinciet. Cupio foelicem esse, et optime incolumem v^ram R. D. Cui me ex animo comendo. Dat^s Cracouiae, feria 2. pascae

P. Tomiczki Ep^s Crac. Vicecancell.
Stanislao de Rzeczicza Poenitenci-
-enario Romano.

VEnerabilis domine frater in Christo char.^me
Cum allata huc essent, seruitoribus nostris diplomata: seu bullae prouisionum, ad nonnulla sacerdotia post mortem Ja:

cobi Schutz vacantia absq omni mora: ad accipienda posses:
sionem, quisq in locum suum erant profecti. Sed tamen D.
Archiepiscopi Gnesnen inhibitione et opera: ac eorum qui
sunt in singula sacerdotia intrusi, non sunt ad aliquod illo:
rum admissi. Apellationeq omnibus intimata Roma pro:
uocarunt. quarum appellationum exempla nos vobis mittimus.
Mittimus etiam et mandata plura nostrorum seruitorum: vt
illorum nomine adueniente termino, declarari faciatis, istos
temerarios occupatores: et qui litterarum sedis Apostolica
authoritatem contempserunt.

Caeterum vellemus: vt expediantur littera prouisionis Nobili
Petro Porembski: seruitori nostro optimo adolescenti: ad
Can.tum, et prebendam Lancicien: et Nicolao Gorski, ad
parrochialem in Sandziciowicze. simul et monitorium penale
contra intrusos. Sciatis autem q Canonicatum Lancicien occu:
pauit Albertus Siemichowski: qui est Patauii: post mortem Sta:
chlewo: et Ecclesiam in Sandziciowicze. Martinus Copalecz:
ki nepos domini Archiepiscopi.

De Podlodowski vero seruitore nostro: vos plurimum rogamus
vt consilio accepto ab aliquo jurisperito: et re cum Gandko:
wski comunicata comissionem illi rursus commoda narratione
obtineri curetis, secundum ea qua ex instructiuncula in hac
causa scripta: et presentibus alligata cognoscetis.

Alia qua vobis commisimus: cum hinc discederetis: rogamus
vos curetis diligenter pro offitio, et industria vra, et R.mo
domino Car.li sanctorum quatuor coronatorum, nos et serui:
tia nra comendetis, referatisq eius R.mo D. de hac difficul.te
quam facit D. Archiepiscopus Seruitoribus nostris. et pa:
trocinium ac consilium illius in ea re imploretis: prouideatisq
ne aduersarii nostri de sua malitia commodum aliquod re:
portent. Nos vero vicissim curabimus, vt pro offitiis vestris
bona gracia vobis referatur. Bene valete, et nos diligite. Datis

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Bartolomeo Gandkowski.

Honorabilis frater in Christo chariss.me Scripsimus ad D. Doctorem Sta.m quid sit factum in sacerdotiis Jacobi Schucz et quomodo intrusi ad illa dati a D. Archiepiscopo prohibuerint possessione servitores nostros quibus est de illis provisum: tibi etiam eadem scripsissemus: sed nunctius properabat multum, Quare tu ex illius litteris, et ex caeteris munimentis, quae ad illum misimus, re cognita: adiuvabis illum ita curare et facere, quae ad tuendum jus nrorum pertinere fueris arbitratus, quidquid enim diligentiae, et operae in hoc prestiteris, nos benevolentia nra, tibi referre curabimus. volumus autem vt expedias litteras provisionis, ad Can.tum Lancicien. Petro Porembski: et ad Ecclesiam Parrochialem in Sandziecowicze Nicolao Gorski. simul et monitorium paenale: contra intrusos, ad ea benefitia, quod intimari cures, in primis Siemyechowski, qui occupavit Can.tum Lancicien. Nam ille vt scis manet Patavii. Et bene vale. Datum Cracoviae die xv Maii.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Cardinali Protectori.

R.me in Christo pater, et domine domine colen.mc

Salutem et seruitiorum meorum comendationem. Litterae D. vrae Rmae quas ad me rediens attulit Regie Mtis tabellarius, qui paulo ante ad Sanctmum dominum nostrum, et ad D. vram Rmam cum litteris erat missus, fuerunt michi gratae et periucundae. perspexi enim ex illis non vulgarem esse D. vrae Rmae beneuolentiam: et animi propensionem. quamquidem, et humaniter scribendo, et diligenter quae ad me attinent curando, amplissime mihi et sepius declarare non dedignatur. Nunc tamen potissimum in breuibus hic ad me missis, altero reseruatorum mihi nonnullorum Sacerdotiorum, altero autem quod summe necessarium mihi fuerat, vt s. Suffraganeus meus sacris Episcopalibus initiari possit, cumulatissime mihi satisfactum esse a D. vra Rma existimo. pro quibus omnibus maiores quas possum ago et habeo D. vrae Rmae gracias. Et volo illi ea omni studio: et obseruantia mea: officiis denique iis quibus in Regno maioribus polleo D. vrae Rmae: vti meretur accepta referre et promereri.

Breue tamen reseruatorum mihi Sacerdotiorum non plane mihi satisfacit cum in illo graciis expectatiuis, ac omnibus et singulis aliis mandatis et litteris de prouidendo: quibuscunque aliis personis quomodo libet concessis. et alia quae ego adscribi cupiebam obliuione sunt praeterita. quare remitto illius exemplum ad D. vram Rmam: et enixe illam obsecro vt et addi faciat quae opto: et diligenter atque nominatim omnibus. quae quandoque obesse aliquid possent caueri.
Nam ego id vehementer laboro vt iis quos nominare ad haec ipsa sacerdotia mihi reseruata voluero, possit esse ex omni parte prospectum. Suggeret autem D. vrae Rmae nomine meo Nobilis Bartholomeus Gandkowski. quid ego in breui hoc addi cupiam cui ego omnium plenam dedi instructionem.

D.tio tamen vra Rma pro singulari sua in me humanitate
et beneuolentia, quidquid praeterea in rem meam fore pu:
tauerit: et vt securitati, et firmitati ipsius breuis quoptime
consulatur arbitratu suo plura adscribere: et breuis sen:
tentiam obfirmare dignabitur. Et adscribi quidem et re:
seruari mihi in breui praenominato: ego cupio Can.tum
et prebendam Ecclesiae Collegiatae Vislicien: et alterum
etiam Can.tum, et prebendam Ecclesiae Vnicionien quas
et quos obtinet venerabilis Nicolaus Bedlienski Scolasti:
cus Ecclesiae Crac. et meus in spiritualibus vicarius
cum narratione q idem Nicolaus Scholasticus fuerit fami:
liaris Rmi olim domini Car.lis Capuani de lupis. Nam et
de ijs mihi vna reseruandis a M.te domini mei cupiebam
ego apud sanct.mum d. nostrum commendari. Sed tunc cum
scriberentur litterae: et sacerdotiorum nomina notarentur
per imprudentiam et mihi et illis qui scribebant e memo:
ria exciderant.
Caeterum et hoc praetermissum esse a me animaduerti vt in eo
altari quod D. Petrus Wapowski, in Ecclesia mea Crac. obtinet
clausula haec inseratur non obstante s. illius familiari:
tate, quam cum bonae memoriae Rmo domino Frederico
sanctae Romanae Ecclesiae in septem soliis presbitero
Car.li contraxerat. quod vt etiam denuo emendetur
plurimum rogo d. vram Rma. Nam ista quae semel mihi
sunt liberaliter a summo Pontifice concessa, et a d. vra
Rma impetrata, ita cuperem esse firma, et absoluta
vt in illis addubitare, et haesitare amplius nihil oporteat.
Exemplum illud ad supplicationem M.tis domini mei factum
et quo iam litterae ordinariis de semestri conferendorum
per vices in Regno cum Summo Pontifice Sacerdotiorum
scribi deberent, est adhuc penes M.tem suam. Sed et
illud breui ad d. vram Rma mittetur, et existimo

q illud afferet cum cæteris rebus ille Doctor Stanislaus qui non multo ante est in minorem pænitentiarium Basilicæ Principis apostolorum de vrbe a D. vra Rma suscaptus.

Quod autem meminit Rma D. vra relatum sibi fuisse a Jacobo Schucz: cum adhuc in humanis ageret habere se s. in mandatis debuisse, vt D. vræ Rmæ aureos quadringentos numeraret cum de sacerdotiis Martini Rambieski fuisset prouisum iis quos Rma Mtas per litteras suas D. vræ Rmæ fecerat commendatos, plane ego sum nescius vnde hoc mandatum ipse Jacobus acceperit et quo pacto in ea re se demum gesserit. Verum cum dnatio vra Rma bullas prouisionis sacerdotiorum Martini Rambieski, et Nicolai de Gamratis huc ad me per Joannem Lukomski misisset, et singulis desuper suam æstimationem adscripsisset, miseram tum etiam singulas cui pertinebant, et exegi ab omnibus æstimationem bullarum, prout desuper erat annotatum, et præterea etiam a domino Petro de Gamratis fratre defuncti Nicolai etiam de Gamratis exegi annatæ pecuniam: a reliquis duobus annatæ pecuniam nullam habui illud autem totum quod exegi faciebat summam Ducentorum aureorum minus duobus, quos aureos tulit et numerauit D. vræ Rmæ Regiæ Mtis tabellarius qui isthic paulo ante fuerat.

Residuum quod a duobus adhuc pro annata debetur hoc est a Laboczki domini Archiepi Gnesnen. nepote et Benedicto domini Episcopi Posnanien. fratre: ignoro quantum sit futurum, quidcunque tamen iuste debitum ab ipsis erit curabo vt exigatur, et ad D. vram Rmam per occasionem mittatur.

De Aureis ducentis quos acceperat Jacobus Schucz in sumptus bullarum, et litterarum Suffraganei mei, et aliarum literarum

si opus fuisset faciendos: audio ita accidisse, quod illos in manibus domini Jacobi Cortesii reliquerit, idque coram Secretario vestrae Rmae D. domino Motta: et quodam publico notario, palam ante mortem suam recognouerit. quos ab eodem domino Cortesio si hactenus non fecit D. vra Rma recipere dignetur. Nam ego ei quem pro expeditione bullarum Suffraganei mei, et vnionis Ecclesiae parrochialis in Wawrzincicze aliarumque rerum breui mittam peccuniam aliam subministrabo. Adolescens ille Stanislaus Podlodowski: qui nuper istic erat apud D. vram Rmam Suplicat sibi prouideri, de quadam parrochiali, nuper in opido Skrzini vacante, cuius hoc negotium d. vrae Rmae plurimum commendo. Insinuabit autem et id et caetera omnia prout oportet D. vrae Rmae praenominatus Bartholomeus Gandkowski, modo operam, et authoritatem suam in iis d. vra Rma adhibere et praestare non dedignetur. Nam ego illam d. vrae Rmae offitiis omnibus, et obseruantia mea diligenti optime mereri curabo.

Et quia intellexi, gratos fuisse D. vrae Rmae crateres argenteos per me illi dono missos. Dabo adhuc operam, vt aliquot vascula argentea illi breui mittam. quam interea temporis felicissimam esse, et optime incolumem vehementer desidero. illique me et studia mea iterum plurimum commendo. Datum Cracouiae die xxv. Septembris.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Viceecancell.
Cardinali Sanctorum quatuor

R.me in Christo pater: et domine domine honorandissime
Salutem et humilem seruitutis meae commendationem.

Cum allatum esset in ducatu Lituaniæ vbi Mtas domini mei nunc est. De obitu Jacobi Schuez qui Romæ in Curia Sanctis.mi domini multos annos versabatur. Scripsit ad me Mtas sua litteras iubens et mandans quo d. vram Rsmam meis hinc celerioribus litteris facerem certiorem. velle paulo: post suam Mtem suplicare Sanctis.mo domino nro: vt sacerdotia eiusdem Jacobi defuncti, eis quos Mtas sua nominauerit conferantur. Siquidem ille istic, velut sollicitator. et negotiorum gestor Mtis suæ et subditorum eius sit mortuus.
SAnctis.mus vero dominus soleat æque graciose, de eiusmodi personarum sacerdotiis pro postulatis principum quorum subditi erant prouidere, vt ex illorum Sacerdotiis prouidet et cedit, ad optata Rsmorum dominorum Carlium, qui sui familiares quandoque habebantur. quare ego d. vram Rsmam mandato domini mei, ita de hac re certiorem facio, et plurimum rogo, vt interea quod afferentur Sanctis.mo domino et d. vræ Rsmæ Mtis suæ litteræ, rem hanc apud Sanctis.mum Dominum curet et suspendat, ne de ijs Sacerdotiis. Si forte cui nolit Mtas sua conferrentur, aliqua deinde contentio oriatur. tametsi contra Mtis suæ voluntatem omnium conatus vanos et inutiles, de hac re puto futuros. Dnatio tamen vra Rsma Regiæ Mtis voluntatem, prout alias optime et diligenter solet, tutari et promoueri dignabitur. quod procul dubio, illius Mtas beneuolentis.ma, sua Regia gratificatione, referet D. vræ Rsmæ, cuius ego beneuolentiæ et amori me plurimum commendo. felicis.mamque esse et diutis.me incolumem vehementer desidero. Datis Cracis. die ij Septembris.

Petrus Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Antonio Fuker.

Spectabilis et generose domine amice noster chariss.me
Tametsi nihil dubitemus D. vram, ad priores litteras nostras peccuniam factoribus suis suppeditare iussisse, ad eximendas litteras quas in plurimis negotiis nostris apud Sedem Apostolica expediri nobis fecimus. quia tamen et alia adhuc multa denuo curare, et priora si non fuerint absoluta perficere apud eandem sanctam sedem Apostolicam commisimus Doctori Stanislao Rzeczicza pænitentiario Apostolico minori, qui illuc hoc tempore est profectus. Rogamus plurimu D. vram. vt in ea omnia, quæ ille nomine nro curabit, peccuniam illi in vrbe suppeditari faciat quanta ille opus dixerit. Namque nos arbitramur iam iterum D. vram rationes suas, et negotia Romæ instaurasse: factoresque illic. et negotioru suorum gestores constituisse cum illuc et summus Pontifex, et multi insignes viri redierunt quidquid autem nos illic pro nobis numeratu esse cognouerimus id iterum D. vræ apud D. Georgiu Hegel Cracouiæ multa cu gratitudine dissoluemus.) Nouarum rerum nihil est apud nos in presentia, nisi quod audimus Regem Joannem in Hungaria esse, et multorum procerum illius Regni fauore, et auxilio adiuuari.
Quodque iam cum Thurcis fœdus et consilia inierit firmaueritque, vt coniunctis illorum secum viribus quosque aduersantes sibi a Regno Hungariæ prohibere possit.
Audimus etiam Serenissimu dominu Regem Ferdinandu copias non vulgares in Hungariam misisse, vt et ijs qui in fide sua

permanent auxilium ferat, et adversario suo, ut caepit bello resistat. quae omnia nobis videntur ad illius Regni quondam in Christianitate florentiss.mi et opulentiss.mi perniciem, et detrimentum spectare. quod et D. vram, et alios omnes, qui recte rem considerant, et quieti publicae student aeque sentire putamus. Nos equidem, si quid possemus in medium pro bono pacis consulere, neque operae, neque diligentiae nrae parceremus. Sed ad tanti momenti negotia: maioribus consiliis, et authoritate opus esse intelligimus. quare nos bona spe eventus aliquos bonos in omnibus rebus expectabimus, et D. Deum pro communi Principum Christianorum concordia, et pace orabimus, et diligenter precabimur. Cupimus esse D. vram incolumem et faelicem cuius benevolentiae et amori nos commendamus. Datum.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Chortesio Scriptori Apostolico.

Rnde domine Amice char.me. Illo adhuc tempore quo D. Jacobum Schucz mortuum accepimus, ego fui factus certior Jacobum cum moriturus esset testamento suo declarasse, quod D. vra debitor illi existebat in sexaginta aureis illius pecuniae quam tabellarius M.tis Regis nostri, per errorem ipsi dederat, cum tamen per me ad manus R.mi domini Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum fuerat missa. Sed hac de re propterea hucusque nihil D. vrae scripsi, quia confidebam illam sponte sua R.mo domino Car.li Sanctorum quatuor coronatorum, vel domino Penitentiario nostro numeraturam esse. Nunc tamen quia aliter eve:

misse quam sperabam video, et quia denique ab iis quorum interest admoneor de pecunia integra prestanda D. vram Rsmam plurimum rogo, ut Sexaginta istos aureos in manibus Rsmi D. Sanctorum quatuor Cardinalis reponat, ne et ipsa deinceps per me, et ego per alias personas ratione huius debiti molestemur. Curet etiam, et operam suam faciat D. vra, pro sua erga me beneuolentia, ut Do. quoque de Capisuchis Sacri palacii auditor Septuaginta aureos in quibus Jacobo Schucz defuncto est obligatus dissoluat, eosque ad praefatum Rsmum D. Cardinalem deponat. faciet D. vra non modo rem aequam et iustam, sed et omnibus ad quos pertinet, michi vero in primis gratam. quae bene valeat, et sit faelix. Datum Cracouiae die ultima Augusti. Anno d. M° D° XXX°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Antonio Foker.

Spectabilis domine amice charme.

Proximis retro diebus. Allatum est nobis breue Summi Pontificis: quo datur, et conceditur facultas Sufraganeo nro munus consecrationis suscipiendi, ea tamen conditione interposita, ut diplomata prolixa hoc est bullas: quae pro more Episcopis futuris tribui solent, intra annum sibi conscribi et redimi curet, cum primae bullae, quae nostro sumptu iam erant confectae, et expeditae, per illumque tumultum, et ~~ex~~ seditionem Romanam amissae nusquam reperiantur. In quod sane cum aliter non licet, necesse erit nos alium sumptum facere. Nunc quoniam incidit quiddam praeproperum quod

post mortem Jacobi Schutz nobis apud Summu Pont: curandum foret. Scripsimus istas ad Rmu D. Cardinalem sanctorum quatuor coronatorum litteras, interea quod reliquas ad Summu Pont: conficimus. quas quia celerrime ad illum perferri cupimus. magnopere rogamus D. vram, vt illas per primum nuntiu, quem in Italiam, et Viterbiu mittet. perferri ad eius Rmam D. curet. quo faciet nobis rem plurimu gratam, et quam illi vicissim beneuolentia, et gratificatione nra compensare libenter studebimus. Valeat optime, et sit faelix d. vra: et fruatur faelici in rebus suis successu. Datf.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Nicolao de Niscziczse Castellano Sieprcen.

Generose domine Amice char.me. Pecut a nobis vestro nomine, dominus Samuel Maczicziowski vt in commendationem fratrs vestri Regias litteras, ad Rmu D. Cardinalem s. quatuor scribi faceremus, quod nobis visu non est factu necessariu, quando iam semel a principio commendatus illi fuit et non multu adhuc praeteriit tempus, vt illius d. Rmae se in familiaritatem addixit. Sed vt commendationem interdum repetere non noceret, Si mores fratrs vestri ad dignitatem comendationis Regiae, vt decet consentirent. verum vt nobis ex vrbe scribitur, longe moribus ab offitio, et decoro sui generis abscedit. Nam preter hoc q familiaritate sollicitatoris Regiae Mts, et nostri ~~tempore~~ spreta, ita in societatem infamis et improbi hominis Michaelis de Paczanow aliorumq nebulonu se tradiderit, certo edocti sumus, etia contractus quosdam de pensione super Episcopatu Plocen

reseruata cum Cardinali Gaietano illum facere. quæ res cum ad offensionem domini Episcopi, et Mtis Regiæ spectet, facile illi inuidiam, et vestræ toti familiæ difficile aliquod negotium exibere posset. quare vos hortamur: et rogamus, vt si consultum esse famæ fratris vestri velitis, moneatis illum, ne comendatione Mtis Regiæ: et offitio suo illic manens abutatur. Vestra enim omnium interest, illum Romæ honeste, et quiete viuere: ac in laude quæ nobilem adolescentem decet versari.

Cæterum postulauit a nobis, Rmus D. Cardinalis ss quatuor vt ei aliquem pulchrum equum gradarium mitteremus. id quod nos libentissime modo facere volumus. Verum cum hactenus habere hic non potuerimus talem equum qui nobis placeret: et qui tanto Prælato cum dignitate nra mitti possit. rogamus vos plurimum Si istic est apud vos aliquis bonus, et pulcher equus gradarius cum ematis, et ad nos mittatis. Nos vero peccuniam quam pro illo expendetis vobis numerabimus et offitium hoc ~~vrm~~ omni beneuolentia, et gratitudine nra vobis per omnem occasionem referre curabimus. Bene valete: et nos diligite. Datis

Sigismundus primus Rex Polonie.
Clementi Pape Septimo.

SAnctissime in Christo pater, et domine domine clementissime. Post humilem meum regniqz et dominiorum meorum comendationem et oscula pedum beatorum. Ingentes ago, et habeo Sanctitati vestræ gracias, quod ad postulata petitionemqz meam. suscipere et designare dignata sit Sanctitas vra in pænitentiarium minorem Illirice et Polonice linguæ Doctorem Stanislaum subditum nostrum, virum procul dubio probum et eruditum,

et qui pro laude istius sanctæ sedis Apostolicæ: et decoro Regni mei, hoc munere fungi facile possit. quem equidem Sanc.tis vræ paternu amorem: et singularem in me beniuolentiam cu pluzimis cæteris in me collatis beneficiis diligent.mo studio, et in sanctam sedem Apostolicam obseruantia ille bene mereri, ac cum ipsu quidem Doctorem Sta.m San.ti vræ iteru commendo illiq supplico: vt ea quæ nomine meo istic cum R.mo D. Cardinale Regni mei protectore aget, benigna aure: et attentione excipere: et deinceps etiam in iis quæ illi agenda commisero: clementem se et piam illi præstare dignetur. quo me et Regnum meu sibi sediq sanctæ suæ perpetue deuinciet San.tas vra. Cui ego fæl.mos quoq successus exopto, et in longissima tempora cum toto ordine R.morum D. Car.lium et alioru Pontificu, et sacerdotu suoru: optime sanam esse et incolumem vehementer desidero. Datis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali sanctorum qu:or Coronatoru.

R.me in Christo pater, et domine amice char.me ac honorandu. Dedimus per eum Doctorem Sta.m, et pœnitentiariu minorem ad S.mu D. nostru litteras. quibus San.ti Suæ magnas agimus gracias q cum ad postulata nra ei muneri præficere dignata fuerit. quod idem etiam D. vræ R.mæ referimus acceptu. Namq scimus illam, in id quoq operam et diligentia suam non vulgarem contulisse. quam quidem opera, nos grat.mo animo suscepimus, illamq volumus vicissim per occasionem D. vræ R.mæ plurima beneuolentia, et gratificatione nra referre.

Exemplum quo litteræ Sanctis.mi domini nostri scribi debeant de plena et perpetua sex Mensiu immunitate qui ad ordinarios Regni nostri per vices alternas legittime pertinent. bene nobis placet, ob illudq ita factu, et cu summa gracia atq benignitate Sanctis.mi Domini nostri impetratum, precipuas, et singulares D. vræ Rsmæ agimus gracias/ nihil enim dubitamus illam in hoc uti in cæteris rebus amanter, et offitiose nobis opera, et diligentia sua presto fuisse. Veru quoniam nos nodose constitutionu Romanaru perplexitatis et varietatis ignari, dispicere et animaduertere satis non possumus quod olim isti priuilegio, et impetrationi nostræ obesse vel obstare posset. industria in hoc et cura D. vræ Rmæ quam in eo cognitionis genere, non medioceris peritiæ et exercitationis esse scimus uti volumus, magnopereq illam rogamus, ut nra causa pro sua prudentia, absolutis.ma omni ex parte, et offensionibus quibuscunq vacuam hanc impetrationem nram reddere curet, atq diligenter omnia scribi, et inseri in litteris faciat quæ bene firmu et tutum efficiant posteritati priuilegiu, ita ut Episcopi Regni nostri libere sacerdotia in sex Mensibus illis concessis conferre possint, non obstantibus quibuscunq reseruationibus generalibus, vel specialibus, vnionibus, regressibus accessibus: coadiutoriis, et aliis id genus impedimentis. Nos enim hoc vicissim D. vræ Rsmæ, beneuolentia nra, sedulo referre curabimus

Breue Suffraganeo Rsn.di domini Episcopi Cracis. missu. quãuis propter egestatem suam et humilitatem tituli, sufficere potuisset ad absoluendu et exequendu munus omne, ad quod est vocatus et designatus, tamen quia D. vræ Rmæ visum est ut in cæteris etiam diplomatibus expediendis mos et consuetudo Cameræ Apostolicæ seruetur, amplecti mandata, et iussioni summi Pont: parere, bullasq sibi curare confici decreuit.

Quia autem, intantu est tenuis Suffraganeatus eius facultas

et functiones Episcopales graues, atq supra modu operosæ.
Cupit D. Episcopus Crac. oneris istius grauitatem auctioris pro:
uentus commodo subleuare, ea vero ratione, vt Ecclesia Parro:
chialis in oppido Wawrzinczicze quam nunc obtinet Ven.lis Pe:
trus Wapowski Decanus Ecclesiæ Crac. perpetuo Suffraganea:
tus offitio assignetur et vniatur. quare nos plurimu rogamus
a d. vra Rma, vt eius vnionis litteras, pro voto Domini E:
piscopi Crac. a Sanctmo domino nostro impetret, et scribi
prout melius expedit faciat. In quo quidem negotio, et ipse
D. Episcopus cum d. vra Rma, vel per nunctiu vel per litte:
ras aget, et voluntatis suæ sententiam abunde declarabit.
Pauci autem præterierunt dies q ad D. vram Rma Exem:
pla breuiu duoru remisimus, vnius quidem de translatione
Nominationis, quam habebat ven.lis olim Joannes Saboczki
pænitentiarius præmortuus in Joannem Sbaski Secretariu
nostru: alterius vero de Sacerdotiis quibusdam domino Epi:
scopo Crac reseruatis, quæ exempla si accepit D. vra Rma
nihil dubitamus q ad postulata, et desideriu nostru (quod
ex litteris nostris tum etia vna missis cognouit) mutari quæ
oportebit faciet. Verum si contingat ea d. vram Rma non
accepisse isti Doctori Stanislao dedimus negotiu vt rem om:
nem ab initio D. v. Rma exponat. Namq in eodem ipso litte:
rarum fasce incluseramus etiam ad Sanctmu dominu nostru
litteras, quibus suplicauimus Sancti suæ, vt Sacerdotia post
mortem Jacobi Schucz vacantia, certis subditis nostris, et
a manu Cancellariæ nostræ inseruientibus conferre di:
gnaretur, quod nunc etiam denuo repetimus, et rogamus
D. vram Rmam, vt nostro nomine de hac re cum sua
Sanc.te agat diligenter, instruet autem D. vram Rmam
si opus fuerit, et de hac quoq re copiosius prænominatus
Doctor Stanislaus, Sedis Apostolicæ minor pænitentiarius.
Cæterum de Michaele illo de Paczanow de quo, et alias

scripsisse nos ad D. vram Rp.ma meminimus. Aget nomine no:
stro multa cum D. vra Rp.ma is ipse Doctor Stanislaus ad
quæ vt se pro voto, et desiderio nostro accomodet D. vra Rp.ma
plurimu illam rogamus, homo enim nequam, et obscuro loco natus
non cessat hic per calumnia multis subditis nostris negotiu
facessere, euocando hmo'y illos, et per edicta sedis Aplicæ
in contentiosas lites lacessendo, atq extrahendo viros
alioqui simplices, et quietos, quiq non satis queunt neq valent
rabulæ istius inuolucris et iniquis criminationibus respondere.
Præterea et in nostri juris authoritatisq potestatem liberius
iam quàm par est, et quàm ferri a nobis possit committit.
Namq contra edicta nra, et consiliariorum nostrorum decreta.
sequestros legittime a nobis ad reditus suos intercipiendos
datos, multis propulsat et impetit iniuriis, quos quidem re:
ditus ille ex constitutionibus Regni nostri, propter pluri:
mos excessus suos amittit, et illis iuste priuari debet.
Quare plurimu rogamus D. vram Rp.ma, vt ad improbos
conatus, eius ipsius hominis, qui crimine falsi istic notatus est
se opponat pro subditis nostris, et si aliquid contra illos apud
istam Sanctam sedem attentare, et moliri velit, illi resistat
neq paciatur ad eam indignitatem judicia fori Romani
declinare, vt nos per vnius vilissimi et flagitiosi Subditi nri
audatiam in obseruatione Juriu, et constitutionu Regni nri
impediri debeamus. Namq et a judicum Romanoru iustitia
et honestate alienu esse videretur. Si hominem scelestu, et
quem ipsi etiam in nefariis criminibus deprehenderunt, et nota:
runt fouere, atq ad id in quo est a nobis reus repertus et ju:
dicatus communi consiliariorum consensu, et decreto restituere
vellent. Sed hæc ne videamur diffidere æquitati, et beneuo:
lentiæ D. v. Rp.mæ non exaggerabimus longius. Credimus
enim omnia ita facturam esse prout nos cupere ex Doctore
Stanislao, qui presentes illi reddet intelliget. cui in omnibus

nostro nomine referendis plenam ac indubiam fidem adhibere velit. et valeat fel.me vra Rp.ma D. ac Sanctis.mo domino, nos frequenter commendato. Datis. Vilnae.

Petrus Tomiczki Eps Crace. Vicecancell.
Doctori Rzeczicza Poenitencionario Romano.

Venerabilis domine frater in Christo char.me.
Non multo ante Aquilla attulit nobis litteras vras. quibus magnopere fuimus consolati: qd vos incolumem, et faelicem isthuc peruenisse intelleximus. fauemus enim vobis et salutis bonae incolumitatem: et fructum cuiusque secundi successus. Nihil quidem dubitamus vos pro vra prudentia et virtute, negotia omnia. quae et Mtis Regiae: et meo nomine apud istam sanctā sedem curanda suscepistis: diligenter esse procuraturos. nunc tamen iterū vobis omnia haec diligenter et ex animo commendamus: et rogamus a vobis plurimū, vt ita quemadmodū hinc abeuntes recepistis: et prout postea vobis scripsimus et commisimus singula conficienda curetis. detisque operam vt in omnibus desiderio nro satisfiat.
Jam aliis litteris nostris vobis scripsimus Paulum de Chodow attulisse nobis illas litteras prouisionū in sacerdotiis Jacobi Schucz factas: cum multis aliis breuibus ad nos pertinentibus Sed tamen Seruitores nostri, quibus de iisdem sacerdotiis est prouisū, non sunt hactenus ad possessionem vllius admissi cooperante hoc D. Archiepiscopo Gnesnen, et iis, quos ad singula sacerdotia intrusos dedit, et collocauit.
Intrusi enim et occupatores Sacerdotiorū violenti, ab intimatione litterarū a seruitoribus nostris sibi facta appella: tionem

tionem interposuerunt, et Romam prouocarunt termino sexagesimo die praefinito. Nos vero, etsi terminum hunc obseruare aliis litteris commisimus seruitorum nostrorum nomine, Nihilominus tamen monitorium paenale contra contumaces hic extendi nuper fecimus. quare nos ea, quae ad rem iuris pertinere videbuntur, hic obseruabimus, vos vero istic curetis: vt in termino pro contumatia et audacia sua intrusi declarentur.

Caeterum Mtas Regia scribit ad Rmum D. Cardinalem protectorem Regni sui litteras: vt vnionem perpetuam parrochialis in Wawrzincice Suffraganeatui Crac. impetret, et item etiam vt Iuspatronatus Praepositurae Ilssensis, quam Michael optinet, ad Capitaneum castri Ilssensis presentem: et qui pro tempore illic erit, transferri, sedis Apostolicae auctoritate curet et obtineat. quod vtrumque negotium nos vobis comendamus: et sollicitandum apud Rmum D. Carlem diligenter committimus. Nam vtraque haec res in Episcopatu nro, summe nobis videtur esse necessaria.

Commendamus plurimum diligentiam vram, quam in negotio domini Isdbienski praestitistis, et quod aduersum Michaelis rationes quibus in suam opinionem pertrahere Rmum D. Carlem conatus est argumentis his vsi fueritis, quae nobis litteris perscripsistis. Namque verum est dubio procul singulas prouintias priuatas suas habere leges, quas tenent, et obseruant communiter. itaque illis vtuntur, vt in aliquo ab illis discedere nephas et piaculum ducant esse maximum. ita et nostrum hoc regnum priuilegio in omnibus Cathedralibus isto hactenus est vsum: vt nemo plebeius Canonicatum vel dignitatem obtinere valeret quod Michael multis suis conatibus violare vel infringere nunquam poterit. Nam et alii viri insignes, memoria nra idem sunt conati, tamen nihil obtinere contra priuilegium et consuetudinem in Regno diu seruatam potuerunt.

Agat tamen quidquid velit Michael, priuilegii certe nostri, et consuetudinis diuturno vsu firmatae rationem nunquam immutabit.

Vos modo quantu in vobis est detis operam, ne quid ille in præiu:
ditiu D. jsdbienski impetret, neue D. Car.li quid a veritate alie:
num persuadeat.

Cum missus istuc esset ante annu vti scitis Andreas tabellarius
Regius viuente adhuc Jacobo Schucz ducentos aureos, quos
Rmo D. Cardinali Protectori, dare debebat, Jacobo Schucz
per errorem numerari fecit, quos nunc ducentos a nobis ipse
D. Cardinalis repetit. Nos autem rescribimus presentibus D.
suæ Rmæ errorem commissu esse in reddendis aureis præ:
nominatis. Et rogamus vt Dnatio sua Rma, authorita:
tem suam in illis recuperandis interponat. Moriens enim
Schucz domino Jacobo Cortesio: et domino Paulo de Capisucis
auditori rotæ ducentos supradictos, vel in mutuu vel in de:
positum dederat. Vos etiam rogamus vt ab eisdem, ducentoru
aureoru summa nomine nro. et Smi domini Regis nostri, si
fuerit opus repetatis. Rmoque domino Car.li illos restituatis
Namque hic ab hæredibus Jacobi nihil exegi poterit, cum
sint inopes et miseri. Reliqua item negotia vobis commissa
exequi diligenter curetis, pro vra solita erga nos beneuolentia
et propensione, et fel.me valeatis. Datis Cracouiæ die ii Maii.

Petrus Tomicius Epus Crac. vicecan:
Stanislao de Rzeczicza penitenciario Romo

VEnerabilis Domine frater in Christo char.me
quod prætermiseramus alteris litteris scribere presentibus
a vobis rogamus, vt simul cum Bartholomeo Gandkowski
diligenter aduertatis, ne quid ex parte intrusoru contra
seruitores nostros quibus est de Sacerdotiis Jacobi Schucz

promissum isthic attentetur. Caeterum etiam causam plebanatus in magna Skrzim opera et patrocinio vestro quoad eius fieri potest tueamini. Nam D. Maczicziowski in jus quod Stanislaus Podlodowski habuit subrogari debet. In presens tamen per absentiam Podlodowski, de constituendis procuratoribus ad cedendum procurare nihil potuit. Vestrum tamen erit haec quae videbuntur necessaria isthic hoc nomine curare. interea dum aliquis alius Nuntius qui in urbem iret se illi offerat, per quem vos instruere in hac causa melius possit. Bene valeatis, sitisque faelix semper. Datum.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Bartholomeo Gaendkowski

Honorabilis domine frater in Christo char.me. Ad diem S. Bartholomei allatae sunt nobis per dominum Venceslaum Plebanum Grodnen. litterae tuae simul cum diplomatibus, et breuibus Apostolicis, quae tu et D. paenitentiarius mittere nobis curastis ex quibus perspeximus singularem fidem et diligentiam tuam, quam in procuratione rerum nostrarum isthic praestitisti, quae equidem magnopere nobis grata est, eamque tibi vicissim omni beneuolentia, et gratificatione nra referre ad omnem occasionem curabimus.

De Plebanatu in Buk tametsi scripseramus ad te, ut illo Przedslawski seruitori nro concederes, quia tamen te et illo delectari, et litteras iam expeditas habere intelleximus nolumus te illo inuitum priuare. Namque ubi fortunas tuas non adiuuaremus, minuere certe, et impedire illas nunque tibi vellemus. quare utaris Plebanatu illo pro voto tuo: et cum gracia ac

fauore nostro. Si tamen vt audimus Scharowski, pro incerta quapiam re, illum abs te consequi debeat, gratissimum nobis feceris vt Andreas Przeczlawski illum habeat parrochiali in Parzinia tibi concessa. quam et in prouentibus non exiguam esse scimus et nulli alteri iuri obnoxiam futuram speramus.

De Parrochiali in Sadziciowicze commendamus consilium tuum et domini Paenitentiarii. Nam et nobis idem videtur quod scribis, sumptus eos inanes futuros fuisse, cum non constet Jacobum Schucz illam impetrauisse.

Gratum est nobis te impetrasse gratiam Expectatiuam ad Dioecesim nostram: per quam vt aliquid nancisci quandoque valeas te et patrocinio, et fauore nostro iuuare curabimus. Pro eo enim quod nobis offitiosam et diligentem isthic praestas operam. libentius videbimus, vt in nostra potius: quam in alterius cuiuspiam Dioecesi. domicilium tuum firmes et habeas.

Conditio pacti initi cum Michaele satis nobis placet. veremur tamen ne ille nos artibus suis ducere, et fallere cupiat, cum Jura quae mittere propediem promiserat, in hunc vsque diem mittere non curat. At si miserit nos pro offitio nostro R.mi domini Cardinalis voluntati in hac re satisfacere curabimus: illumque quadraginta marcis, vel amplius annui certi reditus contentari faciemus. Si tamen res arbitratu nostro agi deberet, et non R.mi D. Cardinalis nos in hac parte authoritas et voluntas permoueret. adduci equidem non possemus, vt compromissum hoc in nos factum susciperemus: cum et Michaelem Juris nihil habere, vt tu fortasse non ignoras sciamus et non satis aequum arbitremur: vt is benefitio et liberalitate nostra vtatur: qui non semel et contumeliosa temeritate sua nos affecit, et plurimis maledictis laesit: et prouocauit: nulla ratione et dignitatis nostrae, et suae dignitatis ignobilis habita. quia tamen suspecta est nobis fides sua vt D. Paenitentiario scripsimus, consultius esse arbitramur, vt

vterq; instetis apud Rev.mum D. Car.lem quo cessionem juris sui isthic sine quauis dilatione faciat, in spem contentationis, per nos sibi decernendæ. hæc enim illum minime fallet, vt scripsimus D. Pænitentiario.

Mittimus isthic cum presentibus exemplum vnionis Ecclesiæ Par.lis in Wawrzinciczo Suffraganeo seu Suffraganeatui Cracov. quam authoritate nra ordinaria, vt visum est Rev.mo D. Car.li fecimus. quare volumus vt diligentem adhibeas operam: quo hæc vnio sufficienter: et valide confirmetur vt in posterum nullis impedimentis obnoxia esse possit. curesq; vt et narratio recte constituatur: et coadiutoriis ac quibuscunq; vnionibus: et aliis id genus obstaculis derogetur. Audiuimus enim D. Petrum Vapowski Decanum Ecclesiæ nostræ qui possessor est Plebanatus prænominati: quiq; familiaris quondam fuerat Rmi olim D. Frederici Cardinalis in septem soliis in coadiutoriam consensisse D. Bernardo Vapowski Nepoti suo et Cantori Ecclesiæ nostræ. hoc idem etiam facere te volumus circa Præposituram Isslsen. cuius conferendæ jus patronatus concedi in perpetuum rogauimus Capitaneo seu Castellano castri Isslsensis pro tempore existenti, vt latius nunc et alias ad D: Pænitentiarium scripsimus. Nam fuerit necesse narrare Præposituram illam non esse principalem dignitatem in Collegiata Ecclesia. sed ruralem Præposituram, et ante vocatam, et nunc vocari, et ita prouidere, vt jus presentandi ad illam sit apud Capitaneum Isslsen firmum, stabile, et perpetuo citra vllum impedimentum mansurum.

Non putamus autem necessarium esse, vt narretur in supplicatione, et petatur eum ipsum Capitaneum seu Castellanum Castri Isslsen debere presentare ad prædictam Præposituram personam gratam Episcopo, aut quam Episcopus illi nominauerit. Satis enim est, vt ille habeat jus et potestatem presentandi Præpositum. et non relinquatur vlla in posterum occasio

irritandi presentationem ipsius. Sunt et alia quae Domino Paenitentiario in negotio domini Georgii Miskowski et Doctoris Rawe Phisici nostri scripsimus, in quibus volumus etiam te in parte operae et diligentiae tuae collocare. Si autem fortasse contingat nunc Summum Pontificem ex vrbe Roma discedere, vbi D. Paenitentiarius non adsit, tibi soli ad haec omnia supradicta curanda mandatum damus, et vt resignes litteras, quas ad D. Paenitentiarium scripsimus admittimus. Namque celerem expeditionem omnium istarum rerum habere optamus. jn quarum sumptum ducentos aureos domino Paenitentiario apud Mensam Fuccarorum dari mandauimus, tametsi intelligebamus minori peccunia haec curari posse, tamen quae residua erit, seruari ad alia quae occurent poterit. De his quae apud nos et apud vicinos aguntur ex domino Paenitentiario cognosces. Bene vale, sisque faelix et incolumis.

Nobilis et amplissime domine Amice char.me. Iampridem multa de vra virtute, et singulari erga gentem nram humanitate audiuimus quodque in causis quas in patrocinium et defensionem vram suscipitis, diligentem operam et curam impendere, et praestare soleatis quod quidem humanitatis vestrae offitium plurimum in modum nos delectat: cum id non ex debito vllo, sed ex liberalitate animi vestri potissimum vos facere intelligamus. Quare agimus, et habemus vobis plurimas hoc nomine gracias. Deinde etiam vos rogamus, vt in causa domini Benedicti Izdbinski seruitoris nostri quam istic de Cantuar

Cracs aget, et curabit D. Doctor Stanislaus Rzecicza Sedis Apostolicae Paenitentiarius, et Bartholomeus Gandkowski, illis consiliu et patrociniu vestru impendere velitis. Nam quidquid in ea re vos officii et curae praestitisse cognouerimus, nostra id vobis beneuolentia et gratificatione referre sedulo et liberaliter curabimus. Cupimus vos bene et faeliciter valere. Dat.

Petrus Tomicius Epus Crac Viceccan: Bartholomeo Gandkowski

Venerabilis frater in Christo nobis dilecte. Cum Varsouiae in Conuentu publico nuper essemus, Maximoru viroru et proceru Ducatus Masouiae ordo: et corona fere totius Senatus, nos precibus adorti sunt, vt pro nostro patrocinio, quo te prosequutos nos semper intelligebat, tibi persuaderemus, vel potius te adduceremus Authoritate nra qua te maximi facere putant: vt Golinski aduersario tuo de Jure Can.tus Ploceu quod per prouisionem sedis Aplicae post mortem domini Saboczki aut Jacobi Schutz obtineS cederes: et cum alio, istiusmodi lites exerceres, quam cum eo qui hic et Domino Episcopo Ploceu charus esset, et magnam necessitudinem cu Primoribus eius Ducatus haberet, in qua re cum nos diu illorum precibus reluctati essemus, rationem adducen. q non liceret nobis Jus alicuius inuito ipso eripere, ferre tamen ad vltimu illoru importunas preces nequiuimus quin polliceremur ipsis te adducturos nos esse, vt bona conditione Juri ei quod obtineS cederes. Et equidem veniebat tum nobis in mentem, et cu domino Samuele Maczieiowski Can.co

Ecclesiæ nræ. qui tuam causam tutabatur sæpius conferebamus te in magna inuidia. et pertinatia potentum. et contentiosorum hominum non posse satis Jus suum tutari. quare ex re tua fore arbitrati. concordiam et contractum eiusmodi hic fecimus nomine tuo cum aduersario, vt vez tu tenearis Juri, liti. et causæ concedere, ille vero tibi pendere debeat annuam pensionem. viginti et sex aureorum Hungaricalium. quos viginti aureos ita expeditos. et preter litem. magis vtiles tibi futuros opinabamur quam Can.tum ipsum. qui et litigiosus est: et non ampliores prouentus. quam octo sexagenarum habet.
Quare te hortamur vt hunc contractum per nos in commodum tuum factum. grate suscipias et approbes. cedasque cum eris requisitus omni Juri: quod ad dictum Can.tum habere te prætendis.
Cæterum agimus tibi gracias. quod litteris tuis feceris nos certiores: de allato isthuc fasce nostro cum Regiis litteris. quas Mtas sua de reseruandis: et conferendis Scribis Cancellariæ suæ sacerdotiis post mortem Jacobi Schuez vacantibus. ad Rmum D. Cardinalem sanctorum quatuor scribere dignata est. Solliciti enim per multum tempus fueramus. ne non amissæ vel aliquo pacto supressæ prænominatæ litteræ fuissent et licet certo speramus Rmum D. Cardinalem facturum esse omnia ex sententia: et ad postulationem Mtis Rę. tu tamen cum domino Doctore Rzecicza. quem istic iam esse credimus dabis operam diligentem, vt postulationi et desiderio Mtis suæ et nostro fiat satis. Bene vale.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan: Bartholomeo Gandkowski

Honorabilis frater in Christo char.me. Scribimus domino Penitentiario quaedam, quae in negociis nostris et nostrorum agere debeat, quae ne tibi repetamus ex litteris illius cognoscere curabis. In quibus ut non gravetur ipse Dominus Penitentiarius, tu illum opera, et industria, ubi oportebit adiuvabis: quod nos vicissim gratificatione nostra tibi referemus. Caeterum relatum est nobis te in causa Domini Malechowski: quam et fidei, et curae tuae nuper cum Domino Penitentiario commiseramus nescimus quid astus interposuisse, et ex industria curam eius neglexisse causae ut Michaeli gratificareris, sententiamque illum, et sequestrum assequi te tacente patereris: quod cum non mediocris vicii et notae existat, tacitum relinquere, sub hac occasione scribendi noluimus. quare te monemus ex hac criminatione te purges, ne nos in dubio simus, quo pacto in posterum, de tua fide nobis persuadere debeamus. Namque nos ut te in protectione nostra servaremus, ab initio tui Romam adventus; propterea te coniunctum esse cum domino Penitentiario voluimus: ut omnem Michaelis societatem, et perversos mores illius effugere facilius potuisses. quem tu nunc plus quam dominum Penitentiarium diceris observare. ~~Vale Datum~~. De quo iterum abs te certiores fieri volumus. Dat.

1

Petrus Tomiczki Epus Crac. Vicecan.
Bartholomeo Gandkowski

Honorabilis frater in Christo char.me
Accepimus tuas litteras: quibus hec in quibus propter causam domini Malechowski culpatus fueras excusas: quam excusationem nos quidem in eam partem, vt scribis accipimus, sed te hortamur: vt honori tuo et nostrae beneuolentiae, qua te prosequimur consulas: ac in posterum, non solum indigna quaeuis facta, sed infames etiam suspitiones: quae tuo nomini officerent fugias, et quantum in te est diligenter auertas. Ita enim et tuo honori, et amicorum tuorum de te expectationi prospicies et nos in veteri erga te fauore: ac beneuolentia confirmabis. De Plebanatu in Wawrzincicze: placet nobis consilium tuum, et domini Paenitentiarii. In quo iam firmauimus voluntatem nostram, Rmo. domino Car.li litteris nostris supplicauimus, et domino Paenitentiario commisimus: vt dimissa vnione, quae precio immodico aestimatur jus patronatus conferendi dictum Plebanatum vladario pro tempore existenti Cracouien. impetrare procuret in quo et tu industria, et opera tua iustam petitionem nostram adiuuabis: vt tandem desiderio nostro satisfiat. Bene valete Dat.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Mathie Episco Cuianiensi
Drzewicio.

R.me in Christo pater : et domine frater : et amice honorande.
Nocte praeterita D. Isdbienski . Can.cus Ecclesiae D. v. R.mae
e viuis decessit . Cuius quidem Can.tus prouisio , in potestatem
et dispositionem D. vrae R.mae redijt .
Nihil autem dubito D. vram R.mam hac oblata occasione
Macieiowski gentilis sui sponte sua habituram esse rationem.
Verumtamen ne ego , et opera et adiutorio meo quaerendae ac:
cessionis illi deesse videar : hisce meis litteris plurimum illum
commendo . D. vrae R.mae , et rogo , vt illi hoc Sacerdotium li:
beraliter conferat : et sit hoc pacto mihi et caeteris author il:
lum postea ornandi , et augendi fortunas suas . Et equidem
decet hoc plurimum D. vram R.mam facere vt eum quem
mihi saepius commendat : et alijs cupit charum esse : et
gratum : ipsa in primis diligat : et ditare , atque promouere
exordiatur . praesertim hac habita occasione , et ipso in ma:
xima expectatione nunc prouectionis suae constituto . quod
si ita fecerit D. vra , ipse , pater , et amici eius , qui illi pluri:
mum fauent D. v. R.mae hoc studijs suis : et offitiorum suorum
sedulitate promereri studebunt . Ego vero maximas illi ob id
agam gracias . Cuius me beneuolentiae : et amori fraterno
plurimum commendo . essique faelicissimam et optime incolumem ve:
hementer desydero . Datis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Matheo Cardinali Sancti Angeli

S Anct.me. Mittit isthuc Romam in negotiis suis R.mus D. Archiepiscopus Gnesnen Primas Regni mei: hunc Venerabilem Georgium Mischowski: quem vestra S. commendo. Supplicoque vt quae ab illa, iusta videlicet, et impetratu digna pecierit, in illis ei graciam, et benignitatem suam exhibere dignetur. quo et officium optimi et clemen.mi domini faciet: et me hac gratificatione plurimum sibi deuinciet. Commendo me etiam atque etiam Regnumque et Dominia mea vestrae S. quam pro incolumitate rei Christianae et optatis meis. cupio quam diutis.me incolumem et falicem. Datis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R.me in Christo pater. Discedens hinc a nobis is Honorabilis Leonardus Plebanus Vilnen notarius noster. peciit a nobis se et negotia sua quae isthic habiturus est v. R.mae D. Apostolicae in qua plurimum confidit commendari. Commendamus itaque postulantes ab illa, vt eundem Leonardum in ipsius actionibus et negociis ope, et patrocinio suo: quantum phas iustitiaque nostra exegerit adiuuet, vt quod maxime sperat. senciat hanc nostram comendationem sibi profuisse, resque suas facilius Auctoritate ipsius R.mae D. ad bonum et optatum finem perducat. In quo faciet rem, et humanitate sua dignam, et nobis gratam: adem

eadem R.ma D. quae feliciter valeat: et sit faelix. Datt.

Sigismundus primus Rex Polonie
Leoni Pape decimo.

SAnctis.me in Christo pater: et domine domine clemen.me. Post humilem mei Regniq et Dominiorum meorum commendationem, et oscula pedum beatorum. Abbatiam Czirwinen Duces Masouiae Subditi mei fundarunt: et dotarunt. Abbatemq ab initio semper presentare solebant. Tam vt intelleximus vra S.tas non pridem vacantem R.mo domino Car.li Sanctorum quatuor conferre dignata est. quae res vt insolita. sic et mihi Ducibusq ipsis Masouiae: et omnibus Subditis meis esset grauis et molesta. Et proinde supplico S.ti vestrae: nolit permittere modernum Abbatem hac ratione impediri. Satis enim oneris habet Clerus: et Monasteria Regni mei: in praestandis continue adminiculis mihi et Reip: contra infideles: ne etiam contra consuetudinem ad alia impendia deducantur. Merebor hanc graciam vrae S.ti. Cui me etiam atq etiam, et mea omnia commendo. Cracis. xxv. Julii.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo PONTIFICI

SAnctis.me. Quamuis ad ea, quae iam pridem S.tas vra mecum litteris, et Nunctiis suis: ac nouissime per fratrem Nicolaum Schombergum ordinis Praedicatorum agere dignata est: abunde illi per eundem fratrem ad omnia responderim tamen et hunc Oratorem meum R.dum in Christo Patrem dominum Erasmum Episcopum

Plocen: mittere ad S. vram volui: qui et eadem, et nonnulla alia negotia, apud illam ageret, et tractaret. Et proinde commendo eum plurimum S. vestrae, supplicoque, vt et benigne eum suscipiat, et quae in rebus nostris egerit, fidem illi, et graciam suam exhibere dignetur tanquam dominus clementissimus. Cui me regnumque et dominia etiam atque etiam commendo. ac fel.me illam valere desidero. 1518

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali PROTECTORI

Rme: Mittimus ad Sanctissimum D. nostrum Rdum D. Erasmum Episcopum Plocen Consiliarium nostrum: ad nonnulla negotia nra, apud eius Sanctem obeunda: quem vestrae Rmae Pti commendamus: vt illi in ipsis negotiis nostris consilio, et patrocinio suo adesse velit, et nos vicissim quacunque in re vrae Rmae P.ti complacere et gratificari poterimus id omni studio, et alacritate semper faciemus. quam fel.me valere cupimus: et cui nos ex animo comendamus. 1518

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali PROTECTORI

Rme in causa Canonicatus Cracovien Rmi olim domini Episcopi Plocen: delati sunt isthic in Curia Romana notarii quidam. Alexius de Cracovia: et Nicolaus Clopoczki, quasi falsa instrumenta confecissent. Cittatique cum non paruissent, in contumatia sunt condemnati de falso: honoreque, et beneficiis priuati. Nos id intelligen commiseramus Rndo Domino Epi:
Tominio

scopo Cracovien Regni nostri Vicecancellario: vt de hac re sedulo disquireret: ne vel insontes plecterentur, vel si nocen essent non conseruarentur in Regno nostro: cuius P. facta diligenti examine comperit ipsos notarios, non vlla contumatia: sed ex causis quibusdam rationalibus non potuisse isthic in vrbe comparere. Instrumentaque ab illis confecta, nihil eiusmodi continere, quod animaduersione dignum videretur, sed et reduxisse eius Paternitatem principales eiusdem causæ: et qui pro eodem ipso Can.tu Cracfiam dudum isthic litigarunt in concordiam: omnemque controuersiam sopiuisse. Quare rogamus v. Rȝ.ma P. efficere dignetur, apud S. D. n. vt ipsos Notarios ad Statum pristinum, et eorum dignitatem et Sacerdotia restituere dignaretur, et vt iam istic ea causa conquiescat. Nam nos vtrique parti nollemus quicpiam derogatum iri fuimusque contenti, quod per concordiam ipsimet inter se negotium transegerunt. Proinde faciet nobis vra Rȝ.ma P. rem gratiss.mam si ipsa isthic huic Tragediæ citra vllius dispendium finem imponi faciet. Cupimus ex animo, eandem Rȝ.ma P. vram optime valere, et ei nos plurimum comendamus.

Sigismundus primus Rex Poloniæ summo PONTIFICI

Sanctiss.me. Referet vra San.ti postulationem meam Rȝ.mus D. Cardinalis Sanctorum quatuor, protector Regni mei, super negotio quorundam Notariorum, qui istic in contumatia condemnati sunt de falso, vt cum illos hic innoxios esse multis probabilibus testimoniis cognoui, iuberet eos vra S.tas honori et Sacerdotiis ipsorum restitui. Nam mihi nihil gratius fieri potest, quam maleficia corrigi, tantum abest vt illis patrocinari

vellem, sed insontes etiam puniri non libenter viderem. Quare supplico V. S. Sancti. dignetur huic postulationi meae benigne annuere, tanquam D. clementissimus. Cui me Regnumque meum etiam atque etiam humiliter commendo: Et pro incolumitate rei Christianae et optatis meis fel.mi. et quam diutiss.mi valere desidero. Datis Crac.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Sanctorum Quatuor

R.me in Christo pater. Albinus subiectus noster idemque Vilnen. Can.cus Cum in quadam causa judicem delegatum ageret contra quendam scholarem, non modo furti, verumetiam sacrilegii accusatum, victumque sententiam tulerat: ut in perpetua vincula conjiceretur. qui tandem elapsus Romam, ubi sceleratiss.mi cuiusque tutissimum perfugium esse existimavit: se contulit, ubi improborum, et similium consiliis id assequutus est: ut contra eundem. Albinum ex Monitorio paenali, per audientiam contradictarum censuras cum fulminatione interdicti obtinuerit. Non possumus non iniquissimo animo ferre, homines bonos, quietes, innocentes ac offitiales Episcoporum nostrorum: ut est iste Albinus, a vagis istis, et impudentiss.mis nebulonibus vexari et turbari. Nihilque foret nobis facilius: quam eiusce audaculorum temeritatem comprimere, nisi Sanctae sedis Romanae quam iam ab initio venerari sumus soliti, debitam rationem haberemus: eiusque judiciis, et Processibus obsecundaremus: nec tamen adduci possumus, ut credamus ea: quae contra phas, et aequum isthic emanant, sciente, et conniuente eadem Sancta Sede fieri. Sed utcunque tandem est, R.ma D. vram rogamus pro auctoritate sua qua illam apud Sanctiss.mum D. nostrum valere non dubitamus, agat perficiatque apud eius Sanctitatem, quo ipse Albinus Canonicus a talibus

Censuris, penitus absolueretur: et ne deinceps talibus Nebulonibus, in Innocentes et probos viros grassandi occasio et licentia concederetur. Alioquin numquam corrigere possent Episcopi Regni nostri: aut eorum Offitiales, homines facinorosos pro illorum excessibus. Si semper isthuc ad Iudicium euocari, et modis indignis molestari deberent.

Induximus quidem in animum nostrum iam pridem pro dignitate et Auctoritate Sanctae sedis Romanae pro virili nostra insudare atque aduigilare, idque non verbis, sed re ipsa. Perfecimus enim, vt declinantibus ab eadem sede vicinis nobis regionibus, in Regno nostro eadem ipsa Sancta sedes, suum decus, dignitatemque obtineret. Aequum itaque et iustum esse arbitramur, vt ab illa id obtineamus, quod vicissim ad decus, et dignitatem immo ad quietem Regni nostri. Clerique eius maxime conducere perspicuimus. Comendamus nos causamque hanc Reverendissimae D. vestrae, eamque quam diutissime valere optamus. Datum

Petrus Tomicius Episcopus Crac. Vicecancell.
Andreae Cricio Epo Posnaniensi

Reverendissime in Christo pater: et domine nepos charissime. Puto non ignorare Reverendissimam D. vestram, vt a domino Choienski Archidiacono Ecclesiae meae fuerit presentatus, d. Sebestianus opalieniczki iure Posnanien. Praepositi ad Prebendam Posnanien. per obitum Domini Zaboczki vacantem, quae tum, vt etiam est cognitum Reverendissimae D. vestrae, ad Summi Pontificis jus ex clausula in Curia morientium redundat, et de hac post modum domino Gamrath est per eundem Summum Pontificem prouisum.

Cum autem dominus Opalenic3ki cupiat nancisci hoc jus Prebendae supradictae, a domino Gamrath: bona conditione

proposita hac vdz. vt pro eo jure cederet illi, vel Preben:
da Sandecensi census annui decem octo Marcarum expe:
ditae pecuniae, vel altare in Ecclesia mea sexdecim Marcarum.
Ego illius causa plurimum rogo D. vram Rma, vt hanc rem D.
Gamrath ita persuadeat: ne alterutram conditionem ex istis
suscipere recuset. Nam quod auditur illum Lukomskio, hoc Ju:
re cedere velle frustra id actum iri certum est: Cum dominus
Opaleniczki se dicat praesensisse illum altero parente, non no:
bilem prognatum esse. Capitulum vero Posnaniense, iuxta Priui:
legium Ecclesiae suae, et Regni vtrumque nobilem requirat.
Et sane gratissimum mihi fecerit D vra Rma. si hanc rem
alterutra hac conditione: pro voto domini Opaleniczki
transegerit cum domino Gamrath. quam etiam operam
ipse D. Opaleniczki, sedulo offitio, et optmis meritis acce:
ptam feret vestrae Rmae D. Quae optime valeat, et sit
quam diutissime incolumis et felix. Meque mutuum diligat. Dat.

Petrus Tomicius Epus Crac vicecancell.
Bartholomeo Gandkowski

Honorabilis domine, frater in Christo dilecte. Accepimus
non pridem tuas litteras, quibus nonnihil de aduersa valetu:
dine domini Doctoris Rzeczica, et molminibus Michaelis ad:
uersus D. Benedictum Isdbienski perstrinxisti. Nos plurimum
dolemus D. Doctorem Rzeczica, virum probum et integrum male
affectum esse: et dominum Deum oramus: vt illum diu seruet nobis
saluum et incolumem. quod autem attinet ad D. Isdbienski
rogamus te, prouideas diligenter, ne technis aduersarii sui
in causa sua periclitetur: quem, quia non cohibuerit hactenus

Rp.mus D. Carlis S. quatuor, prout id nos facturum illum certo nobis persuadebamus, plurimum miramur, presertim cum possit eius Rp.ma D. stringere illum ad omnia quae vellet. Ita enim nos edocti sumus, quod cum coniectus in carcerem fuisset Michael, priusque liber inde mitteretur, constitueret Procuratores ad renunctiandum omnibus suis sacerdotiis ac etiam Iuri si quod ei competeret ad Can.tum Domini Isdbienski, ad manus et arbitrium suae Rp.mae D. quod si verum est quod videlicet illius Rp.ma D. habet in sua potestate Sacerdotia Michaelis, et permittit illum libere in Servitorem nostrum grassari, nescio an in hoc recte agat. Speramus tamen nos quod Rp.ma D. sua, maiorem nostri, et tranquillitatis Ecclesiae nostrae habitura est rationem quam unius mali hominis, qui ad hoc solum natus esse videtur, ut serat lites inter bonos homines, et quietem illorum perturbet. Reliqua negotia quae tibi curanda dudum commisimus, fac ut etiam perficias quamprimum, et nos de omnibus, ut se habent, facias quam diligentis.mo certiores. Et bene vale. Datis.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Stanislao de Rzeczicza penitenciario Romano

Venerabilis domine, frater in Christo char.me.
Dominus Episcopus Plocen. nepos ex sorore noster, creauit in Canonicum Ecclesiae suae Plocen. D. Nicolaum Bedlenski, Scolasticum et Vicarium Ecclesiae nostrae, hominem de se et de nobis bene meritum, assignauitque illi pro annuis Prouentibus decimas quasdam mensae suae. quare plurimum a vobis rogamus, ut hanc creationem, et donationem confirmari a Sumo Pont: faciatis, secundum voluntatem, et sententiam dominorum

Scolastici: quam ipse vobis litteris suis abunde perscribet. facietis nobis rem gratam, et quam vicissim vobis vna nobiscum d. Scolasticus iusta gratificatione referre curabit. Bene valeatis sitisque felix. Datis Crac. penultima Octobris. Anno D. M° D° XX° ix°.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali PROTECTORI

Rme in Christo Pater, et domine, amice char.me, et honorandi. Etsi ante hac satis perspecta nobis fuit beniuolentia, et offitium D. v. Rmae: quo nos, et omnia negotia nra prosequi consueuit. In hac tamen proxima gracia jubilei, ad Vilnen, et Plocen Ecclesias impetratione, tantum nobis D. vra Rma diligentia suam comendauit, vt plane nesciamus illi ne qui concessit, vel D. vre Rmae quae cura et diligentia sua effecit magis debeamus. Caeterum et illud plurimum auxit nostra de D. vestre Rmae erga nos propensione fidutia, quod simul cum Jubilei diplomatibus munus benedicti Agnus Dei, partim suo, partim Sanctis.mi D. nostri nomine mitti ad nos, et Ser.ma Coniugem nostram curauerit: pro quo illius singulari et amico offitio, plurimas illi agimus et habemus gracias. jlludque cum caeteris D. v. Rmae de nobis meritis ita coniungemus: vt quandoque occasione oblata D. vre Rmae illud cumulate simul referre possimus. ac vt ex hac humanitate D. vre Rmae vbertate serui quoque nostri aliquem capiant fructum, plurimum ab illa rogamus agere velit suo et nostro nomine apud Smum D. nostrum et venerabili Stanislao Rzeczicza agenti, et sollicitatori nro, graciam seu reseruationem aliquam hic ad Ecclesias Regni nostri singularem et munificam facere, et concedere

dignetur, qua ille fretus, sacerdotia ad summam quingentorum ducatorum consequi et obtinere valeat, nobisque post hac, et subditis nostris paratiores praestare possit operas. In quo nobis rem singulariter gratam faciet D. vra Rma, et quam vicissim illi gratitudinis offitio referre curabimus.

Praeterea exposuit nobis Rdus in Christo pater D. Petrus de Gamratis Episcopus Camenecen, non satis secure reseruationi sacerdotiorum suorum esse promissum, quae cum ille ratione prouentuum maioris multo quàm Episcopatum suum aestimet, firmiori reseruandi modo communiri illa vehementer cupit. Quare D. v. Rmam plurimum rogamus vt eius, et nostro sollicitatori, qui hanc rem curabunt patrocinio, et consilio suo isthic adesse velit: vt confici suum negotium, et sacerdotia in tuto collocari possint. Curabuntur etiam isthic negotia nonnullorum Secretariorum nostrorum: quibus per hanc prouectionem dominorum Episcoporum sacerdotia nonnulla juris: patronatus nostri contulimus: quae simul omnia D. vra Rmae patrocinio commendamus, precipue tamen ab illa rogamus: vt domini Joannis Tarnowski ad Cracovien, Domini Stanislai Olesniczki ad Scarbimirien praeposituras, et Domini Nicolai Zamosczki ad Scolastriam Ecclesiae Collegiatae Lancicien presentatorum negotia habeat apud se comendata. fel.me valeat vra Rma D. et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Poloniae summo PONTIFICI

SAnctiss.me ac beatiss.me in Christo pater, et domine domine clementiss.me. Post humilem mei Regnique et Dominiorum meo:

rum comendationem, et oscula pedum beatorum. Transmisit ad me ex commissione Sanctis vestrae. Reverendissimus in Christo pater dominus Laurentius: et miseratione diuina Episcopus Prenestinus et Sanctorum quatuor Coronatorum Cardinalis, Regnique et Dominiorum meorum protector. pixidem Agnus Dei sacrati plenam, simul cum diplomatibus Jubilei gracie, tam ad Vilnensem, quam ad Plocensem Ecclesias, per Sanctitatem vestram clementer et munifice concessi: quae munera, etsi ipsa propter se, et ex religionis ratione maximi apud me habeantur, ob eam tamen mittendi illa ad me Stis vestrae benignitatem quam erga me declarare sponte sua dignata est, fuerunt michi summe iucunda et grata; quare pro illis simul, et pro ista Sanctis vestrae liberalitate, ac paterni singularisque sui in me amoris declaratione: immortales illi ago et habeo gracias: quas etiam quo ad vixero perpetua mea obseruantia et studio, curabo Sanctitati vestrae semper referre ac demereri.

Caeterum est isthic apud istam sanctam Sedem, in offitio Penitentiariae Venerabilis Stanislaus Rzecicza, vtriusque Juris Doctor, et Subditus atque agens, et curator negotiorum isthic meorum. quem ego pro ipsius fide, et singularibus de me meritis aliquo gratitudinis et gracie meae testimonio: remuneratum cuperem iri. Quare supplico Sti vestrae, vt illi de gracia Expectatiua, seu reseruatione aliqua singulari, et graciosa prouidere dignetur. qua hic in Regno meo Sacerdotia, ad Summam quingentorum Ducatorum consequi ante alios valeat. In quo Stas vra rem mihi gratam facere dignabitur, et quam ego illi, omni studio, et facultate mea, demereri semper curabo. foelicissime valeat Santas vra, meque cum Regno, et dominiis meis solito fauore, et pietate Paterna prosequi dignetur.

Sigismundus primus Rex
Polonie summo Pontifici

Sanctis.me in Christo Pater, et Domine domine clemen.me
Post humilem mei Regniq, et Dominiorum meorum comenda:
tionem, et oscula pedum beatorum. Decessit hisce diebus
Rx.mus D. Joannes Laski Archiepiscopus Gnesnen. Consiliarius
et Primas Regni mei, ad cuius Archiepiscopatum e vestigio
sufficiendum putaui Rx.mum dominum Mathiam Drzewiczki Episcopum
Vladislauien. Ad cuius vero Episcopatum Vladislauien. no:
minaui. Rx.mum D. Joannem Garnkowski Episcopum Premislien † vene.lem
Joannem Choienski Archidiaconum Ecclesiae Cracouien. Se:
cretarium meum, omnes singulari virtute, et egregiis dotibus
praeditos: ac erga me quoque meritissimos, et qui cum ad Reip.cae
meae: tum etiam ad Ecclesiastica munera obeunda sunt
dignissimi. Quare comendo illos omni studio vrae Sanc.ti
et supplico ei, dignetur citra moram ac difficultatem ali:
quam dictos nominatos meos, videlicet D. Mathiam ad Archi:
epatum Gnesnen. D. Joannem ad Vladislauien. Joannem
vero Choienski ad Premislien. Episcopatus promouere: et con:
firmare, reseruatis tamen ipsi Joanni Choienski suis Sa:
cerdotiis, ac concessa illi de benignitate vrae S.tis faculta:
te, vt et alia quoque sacerdotia, quae illi successiue conferentur,
obtinere cum ipso Episcopatu possit. nam sine illis in Epatu
Premislien. exili et lacero, et infidelibus penitus exposito,
statum suum cum debita dignitate sustinere non posset. Com:
mittatque vra San.tas ne in annatis, et expeditionibus suis
illi ipsi nominati mei plus aequo grauentur. Satis enim
superque grauitatis, et impensarum ferunt Subditi et serui mei

† et ad Premislien. Epatum

Faciet v[est]ra S[anc]t[i]tas pro sua erga me benignitate

in continuis bellis, quae cum Infidelibus gero † dignam, et mihi longe grat[issi]mam, quam illi perpetua mea obseruantia et studio, curabo referre ac demereri. Fael[icissi]me valeat v[est]ra San[ct]tas, et me ac Regnu[m], et Dominia mea, resq[ue] omnes, et negotia mea ac subditoru[m] meoru[m], sua clementia ac fauore complecti dignetur. Dat[um] Crac[oviae] die Junii. Anno domini M° D°. XXX° I°. Regni mei XXIIII°.

Sigismundus primus Rex Poloniae Laurent[i]o Cardinali Protectori.

Sigismundus Dei gr[ati]a Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae etc. Dominus et heres. R[everendissi]mo in Christo Patri domino Laurentio miseratione diuina Episcopo Prenestino, Sanctoru[m] quatuor Coronatoru[m] Cardinali sanctae Romanae Ecclesiae Summo Paenitentiario, et Regni nostri protectori amico char[issi]mo, ac honoran[do]. Salutem et faelicitatem. R[everendissi]me in Christo Pater, et domine amice char[issi]me ac honoran[d]e. Excessit nuper ex humanis R[everendissi]mus D. Joannes Archiepiscopus Gnesnen[sis]. Cuius Archiep[isco]patu[m] contulim[us] e vestigio R[everen]do Domino Mathiae Episcopo wladislauien[si]. Ad cuius vero Ep[isco]patu[m] Vladislauien[sem] nominauimus R[everen]dum D. Joannem Episcopu[m] Premislien[sem], et ad Premislien[sem] Ep[isco]patum Ven[erabi]lem Joannem Chojenski Archidiaconu[m] Ecclesiae Crac[oviensis] Secretariu[m] nostru[m], qui omnes virtute, et egregiis dotibus suis sunt erga nos merit[issi]mi, et ad obeunda, tum n[ost]ra, et Reip[ubli]cae nostrae, tum Eccl[es]iarum munera digni et idonei: Commendamusq[ue] illos Sanct[issi]mo Domino nostro, petentes quo illos vti a nobis nominati sunt prouehere, et confirmare dignaretur. V[est]ram etiam R[everendissi]mam D. ex animo rogamus,

agere pro suo erga nos, et res nostras fauore velit apud eius Sanc^tem, vt eosdem nominatos nostros, citra vllam moram ac diffi:cultatem promouere et confirmare dignetur, reseruatis tamen Sacerdotiis venerabili Joanni Choienski, quae nunc habet, ac vt dispensetur cum illo, vt et alia Sacerdotia quae illi suc:cessiue conferentur in posterum, obtinere cum ipso Episcopa:tu possit. Nam sine ipsis Sacerdotiis Episcopatum Premislien. vt exilem, et continuo discrimini expositum, cum dignitate debita sustinere non posset. Efficiatque R.ma D. vra, ne in annatis, et litteris expediendis, aliisque extraordinariis so:lutionibus plus aequo grauentur: et vt Breuia illis ad posse:ssionem capienda, et Jurisdictionem tam in spiritualibus quam etiam temporalibus exercendam, quantotius fieri potest mittantur. Nam sub huiusmodi vacationibus, solent bona Epis:copatuum ad magna venire detrimenta. Refferemus hanc operam vestrae R.mae D. omni offitio et gratificatione nra, quacunque poterimus. Cui nos, et negotia nra commendamus, et cupimus, vt fael.me valeat. Datum Crac. die Junii. Anno D. M° D° xxx° 1°. Regni xxiiii

Petrus Tomicius Epus Crac.
Doctori Rzeczicza

VEnerabilis domine frater in Christo char.me. Dominus Jo:annes Plocz ki, Capellanus Ill.mae dominae Ducis Masouiae habiturus est isthic apud sedem Apostolicam actionem, cum Luca de Ploczko de Plebanatu in osseczko: quem nos cum propter Ill.mam D. Ducem, tum etiam propter eius causae aequitatem, R.mo D. Car.li Sanctorum quatuor litteris no:stris comendauimus. quia autem et vos magno adiumento re:

bus et negotio ipsius esse posse scimus, illum etiam vobis plurimum comendamus, et rogamus vos, vt cum vel per ipsum, vel per quempiam alium Procuratorem eius: requisiti fueritis, illi operam et consilium vestrum praestetis. quod nos beneuolentia et gratificatione nra vobis per omnem occasionem referre curabimus. Bene valeatis, et de negotiis nostris, quo in statu sint, et quam spem de conficiendis illis ex animi nostri sententia habere debeamus, nos quam diligen.me faciatis certiores. Datum Varschoviae. feria secunda proxima post Dominicam Reminiscere. Anno. 1529

Petrus Tomiczki Epus Crac
Doctori Borek

VEn.lis domine. frater in Christo char.me. Scripsistis nobis non multo ante, allatas esse isthuc bullas Suffraganei nostri Crac. an vero vna cum illis allatae sint litterae vnionis Ecclesiae Parrochialis in Wawrzmcicze. quam Suffraganeo Crac. perpetuo vniri constituimus. et optamus, nihil nobis significastis, neque etiam est nobis nunc quicque ex vrbe Roma de ea re significatum. quare, vt eadem quoque vnio tempori impetretur et expediatur, siquidem nondum expedita est, dedimus litteras, ad Dominum Doctorem Reczicza quas cum presentibus mittimus: quibus postulamus ab eo, vt eandem vnionem, citra vllam moram obtinere: atque ita obfirmari, et omni ex parte prouideri curet: vt deinceps perpetuis futuris temporibus irritari inualidarique, aut illi quouis modo derogari non possit. et quoniam speramus. Kopecz. et alios ituros esse ad vrbem Romam. priusque nos isthuc

veniamus, præmittere eas ipsas litteras nostras ad vos volui:
mus, quas vos illis detis, et committatis, vt eas fideliter secu
perferant, et domino Doctori Rzecicza reddant. Bene valete
Datis.

Petrus Tomiczki Epus Crac Vicecan:
Bartholomeo Candkowski

Honorabilis frater in Christo dilecte. Attulit nobis hic hester:
no die Paulus de Chodow litteras omnes: quas te per fra:
trem tuu ad nos misisse scribis. In quibus quia perspicim9
te nauiter curam et operam tuam nobis præstitisse: commen:
damus studiu et diligentiam tuam: quam sicubi opus fue:
rit, beneuolentia et gracia nra tibi vicissim referre curabi:
mus. Rx.mo D. Car.li Sanctoru quatuor: propterea nunc ni:
hil scribimus, qd iter facientes non potuimus ad omnia illi
prout expedit commode respondere, tum quia etiam Mtis
Regiæ non potuimus tam cito explorare voluntatem, quid
ipsa quoque illmis Rx.mae D.ni rescribi iubere vellet, sine cui9
quidem Mtis scientia aliquid rescribere suæ Rx.ma dnationi
integrum nobis non est, nec facere id consueuimus. quamuis
vero improbi aliqui homines ausi fuerint isthic prædicare
et asserere nos litteras pro beneficiis quæ vacarunt per
mortem Jacobi Schucz, inscia Mte sua isthic misisse. ma:
nus tamen propria, et subscriptio Mtis suæ facile potest illos
de manifesto mendatio conuincere.

De Canonicatu Plocen iam prius ad te scripsimus, quomodo sit
a nobis tua ex parte, cum aduersario tuo transactu,
quas litteras nostras vna cum instrumento constitutæ tibi

pensionis, nihil ambigimus ad te peruenturas. vnde tu facile perspicere poteris, quàm diligenter fuimus in re tua patrocinati. Nam ad pensionem hanc XXVI aureorum, quæ tibi constituta est, aut constitui debet, nequaquam fuisset ex parte contraria assensum, nisi authoritas, et opera nostra accessisset, ita illi jus suum attollere: et ad litigandum propenso esse animo videbantur.

Cæterum de Plebanatu in Buk. Sententiam nostram mutare non licet nobis: quam semel in promouendo ad illum Andream Przeczlawski coniunctim cum voluntate Regia fecimus. Instat enim ille diligenter, et amici eius, cum apud Mtem Regiam, tum apud nos quoque ne promissum nostrum in aliquo vel immutari vel irritum fieri pateremur. quare tu feceris nobis rem gratam si Plebanatum in Buk libere, et absque vlla altera admonitione ipsi Przeclawski cesseris, tuum vero. tibique designatum in Parznia ab illo accipias. Nam alioqui tu nequaquam possessionem Plebanatus Bukowien assequi poteris, propter D. Episcopum Posnanien, qui fratrem suum qui nunc illum occupat, defendere se cum illo velle prædicat. Preterea etiam Andream Przeclawski et eius necessarios inimicos, tibi perpetuo parares. Cum scribemus Rmo domino Carli Sanctorum quatuor, tibi tum quoque ad reliqua copiosius respondebimus. tu interea compara animum tuum, vt nobis obsequaris.

Nondum vidimus litteras, et bullas Suffraganei nostri Crac. quas scimus iam Cracouiæ esse. Si tamen in illis non continetur vnio Ecclesiæ Parrochialis in oppido nostro Wawrzinciec quam perpetuo vniri Suffraganeo Crac pro tempore existenti optamus, et pro ea obtinenda, et Mtas Regia, et nos San.mo Domino nostro et Rmo domino Car.li protectori sæpius supplicauimus. Dicas domino Doctori Rzecicza eumque roges nomine nostro, vt eandem vnionem, modo meliori ac firmiori, et prout instructio nostra sibi data continet

obtinere curet. Et bene valete. Datum.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Doctori ~~Rzeczicza penitencionario Rom.~~
Borek

VEn.lis domine, frater in Christo char.me.
Venientibus huc nobis hesterno die Paulus de Chodow, reddidit nobis multas litteras, et bullas missas nobis ex urbe Roma, reddidit et litteras vestras: una cum litteris domini Antonii Fugger, quas legimus, et accepimus gratis.mo animo. decrevimus tamen non procedere, ad exequutionem bullarum provisionis de nonnullis Sacerdotiis, quae vacarunt per mortem olim Jacobi Schucz aliquibus Servitoribus nostris factae, donec isthuc veniamus, et vobiscum quid facto opus sit consilium capiamus: et colloquamur. quia vero Bartholomeus Gandkowski impetravit pro se Plebanatum in Buk. de quo, nos Andreae Przeclawski Notario nostro providere optabamus sciente[s] quod illum Gandkowski non facili negotio evincere posset a domino Episcopo Posnanien. Scribimus illi, ut eum Andreae Przeclawski dimittat, et Ecclesiam in Parznia de qua eidem Przeclawski est provisum accipiat. postulamusque a vobis detis litteras nostras, quas cum praesentibus mittimus Paulo Copecz aut Stanislao Crzischkowski de Masovia qui propediem vadunt isthinc ad urbem Romam ut eas secum illuc deferant, et Bartholomeo G. reddant.
Magnus error est commissus in reddendis pecuniis illis quas vos mittere debuistis per Andreolum R.mo D. Cardinali Sanctorum quatuor pro bullis, et annatis expositis per eum super beneficiis domini Nicolai Gamrats: et Martini Rambieski. Non enim R.mo domino Car.li ut scitis, sed Jaco:

bo Schutz redditae fuerunt qui illas prius, quam discederet e vita distraxit, et ne minimum quidem vestigium apparet, a quo essent repetendae. Dominus vero Car.lis, vult peccuniam sibi debitam haberi, et ducentos illos aureos per Schutz receptos, scribit repetendos fore per haeredes eiusdem olim Schutz ab illis creditoribus, prout ex particula litterarum D. suae Rmae. quam exscriptam ad vos mittimus clarius intelligetis. quapropter rogamus vos deliberetis, quomodo corrigendus erit error commissus, et a quo peccunia indebite per Schutz recepta repetenda, quo Rmus D. Car.lis habeat id quod ei debetur.

Caeterum mittimus ad vos breue Apostolicum, quod putamus expeditum esse in causa Magistri Crabus Plebani Ecclesiae sanctae Annae Crac. cui illud sine mora reddatis. tolerat enim pauper Sacerdos censuras Ecclicas a multo tempore in spem eiusdem breuis. Bene valete. Datis.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Arcium Mgro Nicolao Crabus Plebano
Ecclesie sancte Anne Cracouien

VEnlis domine, frater in Christo dilecte.
Mittimus vobis Breue Apostolicum, quod putamus expeditum esse in causa vra, quam habetis cum domina Rambieska licet vero poteramus missionem illius differre, vsque ad nostrum isthuc aduentum. Scientes tamen vos illud a longo tempore cum magno desiderio expectare, mittere illud vobis per proprium nunctium voluimus, vt illius vigore absolutionem a censuris Ecclesiasticis adhuc ante Sacra Paschae obtinere possitis. Bene valete, et dominum Deum pro nobis orate. Datis.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Bartholomeo Gandkowski

Hon. lis domine, frater in Christo dilecte.
Miramur plurimum, quod omnia negotia nra tardissime, et cum magno dispendio nostro isthic obeuntur, et expediuntur, quod qua causa fiat incertum habemus. Cum autem certo nobis persuadeamus, dominum Doctorem Rzecica Paenitentiarium, ad hoc tempus, salvum isthuc pervenisse, cui eadem nostra, et Ecclesiae nostrae negotia curanda commisimus. Postulamus a te, adiutaris omni ope tua una cum ipso, ut omnia quae obtineri isthic optamus, pro voto, et desiderio nostro, et quam citissime impetrentur, et conficiantur. Tuque de omnibus nos, et quid de Sacerdotiis Iacobi Schutz sperare debeamus, facias quam primum, et quam diligentissime certiores, et bene vale. Datis in arce nra Bodzanciu. x Die Martii. Anno.

Petr. Tomicius. Stanislao
Rzeczicza.

VEn. lis et egregie domine, frater, et amice in Christo charmus.
Fecit nos nuper suis litteris certiores D. Doctor Borek diplomata seu bullas Suffraganei nostri, tandem per banchum Fuccarorum esse allatas, non tamen sine magno dispendio, et damno nostro, constare enim illas scribit centum undecim aureos, prius autem dati, et expositi sunt pro

ris ante direptionem vrbis Romæ ducenti viginti aurei.
Miramur certe plurimum, quod nunc isthic omnia negotia nostra, et
tarde nimis procedunt, et non nisi magna pecunia redimi
et expediri possunt, et cum ita sit curabimus deinceps
abstinere, a petendis aliquibus gratiis, ab ista sancta Sede
cum in rebus iustiss.mis, et quæ passim omnibus concedi solent.
tantas difficultates, et impendia, atque etiam moras sustinea:
mus, Rogamus autem vos, vt in his quæ curanda: et agen:
da vobis commisimus, omnem operam, et diligentiam vestram
adhibeatis: et quid de illis pro bono, et stabilimento Ecclesiæ
nostræ sperare debeamus, nos quamprimum faciatis certiores.
Si enim nunc ea, quæ iuste petimus non impetrauerimus,
postea pro illis istam sanctam Sedem, et eius præsidentes
importunis, et frequentioribus precibus nostris, non fatiga:
bimus: nec illi erimus molesti.

Cæterum credimus vos non ignorare quod dominus olim Nicolaus
Gamrath. et Jacobus Schutz, habuerunt commissa sibi
multa negotia nostra, amicorumque atque seruitorum nostrorum
quorum scripturæ cum facile illic reperiri possint, et forte
apud D. Jacobum Cortesium, rogamus vos, facite operam
vestram, vt illas habere, et reuidere possitis, vt quæ spe:
ctarent ad expedienda eadem ipsa negotia nostra illis vti
et quæ pro instructione vestra habere possitis. fael.me valete.
et nos diligite. Datis in Bodzancin x Die Marcii.

Petrus Tomiczki Epus Crac Vicecancell
domino Doctori Rzeczicza

VEn.lis et egregie Domine, frater in Christo char.me.

Mittimus ad vos exemplu brevis Apostolici, quo reseruatur nobis libera collatio nonnullorum beneficiorum, quod quia in calce sui continet quendam scrupulu, qui possit posthac invalidare totam graciam nobis concessam, Rogamus vos plurim reformare illud, et rescribi faciatis, ita vt postrema eius clausula, non solum deroget graciis quibuscunque et nominationibus, quo ad duos Can.tus, et prebendas, sed etiam ad omnia alia beneficia, in corpore eiusdem brevis expressa, sic q illa conferre possimus, si in mense Papae vacauerint. non obstantibus quibuscunque graciis expectatiuis, reseruationibus, generalibus, et spetialibus nominationibus etc. Praeterea cum D. Faelix Sirchowski bonae memoriae mortuus sit in Mense nostro, nosque contulerimus Can.tu Ecclesiae Cracs. per eius mortem vacantem, vt scitis Samueli Maciciowski, non videtur nobis, vt in eodem brevi, quod rescribi optamus, scribatur is ipse Can.tus domini Sirchowski, cum ia sublata sit illius expectatio. Non est etiam expressu in eodem brevi singillatim, q Can.tus Ecclesiae Vnicioviensis, quem nunc obtinet D. Nicolaus Bedlenski Scholasticus Ecclesiae nostrae sit Gnesnen Diocs. Itaque haec omnia quae reformatione indigent, reformari in eodem brevi faciatis, et vnionem Ecclesiae Parrochialis in oppido nostro Warzimcicze Suffraganeo nostro Cracs, et pro tempore existentibus Suffraganeis Cracs impetrare, et ita obfirmare curetis, vt deinceps futuris perpetuis temporibus, eadem ipa vnio sit firma, et solida, et nullo vnquam tempore violari et rescindi, aut quibuscunque derogationibus derogari illi possit id quod industriae vestrae, et singulari fauori, et graciae Rmi D. Car.lis Sanctorum quatuor curandu et providendum committimus. Vellemus enim, vt ea quae pro bono Ecclesiae nostrae petimus ita nobis concedantur, sicque provideantur, vt fiant in perpetuu firma, et non mutabilia. Nam mu:

tationes concessionum Apostolicarum, et rursus derogationes illarum. atque alia id genus excitarunt hoc aevo nostro. multas haereses, magnumque tumultum in populo Christiano sapienti satis. Bene valete. Datis Cracoviae, ultima Die Marcii. Anno domini M° D° XX° IX°.

Petrus Tomiczki Epus Crac. Vicecan.
Andree Przeczlawski

Nobilis grate nobis dilecte. Miramur plurimum quod dominus Charbowski sit adeo meticulosus, ut etiam in re iusta noluerit praestare tibi, et Stanislao Hosio offitium suum, quod quivis alter absque omni controversia, ac renitentia praestaret, praestareque iure deberet: et molestissimo animo ferimus, quod Praelati Ecclesiastici audent hoc turbulentissimo tempore deterrere minis suis alios inferiores, ne procedant ad exequutionem litterarum Apostolicarum. quia vero Troianus qui se intrusit ad Preposituram Vielunensem, et Ecclesiam tuam in Parzno interposuit appellationem, ab intimatione litterarum Apostolicarum sibi facta, non videtur nobis, ut opus sit aliquid agere contra illum coram subexequutoribus, sed ut omnia iura vestra mittantur quamprimum ad urbem Romam, ubi facile huic Tragediae imponetur finis debitus. Curabimus igitur. ut
Cracoviae X Maii.

Tomicius Rzecice.

VEn.lis et egregie Domine, frater in Christo char.mi.
Mittimus Scedam presentibus inclusam: in qua descriptus est casus, qui accidit per ignorantiam Jacobo clerico nostræ Crac. Dioc. Mittimus et supplicationem originalem Petri Porambski Seruitoris nostri, qua prouisum est ei de Can.tu et prebenda Ecclesiæ Collegiatæ Lancicien. per mortem Jacobi Schutz vacantem, et rogamus vos, vt litteras dispensationis, super irregularitate Jacobi prædicti per pænitentiariam et bullam prouisionis Petri Porambski expediatis, et ad nos quamprimum transmittatis. Beneque ac feliciter valeatis. Datis.

Tomicius Doctori Rzeczice.

VEn.lis ac egregie domine, frater in Christo char.mi.
Cum venissent serui nostri ad Dominum Archiepiscopum Gnesnen. cum litteris prouisionis suæ, et postulassent admitti se, ad possessionem benefitiorum. De quibus eis est prouisum parum humaniter ab illo fuerunt excepti; questusque est imprimis de nobis, quod Sacerdotia in eius Diocesi impetrassemus, respondit Seruos suos, et se melius et potius jus habere, ad eadem ipa benefitia, quæ vacarunt per mortem Jacobi Schutz quam quempiam alium, et proinde noluit votis Seruitorum nostrorum

votis acquiescere: sed optauit ut ab eis, ut promitterent, ut si:
sterent se coram Rev.mo D. Cardinali Sanctorum 4 Coronatorum
prima die Juridica, post festum s. Bartholomei proxime ven:
turi, ea lege, quod quicquid ille inter ipsos, et Servitores suos
super eis ipsis beneficiis simpliciter et de plano decerneret,
et diffiniret id illi absque ulla renitentia, et provocatione sus:
ciperent. Cum autem Servi nostri nolentes Jus suum clarum
revocare in dubium conditionem sibi oblatam recipere noluissent,
sed ad possessionem beneficiorum suorum admitti se pecüssent,
ille nihil facere voluit: sed instruxit suos: ut mox appella:
tionem interponerent, ab intimatione litterarum Apostolica:
rum id quod illi alacri animo sunt exequuti.
Ad haec scripsit domino Episcopo Posnanien interminando
domino Joanni Charbowski, quem servi nostri subexequu:
torem sibi delegerant, ut si quas censuras ille contra
servitores suos decernere auderet, velle se hanc iniuria
de eo modis omnibus ulcisci. Hoc cognoscatis quam obe:
dientem se praestet Praelatus ille primus in Regno, nem:
pe Archiepiscopus Gnesnen legatus natus, et primas
ad exequenda mandata Apostolica, et dignitatem illius
conservandam. Idem minatur se nullo modo pati velle nepo:
tem nostrum Stanislaum Slomowski, in Can.tu Gnesnen.
De quo illi per sedem Apostolicam est provisum, ait enim
impetrauisse se eum ipsum Can.tum apud bonae memoriae
Leonem Pontificem Decimum pro Jurisperito, et ob hoc Jus
hoc suum et Ecclesiae suae omnino tueri contendit. Nos
tametsi putemus eum non praevaliturum esse adversus
Jus nepotis nostri, cui de Can.tu praedicto ex vacatione
apud sedem, et cessione Rev.mi D. Cardinalis Protectoris
est provisum. Quia tamen ille procul dubio, pro peculiari
et fatali quodam, quo erga nos, et omnes bonos odio tur:
bare eum non desistet: Rogamus vos praemoneatis de

hac re tempori: et instruatis Rev.mum D. Car.lem Protectorem, et cum opus fuerit, nepoti nostro, et eius iusticiae adsitis consilio, et patrocinio vestro, pro vra solita erga nos, et nostros beniuolentia: et propensione. Nos vero vicissim hanc vram operam, omni studio, et gratificatione nra vobis referemus Optamusque vos bene ac faeliciter valere. Datis.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan
Cardinali Protectori

Rme in Christo pater: et domine Domine colen.me.
Post seruitutis meae in graciam vestrae Rev.mae D. comendationem. Orta est hic iampridem controuersia de Plebanatu in Osieczko inter do. Luca † et honorabilem Joannem Ploczki Capellanum Ill.mae dominae Annae Ducis quondam Masouiae filiae. quam controuersiam, cum ego ex parte Capellani praenominati aequiorem esse ex illius relatione noscebam: foui illam quantum licebat: et iuui quo ad eius fieri poterat. Nunc vero cum eius cognitio sit ad istam sanctam sedem deuoluta aequitatis quae eius adiuuandae occasio, non tam facilis iam mihi erit quam esse potuisset, si causa ipsa in Regno agitaretur. quare cum D. vra Rev.ma juris et aequitatis in Regno nostro tuendi conseruandique sit isthic apud sanctam Sedem Apostolicam Preses supremus, et precipuus custos: illi eam ipsam causam diligenter comendo: et plurimum illam rogo: atque obsecro, vt Capellani supra scripti Honorabilis J. Ploczki partes et tueri, et promouere, vbi fuerit necesse dignetur. Nam quidquid in ea re graciose operae et beneuolentiae praestare dignabitur, hoc ego illi offitiis meis et seruitute dili-

† Plebani in Osieczko

genti promereri curabo.
Commendo me rursus: et seruitutem mea vestræ Rs.mæ D. quam sanam, et saluam esse: et in multos annos incolumem vehementer desidero. Dats.

Petrus Tomicius Epus Crac
Andreas Przeczlawski

Nobilis grate nobis dilecte. Nimis diu isthic manes, et propter tuam tam diuturna moram res Hosii nostri negligitur. quare si non potes tam cito ad nos redire mittas bullas prouisionis Præpositure Vielunen, vt nomine Hosii illas in Ecclesia illa exequi: et eum ad illam recipi faciamus ad quam q tam diu receptus non est, non est bene factum. Cæterum facias operam tua cum domino Wolski, vt quæ nobis adhuc in Episcopatu Posnamien debentur: iam tand exoluantur, Alioqui vbi non ministrabitur in his iustitia quæ hactenus fuit dilata, Nos aliam viam aggrediemur, qua ea quæ nra sunt vendicabimus, et repetemus. Bene vale Dats.

Petrus Tomicius Epus Crac
Stanislao Slomowski

VEn.lis Domine, Nepos noster dilecte. Venit huc nuper Doctor Bolanczki, et tentauit patrocinio nonnullorw Dominorw impetrare a nobis hanc graciam, vt eum in pacifica possessione Canonicatus Gnesnen quem post obitum Jacobi Schutz vigore

gracia sua expectatiua acceptauerat quietum redderemus.
Cum autem nos respondissemus illi quod impetrauerimus eundem
Can.tum Gnesnen. pro te apud sedem Apostolicam et propterea
non esse nobis iam integrum de illo quicquam constituere, non
comparuit post hac apud nos, nec scire possumus quid facere
intendat. putamus tamen illum non miturum esse tecum litem
pro eo ipso Can.tu, cum acceptare illum non potuerit gracia
sua expectatiua: quae ad Beneficia vacantia apud sedem se
non extendit. volumus vero, vt vigore litterarum prouisionis
tuae, facias te recipi ad Ecclesiam Gnesnen. et miramur quod
tamdiu id non feceris, cum receptio ipsa non modo non inua:
lidabit, sed etiam firmius reddet Jus tuum, quod alioqui fir:
missimum est, nec vllis cauillis infringi vnquam poterit. Bene vale
Datis

Petrus Tomiczki Epus Crac. vicecan.
~~Sta[o] de Rzeczicza penitenciario Romano~~
Andree Przeczlawski

Mittemus quamcitissime Romam Jura vra. Nam nihil dubitamus
quod facili negotio eritis ibi victores vos omnes quibus est pro:
uisum per sedem Apostolicam de beneficiis Jacobi Schutz
vestrique Intrusi, et eorum fautores non poterunt praeualere
aduersus iustitiam vram, quam clarissimam habetis. quod ve:
ro ad nos attinet, nos vobis non deerimus ope, et patrocinio
nostro, pro conseruandis et manutendis Juribus vestris.
modo vos quoque vobis ipsis non desitis.
Venit huc Doctor Bolanczki, et tentauit precibus suis, et
amicorum suorum impetrare a nobis vt eum pro Can.tu Gnesnen.
de quo est Stanislao Slomowski nepoti nostro prouisum

per sedem Apostolicam impeti ac turbari non pateremur.
Cum autem a nobis id impetrare non potuisset, non comparuit postea apud nos, nec scimus quid facere cogitet in re sua, vtcunque est, volumus, vt Stanislaus Slomowski, faciat se recipi ad Ecclesiam Gnesnen vigore litterarum prouisionis suae, et huc quamprimum veniat, cum quo: et tu quoque venias confectis negotiis tibi commissis, vt hic rei, et iusticiae vestrae tempori prouideatis. Datis Cracis.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan
Ioanni Volski Canonico Posnanien

V En.lis domine frater in Christo char.me
Quemadmodum alias commisimus vobis curam et administrationem altaris S. Trinitatis, in Ecclesia Posnamen siti, de quo domino Samueli Maczeiowski, per sedem Apostolicam est prouisum et simul et prouentuum ad illud spectantium, ita et nunc vobis committimus: postulamusque a vobis: ita prouideatis hoc ipsum altare, vt et onera eius Ecclesiastica compleantur, et prouentus ad illud pertinentes, integre, et sine vlla diminutione exigantur, et percipiantur. Ambierunt quidem multi prouisionem eiusdem ipsius altaris, verum nos fidem, et industriam vram spectatam, et exploratam habentes, vobis illud prae caeteris committere volumus in curam, et prouisionem. Bene valete. Datis Cracis.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Bartholomeo Gandkowski

Hon.lis frater in Christo dilecte. Probamus consilium et factum tuum: quod litteras: ad duos Can.tus, et Prebendas Ecclesiae Lancicien: et ad Ecclesiam in Sandzieiowicze non expedieris De quibus tametsi fuerit Jacobo Schutz promissum: post mortem Mathiae Rogalka: possessionem tamen illorum ut certo edocemur illum non solum non adiisse: sed etiam omnia ~~adiisse~~ eius ac praefati Mathiae Rogalka sacerdotia ex promissione domini Archiepiscopi per alios, occupata esse.
quia vero idem ipse Mathias Rogalka habuit ut audimus unum Can.tum Lancicien pacificum. De quo Petro Porambski Seruitori nostro est nuper ~~eundem Can.tum~~ eundem Can.tum per sedem Apostolicam promissum. volumus ut ad litteras expedias: et ad nos quamprimum mittas cum monitorio paenali quod erit summe necessarium ad eijciendos violentos occupatores eorum Sacerdotiorum, De quibus Cancellariae nostrae scribis est promissum./ Ad alium autem Can.tum Lancicien. et Ecclesiam in Sandzieiowicze litteras non expedias. quoad plene de eis informati faciemus te post hac de mente et voluntate nostra certiorem. Caeterum facias omnem tuam operam. una cum domino Doctore Rzecicza: ut Suffraganeo nostro Cracf. et reliquis omnibus Suffraganeis Cracf pro tempore existentibus Ecclesia Parrochialis in Wawrzincicze. quam nunc obtinet D. Petrus Waposki uniatur. et ut ea ipsa unio fiat firma: et nullo unquam tempore nutans. curate. ut concedatur consistorialiter. sicque obfirmetur: ut nunquam postea inualidari, aut illi quovis modo derogari possit.
Dedimus autem plures nostras, et Regiae Mtis litteras pro

impetranda eadem vnione, hactenus tamen ne vnu quidem verbum R.mus D. Car.lis sanctoru quatuor super illa nobis respondit: aliis forte grauioribus curis districtus.
Non est adhuc redditu nobis diacinaton cuius tres scatulas, seu cisticulas scribis te nobis misisse. Bene vale. Craco. Calendis Aprilis Anno

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Doctori Rzeczicza penitenciario Rao

V. Ex.lis domine frater in Christo char.me.
Redditæ sunt nuper nobis breues litteræ Bartholomei Gandkonski: quibus nos certiores fecit de aduersa valetudine vra. quæ res affecit nos magno dolore. optamus eni vobis et longam inoffensamq valetudinem: ac vitam, et quosq fœlices successus. Res et negotia nra: quæ hactenus isthic hærent vobis curanda commendamus: rogamusq vt eis extremam manu opera vra imponatis. Præterea causam domini Benedicti Isdbienski habeatis commendata, curateq prouidere, ne aduersarius eius communis omniu bonoru inimicus aliquid contra illu obtineat. habetis plenam instructionem negocii et causæ domini Isdbienski, scitis q bonum Ius habet ad Can.tu Ecclesiæ nostræ Crac. de quo nos illi prouidimus: et proinde velis et remis contendite, vt iustitia illius non maneat indefensa. Cæteru commendamus vobis causa domini Joannis Narampienski: quem cum nos reduxerimus ad concordia cum domino Petro Conarski custode Ecclesiæ nostra. litemq omnem inter eos composuerimus. rogamus vos plurimu, operam vram faciatis, vt ita pensio in prouentibus

Canonicatus Ecclesiæ nostræ Cracs. pro quo erat inter illos lis et controuersia constituatur domino Conarski: prout Jus et æquitas postulare videtur. et valete fel.me, et nobis sæpius scribite. Datf Cracs. xi Augusti

Stanislaus Borek Canonicus Ioanni de Lasko Archiepiscopo Gnesnensi

NArraui diligenter Rmo Domino meo Episcopo Cracs. omnia quæ referre illi vra Rma D. mihi commisit, optassem vero ex animo vt quisqua alter hoc munus obiuisset. ego enim non libens turbare volui eiusmodi rebus D. fram Rma: in hoc presertim eius luctu, et mærore in quem ex obitu char.mi fratrs sui domini Nicolai Thomiczki Castellani Gnesnen est coniecta. parui tamen non grauatim mandatis vestræ Rmæ D: et plene omnia quæ illa voluit Rmæ D. suæ exposui. quæ respondit mirari se in primis qd vra Rma D. reuocat sibi ad iniuria q sua D. Rma curauerit impetrare Sacerdotia Jacobi Schutz apud sedem Apostolica. dicatq et scribat illam id ex infenso et hostili erga se animo fecisse. cum tamen ipa nihil vnquam hostile erga vram Rma D. asserat se commisisse. sed et eam quoq impetrationem Sacerdotiorum, quæ vacarunt apud sedem. et in Mense San.mi D. nostri iuste et citra vllius præiuditiu facere se potuisse. Explorati namq juris est. q nullus ordinarius potest disponere. de sacerdotiis vacantibus apud sedem. et in Mensibus Romani Pontificis. et quoniam quiuis alter ea ipsa Sacerdotia. petere et impetrare jure potuit. prout et vra quoq Rma D. pro illis licet

sero diligenter supplicauit, per Michaelem Paczanow. putat sibi etiam id sua D. R.ma facere licuisse, alioqui non factura si compertum habuisset, per eiusmodi impetrationem sua Juri vestrae R.mae D. aut cuiusqua alterius ordinarii: vel in minimo detrahi: seu derogari debuisse. Cum igitur prouisu sit per sedem Apostolica nonnullis consanguineis D. suae R.mae. et Scribis Cancellariae Regiae de eis ipsis sacerdotiis ex cessione R.mi D. Cardinalis Sanctoru quatuor Coronatoru. qui illa vt vacantia apud sedem, et in Mense Summi Pontifices primus impetrauerat, non videtur D. suae R.mae, vt prouisionem Apostolicam de benefitiis apud illam, et in Mense ei reseruato vacantibus, et prouisionem vestrae R.ma D. vtra sit melior et validior, ad cuiusqua arbitriu reicere deberet cum claru et manifestu sit D. vram R.mam de benefitiis illis disponere iure non potuisse, et non sit etia iam integru D. suae R.mae de illis quicquam constituere, cum in eis sit iam aliis jus quesitum: quod illi pro arbitratu suo prosequentur et defendent iustitia mediante. Rogat autem D. sua R.ma, vt cum viam iustam non habeat impugnandi prouisiones predictas Apostolicas: velit admittere seruitores et consanguineos suos ad possessionem benefitioru de quibus illis est prouisu per sedem Apostolica. Cum enim ipsa sit Archiepiscopus, Primas: et Legatus natus: aequu esse censet D. sua R.ma, vt vra D. R.ma: pro sua prudentia proque offitio, ac debito suo: custodiat Jura et dignitatem Sanctae sedis Apostolicae: litterasque et prouisiones illius manu teneat, et exequutionem illarum non impediat: nec quouismodo suspendere contendat. Si autem Praelati Ecclesiastici impedient prosequutionem litterarum Apostolicaru, facile homines seculares illoru exemplo sument audatia longe maiora contra illam sanctam sedem tentandi, et moliendi. Quod attinet ad Can.tu Ecclesiae Gnesnen. di:

xit D. sua Rev.ma se certo edoctum esse, quod Priuilegiu bonae memoriae Leonis decimi Romani Pontificis, cuius meminit in suis litteris vra Rev.ma D. non se extendit ad benefitia vacantia apud sedem, et preterea, quod eidem priuilegio sit iam aliquotiens derogatu. Nam Jacobus Schutz defunctus, neque fuit Doctor, neque unqua apud Ecclesiam Gnesnen residebat et proinde rogat D. sua Rev.ma vram Rev.ma D. admittere velit consanguineu suu dominu Stanislaw Slomowski ad prosequutionem prouisionis de Can.tu Gnesnen illi factae. Nam aeque seruire illi poterit, vestrae Rev.mae D. et eius Ecclesiae vt dominus Lopatecski, aut quiuis alius.

Petrus Tomicius Epus Crac vicecancell
Cardinali S. Quatuor Protectori

R.me in Christo Pater: et domine domine colen.me
Post seruitutis meae humilem comendationem. Scripsi quidem iam alias, v. Rev.mae D. redditas mihi esse bullas Suffraganei nostri cum breuibus aliis, et prouisionu litteris, quas super Sacerdotiis post mortem Jacobi Schutz vacantibus D. vra Rev.ma dari et concedi apud sanctam Sedem curauit iis quos Mtas Regia: et ego per litteras commendaueram. Egique tum vestrae Rev.mae D. ingentes ob humanitatem et beneuolentiam illius gracias: qua me isthic, meaque negotia prosequi et promouere amanter ac pie dignatur. Nunc tamen rursus hanc occasionem scribendi nactus pro iisdem benefitiis vestrae Rev.mae D. et opera in petitionibus meis praestita: auctiores adhuc multoque cumulatiores illi ago et habeo gracias, polliceorque me mea vicissim seruitute: et omni genere offitiorum

summam istam illius in me beneuolentia optimie esse meritum.
Intellexi Re.mu D. Archiepm Gnesnem moleste admodum et indigne ferre q ego et Mts Regiæ patrocinio: et diligentia mea illum præuenerim in impetrandis apud Sanctf.mu D. nostrum Sacerdotiis post mortem Jacobi prænominati vacantibus. eamq rem cum in me vlcisci vellet, intrusos ad singula Sacerdotia dedit. a quibus nunc Scribæ Cancellariæ Regiæ: et seruitores mei: quibus est de Sacerdotiis prouisum possessione pelluntur contra omnem Juris et æquitatis rationem. etenim cum Seruitores mei. ad loca Sacerdotiorum adeundæ possessionis gracia accessirant, sunt ab illis prohibiti, vbi etiam ab intimatione litterarum: ab illis sibi facta appellationem intrusi interposuerunt, sola hac fortasse de causa, vt mihi, et meis negotium facesserent. Nam hoc scitum, et exploratum est apud omnes Juris nihil alicui in huiusmodi Sacerdotiis competere posse, quæ in Curia, et in Mense San.mi D. nostri vacare solent. Vtcumq tamen ego meum et cum meis, temere agi viderem, ab Juris forma illos digredi non sum passus. Sed suasi illis, vt ad terminum appellationis interpositæ Romæ se sisterent, et illic Jus suum prosequerentur. quamquidem illorum causam. quia ego cum scientia. vræ Re.mæ D. agi isthic debere certo scio. plurimum illam rogo. vt Jus Mts Regiæ scribarum et Seruitorum meorum. pro prudentia, et æquitate sua tueri et defendere dignetur. declarareq his occupatoribus Sacerdotiorum. et intrusis datis quam indignum factu videatur D. v. Re.mæ. quod D. Archiepiscopus. Primatus, et legationis locum in hoc Regno optinens, sedi Apostolicæ. quæ merito debet obedientiam præstare non curet. Nam equidem res est admiratione digna. et pessimi apud nos exempli q supremæ authoritatis antistes, tam audenter litteris Apostolicis abutatur. neq iussis illius obtemperet.

Suplicationem indulti Apostolici ordinariis Regni nostri con:
cessi, remisi D. vrae R.mae per dominum Doctorem Stanislaum
Penitenciarium, quam in manus D. vrae R.mae iamdudum perve:
nisse nihil dubito. Ea autem, et mihi et caeteris ordinariis,
qui illam videre potuerunt, vehementer satisfacit et proba:
tur. quare ego D. vram R.mam, omnium nomine plurimum rogo,
ut in illa verba, et formam confici iam, et scribi diplomata
faciat. et si quid adhuc ad rem nram pertinere magis arbi:
tratur, adscribere pro sua benignitate dignetur: ut valida, fir:
ma, perpetuaque nobis haec impetratio D. vrae R.mae esse va:
leat. nosque possimus libere, et absque litium involucris perso:
nas nobiles, virtute et Doctrina praeditas in sacerdotiis
cuique convenientibus collocare. Namque ex hac causa potissimum
ordo Nobilium fremebat in nos et concitabatur semper: quod infi:
mum quemque hominem, sibi in obtinendis Sacerdotiis praeferri
videbant: cum nos ad impetrationem cuiusque apud sedem
factam: non ad conditionem personae spectare, et sacerdotio:
rum possessionem illis tribuere cogebamur.

De ducentis aureis, qui D. vestrae R.mae debebantur, non recte
accidit. Tabellarius enim Regius: qui ad Jacobum Schutz
illos pertinere debere dixit, cum illos vestrae R.mae D. tra:
debat magnopere erravit. Nam neque aurei illi Jacobi fuerant,
neque tabellario hoc erat commissum, ut diceret eos illius esse
debere. hoc enim ego ab his cognovi qui cum tabellarius
hinc mitteretur: et aureos et litteras illi ferendas dederant.
Nam tum ego ipse Cracovia aberam, et ex mala valetudine
plurimum languebam: ob eamque ipsam causam tum D. v. R.mae
de his ducentis aureis nihil scripseram. Scire enim non pote:
ram quantum pecuniae esset huc Cracoviam ab his comportatum,
qui D. vrae R.mae pro litterarum suarum expeditione illam
debebant. Nunc tamen a Procuratoribus qui hoc negotium
curabant, probe didici ducentos illos: qui in manus Jacobi

Schatz peruenerant a D. Petro Gamrath, et aliis debitoribus D. vrae Rg.mae collectos fuisse: et per tabellariu Regiu ita missos esse, vt soli D. vestrae Rg.mae traderentur, cuius solius erant proprii. At ille nescio quo errore: quaue ignauia ductus, in refferendo exequendoque mandato est hallucinatus.

Quare ego plurimu rogo D. vram Rg.ma: vt operam, et authoritatem suam interponere dignetur, in repetendis aureis praenominatis, qui post mortem Jacobi Schatz apud D. Jacobum Corthesiu, et D. Paulum de Capisucis auditore Rotae remanserunt. Verba enim testamenti a Jacobo facti, aperte declarant, datos illi esse eosdem aureos: et tabellarius refert Regius, qui tempore facti testamenti Viterbii adhuc erat presens, se audisse a Jacobo tum adhuc viuente, quod hos ducentos in manus D. Jacobi Cortesii tradiderit. Commisi ego Doctori Stanislao paenitentiario, vt hanc causam isthic agat, et repetat aureos, qui D. vestrae Rg.mae dari debent, eum modo vra Rg.ma D. consilio, et authoritate sua adiuuare dignetur. Nam ab illis peccunia D. vrae Rg.mae consultius est repetere, penes quos relictam esse indubitate constat, quàm ab haeredibus Jacobi, qui ita sunt inopes, vt vix habeant: quo vitam suam sustentare possint.

Retuli ad dominos Plocensem et Premislien Episcopos, quod D. vra Rg.ma ad me scripsit. Non receptu videlicet fuisse amplius: ad vtriusque Episcopatus expeditionem: quàm duo millia aureorum, cum tamen multo maiorem peccunia, haec expeditio Episcopatuu, et Sacerdotioru retentio exigebat. a quibus rursus eiusmodi accepi responsu. D. Episcopus Plocen. nepos meus, primu scripsit haec duo millia aureoru suo nomine isthic numerata esse, quae ipse ad solius Episcopatus expeditionem sufficere debere existimabat, cum Sacerdotii reseruatio, nulla esset illi adiuncta. Si quid tamen vltra duoru milliu summa adhuc expedi:

tioni

tioni deberetur, quod ipse non credit, se non recusare illud sol:
uere. Propinq autem D. vrae Rx.mae se rationem dignam vel:
le habere promisit. Dominus vero Premislien Episcopus,
cum quo in os sum loquutus, Nomingentos aureos suo nomi:
ne isthic ad expeditionem Episcopatus, et Sacerdotiorum reser:
uationem numeratos esse respondit: quod partim Jacobi Schuez
partim etiam Fucarorum chirographus probat, litteras vero
Jacobi habet, in quibus ita est scriptum: q hij aurei no:
mingenti, ad expeditionem Episcopatus Premislien, cum
scientia, et voluntate D. vestrae Rx.mae fuerint omnes e:
rogati. quare et D. Episcopus Premislien pollicetur
se resarciturum esse q vltra hos nomingentos expediti:
oni suae debebitur. vra itaq D. Rx.ma dignabitur me
facere certiorem: id quod supra duo millia: et nomingen:
tos aureos restat soluendum.

Quod de Michaele Paczanow ad me scripsit vra Rx.ma
D. Non esse illum hinc e Regno legittime proscriptum. et
quod authores proscriptionis illius censuris Apostolicis in:
nodati esse debeant. leges patriae huius et consuetudo per
multas aetates hic in Regno sancte obseruata ~~contra~~ id
quod contra illum decretum est exposcere videbatur. Namq vt
multoties iam D. v. Rx.mae scripsi, firmissime hoc ab om:
nibus Regni ordinibus obseruatum erat semper vt hi qui
constitutionibus publicis parere, et obtemperare nollent,
vel contra edictum Regium quidpiam temere molirentur.
et attentarent, poenam proscriptionis et bonorum publica:
tionis sustinerent. quam quidem poena Michael, non vno
sed infinitis audatiae et temeritatis suae excessibus incur:
rit. Nam non est tam insigne nomen cuiusquam in hoc Re:
gno, ex praeclare gestis quam notus est Michael ex turpi
acta vita sua et flagitiis, dolis ~~vafris~~q multis, cum iniuria homi:
num perpetratis. quare ego vehementer admiror, tantam esse

stoliditatem, et impudentia hominis quod contra omnem rationem, contraque voluntatem Regis et qui a Rege sunt primi. Item etiam contra leges patriae: et priuilegia Cathedralium Regni se ad Ecclesiam meam Cracs. insinuare conetur, cum tamen hoc nunque viri insignes virtute, merits, et doctrina assequi potuerunt Priuilegio communi omnium Cathedralium per sedem Apostolicam confirmato impediente quo expresse et nominatim cauetur, ne aliquis ad Canonicatus vel dignitates obtinendas admittatur: nisi qui familia nobili ortus, et vtroque etiam nobili parente natus esset. Michael vero nedum quod obscuris et plebeiis parentibus sit natus, verum etiam moribus: vitaque tota sua ita depravatus existit: vt etiam si Priuilegium hoc non esset, quod plebeios non admittit, ipse non videretur dignus, vt in proborum hominum consortium, et societatem recipi debeat. Ac ego quidem illum amplius quid agat non obseruo, scio enim illum nunque tanti futurum cum auxiliatoribus suis: vt contra Priuilegia, et constitutiones Regni communes quidquam hic assequi vel obtinere debeat. Verum a D. vra Rma hoc maiorem in modum rogo: vt ad presentis temporis conditionem et statum intueri dignetur diligenter, cohercereque non Michaelem solum: sed et omnes eius generis rabulas: qui odiosis litibus homines quietos: et pacis, ociique amatores turbant, et exagitant. Namque nos eorum hac effrenata libidine et temeraria cupiditate, in magnam inuidiam secularium et presertim nobilium adducimur, ordoque omnis Ecclesiasticus propter paucorum inordinatam honorum et sacerdotiorum ambitionem: multa opprobria ac maledicta sustinet.

Scribit Mtas Regia ad D. vram Rma quod et antea etiam scripsit: vt vnionem perpetuam Ecclesiae Parrochialis in Wawrzinciceś Suffraganeatui Cracs, et

Iuspatronatus: et conferendi Praepositurae Ilsensis Capi:
taneo illic pro tempore existenti, impetrare, et obtinere,
apud Sanctiss.m D. nostrum dignetur. quod ego etiam vtrum:
q a D. vra R.ma maiorem in modum rogo. est enim vtraq haec
res in Episcopatu meo summe necessaria: cum et Suffra:
ganeus nihil hic certi habeat: quo se conditionemq sua
sustineat. et praepositura Ilsensis ab eiusmodi hominibus
semper fuit possessa (vti et nunc a Michaele possidetur)
qui cura templi derelicta vagari malunt foris: quam offi:
tia ad se pertinentia exercere: vnde occasionem nobis om:
nibus obtrectandi capiunt seculares, et in Episcopos negli:
gentiae: atq malae cohertionis culpam reijciunt. haec au:
tem omnia quae ego scribo, suggeret vestrae R.mae D. Doctor
Stanislaus Paenitentiarius. cui ego singula copiose scripsi et
commisi, vt apud D. vram R.ma sollicitaret. modo in his
illa fauorem, et operam suam beneuolentem mihi praestare
dignetur. Nam ego me omnia quae cupio facile consequuturum
arbitror, vbi voluntas et opera D. v. R.mae ad haec acce:
det, et erit adhibita. ob quod ego illam etiam atq etiam ro:
go. quidquid autem ex illius benefica opera consequutus
fuero: seruitute mea diligenti, et offitiorum omnium seduli:
tate referre et benemereri illi curabo. Commendo me
rursus: obseruantiamq meam D. vestrae R.mae: quam sa:
nam, saluam, et in multos annos faelicem ac incolumem esse
vehementer desidero. Datae Cracoe die ii Junii. Anno
domini. 1529

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Cardinali Protectori.

Rme in Christo pater: et domine domine colen.me.
Post seruituts et orationum mearum commendationem.
Ante duos fere Menses, litteras domini Stanislai paenitenti:
arii vna cum diplomatibus, et breuibus, quae et Mts Regiae,
domini mei clemen.mi, et meo nomine D. vra Rma apud
San.mum D. nostrum impetrare: et obtinere curauit accepi.
ex quibus abunde perspexi, quanta cura: quantoue amore
et diligentia, non solum Mts Regiae desiderio, sed et meis
etiam postulationibus omnibus, satisfacere studuerit D. vra
Rma. Nam et diplomata ipsa ac breuia, summam bene:
uolentiam, et sollicitudinem illius declarabant, et D. paeni:
tentiarius scripsit, non potuisse haec ab vllo altero: vel a:
mantius, vel prudentius, tum denique etiam celerius procu:
rari, quam sint a D. vra Rma confecta, et curata.
quare, quod ad me attinet pro tanta pietate, quam et in
meis, et in meorum omnium rebus praestare mihi solet D. vra
Rma, immortales illi ago, et habeo gracias. quam pie:
tatem quo ad vixero omnibus officiis, et obseruantia mea
item etiam seruitute diligenti, promereri illi semper stu:
debo. daboque operam, vt haec ipsa in me collata D. vestrae
Rmae beneficia quandoque illi sedulitate mea efficia grata.
De Regia vero Mte id polliceri possum D. v. Rmae quod illius
offitia, quae in multis quidem aliis Mts suae negotiis, tum
in proxime impetrato diplomate, pro semestri ordinariorum
collatione libera isthic diligenter praestitit. Mtas sua
et chara habebit semper: et perpetua beneuolentia gra:

tificationeq sua illa prosequetur.

Caeterum Episcoporum ordo, et nobilium quorumcunque huius Regni pro tanto munere, benefitioque accepto, si nihil aliud praestare gratum hic poterit, piis saltem supplicationibus pro D. vra Rma ad Deum opt: Max: interpositis, gratitudinem animi sui testabitur, illamque memoria sempiterna colet: et obseruabit perpetuo.

In negotio seruitoris mei D. Benedicti Isdbienski, quod illi importunitate sua, de Canonicatu Ecclesiae meae Crac. diu et sine vllo iure Michael facessit, Scripsit mihi Doctor Stanislaus Paenitentiarius, ita constituisse D. vram Rmam vt compromissio a Michaele super me de hoc fieret, vtque ego illi pro Iure, quod sibi competere, in eo ipso Canonicatu praetendit, contentationem aequam, et honestam decernam. quae res, tametsi equidem propter insolentia Michaelis et illius contumeliosa facta, videri mihi ad praestandum difficilis esse debeat. quia tamen D. vestrae Rmae ita visum est, cuius ego voluntatem obseruo, certum est me id suscipere, dareque operam, vt et decreto D. vestrae Rmae et Michaeli, vtcunque male de me merito satisfiat. Verum, quia ego vereor, ne Michael, pro suo ingenio, simulata ista facultate, et compromisso, simul et mihi, et D. vrae Rmae illudere velit. plurimum ab illa rogo: vt ad cessionem istic faciendam, et extinctionem litis, Michaelem in spem contentationis suae adigat. Bona fide enim ego polliceor D. v. Rmae me curaturum esse, vt simul atque cessio facta fuerit, ipse per Seruitorem meum dominum Benedictum Isdbienski contentetur. Priusque enim lis isthic extinguatur et sopiatur, difficile est quidquam cum Michaele constituere, cuius mores: et facta, dubiam, et varia nobis semper fidem de eo faciunt.

De Plebanatu in oppido meo Wawrzincicze, feci quod mihi suasit D. vra Rma. vnivi eni illum Suffraganeatui Crac. perpetuo: cuius vnionis exemplu mitto in manus D. v. Rmae cum presentibus: illamq maiorem in modu rogo. vt confirmari illu, per S. D. et Sacru Rmoru dominoru Cardinaliu consistorialiter congregatoru cetum, ita curet, vt haec res, et nunc, et apud posteros, firma et valida perpetuo esse possit, non obstan quod modernus dictae Ecclesiae possessor D. Petrus wapowski Decanus Ecclesiae meae Crac. fuerit familiaris, et continuus commensalis. Rmi olim D. Frederici sanctae Romanae Ecclesiae in septem soliis Presbiteri Carlis Cracouien. et quod idem assumpserit sibi coadiutorem: ad dictam Ecclesiam post mortem suam obtinenda. nepotem suu Bernardu Vapowski, Cantorem Ecclesiae meae Crac., et non obstantibus etiam vnionibus, et coadiutoriis etiam de consensu possessoris, et aliis contrariis quibuscunq.

De Illsensi etiam Praepositura rurali cuius conferendae Ius patronatus et facultatem concedi in perpetuu Capit Castri Illsen pro tempore existen pro tempore existen; et Mtas Regia per litteras postulauit, et ego multis verbis a D. vra Rma contendi, nunc rursus illam rogo: vt id impetrare et perficere dignetur, erit enim haec res illi Castro, et oppido vehementer vtilis, et Mti Regiae incolisq illius loci magnopere grata.

De hac autem re: et de aliis: admonebit saepius D. vram Rmam Doctor Stanislaus Paenitentiarius, et Bartholomeus Gandkowski, quibus plenam instructionem singuloru, et mandatum ego scribi: et mitti curaui.

De Thurcorum aduentu in Pannonia: non dubito plena isthic iam esse omnia, et quid agant, quidue moliantur crebro D. vram Rma, et ex vicinioribus locis, et ab expertis magis hominibus cognouisse puto. Ego tamen etia hic in pro

ximo agens: sentio, et intelligo rem hanc plane miseram esse et reip: Christianæ plus quam perniciosa. Certu est enim supra memoria hominu, nunq auditum esse: ut tam ingenti exercitu, tamq magno apparatu: et omniu reru copia, aliquod Regnu Christianu ab infidelibus oppugnetur: quanto nunc sumptu: et armoru facultate Regnu Hungariæ immanissimus hostis Turcus dicitur aggressus. affirmat enim qui conspexerunt supra quingenta millia hominu bellatorum: preter lixas, et calones illum in Hungaria habere. Naues etiam, et tormentis bellicis, et commeatu onustas, infinitas fertur aduerso Danubio inuexisse, cum quibus una et cum exercitu in Austriam usq ascendit, expugnatis primu in Hungaria omnibus arcibus et locis, quæ presidiis Ser.mi Regis Ferdinandi munita erant. In Austria vero vicos, villas, castella, oppida, et incolas eoru, quæ circu circa Vienna et Nouam ciuitatem sita erant, igne, ferro vastauit, et est depopulatus. Viennam ipsam obsidione multarum dieru, et oppugnatione valida usq in hunc diem pressit: cum tamen non succedere sibi circa id animaduertisset, hiememq instare videret, soluit illam obsidione: castraq retro mouit. incertum an consilio domu abeundi, an hiberna faciendi in Pannonia, quam per discordiam, et ambitionem duorum Regum: in potestatem ditionemq suu redegit, et per quam ad reliquas Christianoru prouintias, et amplissima regna occupanda, aditu sibi patefecit. quod quidem, tametsi augurari: et diuinare mihi piaculum fuerit, et nefas. presens tamen Christianoru et immensa calamitas atq maximoru Principu dissensio: pessima quæq in futuru sperare iubet, nisi forte Dei benignitate, concordia, et animoru firma consensio, propediem, et in vniuersu Christianis induratur.

Sed de his quæ sunt in coniectura: certius puto D. vram.

R. ma qualia sint futura providere posse, quam et summa prudentia preditam esse, et magnam in rebus experientia atque usum tenere scio. quare hæc illi cogitanda dispiciendaque relinquo. Et quod restat me, et servitutem meam iterum atque iterum illi commendo. quam fel.ma esse, et quam diutiss.me recte sana, salua, et incolumem, vehementer opto. Datis Cracovie Die penultima Octobris Anno Dni. 1529

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Doctori Rzecziza Poenitencionario
Romano.

VEn.lis D. frater in Christo char.me.

Cum ex urbe D. Venceslaus Plebanus Grodnen. redisset, attulit nobis integre, et litteras vestras, et diplomata ac brevia Apostolica omnia, cum tela etiam Flandren. candida quam illi ferendam dederatis. Ex litteris autem vestris, et ex ipsius D. Plebani verbis, intelleximus vos ad omnia negotia quæ isthic, et nostro, et Mtis Regiæ nomine procurastis, summam diligentiam, et curam adhibuisse. quæ quidem res cum nobis grata esset, illud certe fuit gratiss.mum quod diploma ordinariorum liberæ collationis, cum reliquis brevibus, et celerrime expedivieritis, et vestra pecunia redemistis. ob quod officium vestrum, multas vobis agimus, et habemus gracias: illudque vicissim vobis per omnem occasionem benevolentia, et gratificatione nostra referre curabimus. Pecuniam vestram ut voluistis ad D. Doctorem Borg deponi fecimus, quam etiam si ex commodo vestro putaremus futurum Romam usque deferri vobis curaremus.

Quod Michael de Paczanow, sit per vos adductus ad compromittendum in nos, pluri:

mum nobis placet, tametsi maluissemus vt Rx.mus D. Car.lis sanctorum quatuor contentationem isthic nominatim illi decreuisset: vt tantus nebulo qui nos temeritate, et maledictis suis mirifice lesit opera sua nra non vteretur. quia tamen ita maluit P. sua Rx.ma nos conditionem accepimus, et expectamus vt illius jura ad nos afferantur, quae ipse huc se breui transmissurum scripserat, hactenus tamen non praestitit, et sane ex eo q tardius afferantur eadem Jura veremur multu, ne ille et nobis, et Rx.mo D. Cardinali illudere cogitet. Nam sex Menses, tantu modo, rei componende et decernendae sibi contentationis praescripsit, quoru tres ia integri sunt lapsi. Quare rogabitis Rx.mu D. Car.lem, vt eu ad cedendu isthic juri, liti, et causae adigat in spem contentationis eius, quam nos illi dubitatione procul dari curabimus et decernemus, quamprimu et cessum ab illo esse omni Juri, et causae, et litem prorsus extinctam intellexerimus: aliter enim cum illo facere non est tutu, qui vt homines fallat, mille pericula adire non recusauerit.

Commendamus industria, et consiliu vestru q ab impetrando Plebanatu in Sadziciowicze abstinueritis, et sumptibus manibus peperceritis. Nam et nos in vram sententia facile concedimus, frustra id futuru fuisse, cum nullu extet inditiu illam parrochialem a Jacobo Schuez impetratam fuisse.

Ex consilio et persuasione Rx.mi Domini Cardinalis vniuimus Plebanatu in Wawrzincicze, Suffraganeo, seu Suffraganeatui Crac. perpetuo, cuius vnionis exemplu vobis cu pntibus mittimus, rogamusque a vobis, vt hanc vnionem confirmari curetis, si videbitur, consistorialiter, seu modo quopia altero, vt et firma, et perpetuo ab impugnatione quamis tuta haec esse possit. Namque diligenter est intuendu ad id q D. Petrus Wapowski Decanus Crac. possessor praenominatae Parrochialis, fuerit quonda familiaris Rx.mi D.

Frederici Cardinalis in septem solius quodque consensisse dicatur in coadiutoria nepoti suo Bernardo Waponski Cantori Ecclesiæ nostræ, tametsi incertu habeamus expeditæ nec ne fuerint super hoc litteræ. Consultius tamen, et magis ex re nra et Ecclesiæ nostræ fore arbitramur, ut in omnem eventu omnibus coadiutoriis unionibus: et cæteris id genus impedimentis derogetur: resque hæc ex omni parte sit provisa, et munita id quod prudentiæ, et industriæ vestræ: curandu, et prospiciendu committimus.

Scripsimus alias ad vos, et ad Rx.mu D. Cardinalem de Præpositura Jlsen quod nunc rursus suæ D. Rx.mæ in memoriam scriptis nostris reducimus, vosque iteru rogamus agatis diligenter, cu Rx.mo domino Car.li, ut Juspatronatus conferendi prænominata Jlsen Præpositura concedatur et assignetur per Summu Pontificem Capitaneo seu Castellano Castri Jlsen pro tempore existen in perpetuu. et ut ea res valida tutaque esse possit. caute in narratione complectamini Præposituram illam, non esse principalem dignitatem in Collegiata Ecclesia. sed ruralem Præpositura cui cura animaru est adiuncta.

Alexii causam habemus nos quidem præ oculis et cordi. Verum quia difficilem probationem eorum esse intelligimus quæ in brevi Apostolico narrata sunt, veremur ne non æque difficile fuerit illi ferre auxiliu. Nam si non probatu fuerit, nobis non licebit fines mandati excedere. Si vero probabitur. non deerit illi certe benevolentia, et favor noster. propter hanc tamen ambiguitatem maluissemus ut isthic ex plenitudine potestatis. re de plano cognita per Summu Pontificem restitutus fuisset.

D. Georgius Miscowski Cancellarius noster: interposuerat se fideiussorem quonda, cum tribus aliis pro trecentis aureis. quos D. Rabieski isthic in urbe fuerat mutua:

tus quos quidem trecentos iam in urbe priusquam mortuus esset sol:
uerat D. Gorezki sed exequutores illius qui obligationem
in forma camerae et in solidum factam fuisse sciunt repe:
tunt nunc rursus a domino Mischowski quod ultra partem
defuncti D. Gorezki reliquum est. quare ne ad soluendum ul:
tra quartam partem cogatur opera vestra erit adiuuandus.
Quo pacto autem id curare debeatis ipse vos litteris suis
quas vobis mittimus cum presentibus copiose instruet.

Phisicus noster Doctor Rawa, Subdiaconus Gnesnen Diocesis
cupit habere dispensationem de non promouendo ad biennium
vel ultra : rogamus a vobis ut dispensari cum illo ut optat
faciatis, et breue illius ad nos cum caeteris rebus transmit:
tatis. Ut autem ad sumptum in his rebus faciendum pecu:
niam presentem habere possitis mandauimus vobis isthic
ducentos aureos apud Mensam Fucarorum dari, et numerari
ex quibus quod erit necessarium in negotia nostra impendetis
reliquum ad illa si qua obtingent seruabitis.

De Turcis si non putaremus ab aliis vos intellecturos scri:
beremus vobis singula. Summa tamen haec est. Turcorum
Imperatorem a duobus supra Mensibus in Hungariam primum,
deinde etiam et in Austriam : cum ingenti exercitu : et cum
inaudito partim nauali partim terrestri apparatu descen:
disse ubi omnia loca igne ferro et gentili crudelitate va:
stare et depopulari curauit : nisi quae in potestatem suam
sponte se dederant. Nunc Viennam obsidione tenet et oppu:
gnat : tametsi spes est illum diu perseuerare in oppugna:
tione non posse : si ut ceperunt fortiter in defensione per:
stabunt qui Viennae sunt praepositi. Caetera aquila
verbis coram referet. Nos cupimus vos faelicem esse
et quam diutissime sospitem ac incolumem. Datum Cracoviae
penultima octobris. Anno domini M° D° xx ix°.

Priusq[ue] hinc discessisset aquila. Nuntiu[m] hic iam de discessu Turci ex Austria, et de soluta obsidione Vienn[a]e acceperamus, ex qua re non minori gaudio, et lætitia perfusi sumus quam ex aduentu illius territi, et perturbati fueramus. Sed de his rebus copiosius vobis aquila adueniens verbis edisseret. Nos quia metuebamus, ne forte litteræ nostræ ab aliquo interciperentur: duplicatas vobis et R[everendissi]mo domino Car[dina]li scribi fecimus: quaru[m] paria per bancu[m] Fucarorum ad vos misimus, vt saltem vnæ: si vtræq[ue] non possent vobis perferantur. quare acceptis quibuscunq[ue] ex paribus Curabitis vt secundu[m] ea quæ scripsimus omnia conficiantu[r]. Et bene valeatis. sitisq[ue] fælix.

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Crac[oviensis] Vicecancell[arius]
Doctori Rzeczicza Poenitencionario Romano.

VEnerabilis domine, frater in Christo char[issi]me.
Intra hosce aliquot Menses, ternas vel quaternas litteras v[est]ras accepimus, ex quibus perspeximus, diligentia[m], et obsequiu[m] vestru[m] non vulgare quod in curandis negotiis nostris præstare isthic soletis. pro quo vobis multas agimus gracias pollicemurq[ue] nos vicissim id vobis, beneuolentia et gratificatione cumulata referre. Bulla super Iure Patronatus præpositur[a]e Ilsen. est nobis reddita. ob quam missam, et tam bene expeditam agimus vobis gracias.
Cæteru[m] quod attinet, ad Plebanatus. Wawrzinciczew cum Suffraganeatu vnionem probatur nobis supplicationis

tenor nisi quod addi oportere existimemus: vt omnibus coadiutoriis, etiam de consensu possessoris obtentis, ac gratiis expectatiuis quibuscunque derogetur: vtque tollatur impedimentum familiaritatis R.mi D. Frederici in septem solitis Cardinalis. erat namque eius familiaris D. Petrus Vapowski possessor modernus Plebanatus in Wawrzincicze.

De compositione facienda institutum nobis non probatur, quippe quod indignum putemus nos pro paupere Suffraganeo nostro Episcopo titulari, de sacerdotiis quae collationis nostrae sunt, quaeque nondum vacant, cum officialibus Summi Pontificis pacisci. quare a vobis rogamus: vt cum D. Dantisco apud R.mum D. Car.lem Regni protectorem agatis, ne nos ad eiusmodi insolitas aestimationes adduci permittat. Si autem id non potueritis obtinere, differatis potius negotium quam pro componere debeatis. sola supplicatione in promptu habita. si vero compositiones remittentur: litteras expediatis pro quarum expeditione: iampridem ducentos aureos vobis a Fuccaris dari fecimus: quos vobis iam numeratos esse non diffidimus. Nunc etiam per D. Dabrowski mitti vobis curauimus. quod in negotia nostra expendisse vos declarauistis, hoc est aureos triginta tres.

Lubomeczki scriba noster indiget dispensatione de non promouendo. quare a vobis rogamus: vt de ea illi prouideatis.

Porembski etiam causae suae instructionem: iampridem ad vos misit, quam si accepistis rogamus a vobis, vt perspecta necessitate sua, consilium, et patrocinium praesens causae illius adhibeatis, et non paciamini vlla in re ab aduersario suo illum opprimi. id enim quod diligentiae in causa seruitorum nostrorum praestabitis, nos beneuolentia et gratificatione nostra vobis referre curabimus. Valeatis faelix et incolumis. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.,
Doctori Rzecsicza Poenitenciario Rom.°
Bartolomeo Gandkowski.

Venerabiles domini fratres in Christo char.mi,
Nichil dubitamus vos adhuc memoria tenere, quid actu sit isthic in vrbe, ex parte Petri Porembski Seruitoris nostri: ratione Canonicatus Lancicien. hic autem quid sit hac in re actu, ipse Porembski vobis presenti nuntio copiose scribet. quare nos non putauimus necessariu hac vobis in presens iterare: presertim cum nuntius festinet discedere: et nos vix adhuc ex itinere respirauimus. verum a vobis diligenter rogamus: vt hanc causa in patrocinium vestru suscipiatis, et seruitorem nostru cum apud Ro.mu D. Cardinalem protectorem, tum etiam apud alios quosuis Judices. contra quemcunque illius aduersariu defendatis atque tueamini. quicquid enim operae: et officii vestri in hanc causam praestiteritis, nos beneuolentia et gratificatione nra vobis referemus. Bene valeatis sitisque faelix. Datis Cracis. XXI. Januarii. M° D° XXX°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Cardinali Protectori.

Reuerend.me in Christo pater, et domine domine colen.me
Post perpetuae seruitutis meae commendationem.

Magnas ago et habeo gracias vestræ Rx.mæ D. pro tã sedula, et clementi opera quam præstare in negotio servitoris mei: domini Benedicti Isdbienski dignata est quam ego beneuolentiã: et humanitatem singularem D. vræ Rx.mæ perpetuo semper illi mereri curabo. Maluissem ego quidem D. vram Rx.ma cum Michaele negotiũ servitoris mei prænominati isthic pro prudentia, et authoritate sua transegisse. Verum quia ita illi visum est vt partes in me compromitterent, egoq sententiã arbitralem inter eos ferrem, magis voluntate vestræ Rx.mæ D. quam Michaelis studio, vel meritis permotus causæ eius cognitionem suscepi, sententiamq tuli. Demũ Michaelis contentationem eiusmodi decreui qualem neq eius in me merita: neq Jus quod se habere ad Canonicatum Ecclesiæ meæ postulare videbantur. sicuti hoc ex verbis D. Pænitentiarii qui per me subtilius de hoc instructur: clarius, et magis plane cognoscet D. vra Rx.ma. Cui ego summopere supplico: vt quod per me decretũ est a Michaele irritum fieri non paciatur. quin etiã ita curare pro authoritate sua dignetur: vt Michael cedat Juri suo, vtq lis et omne quod erat in controuersia extinguatur.

Cæterum etiam D. vram Rx.ma: quod sæpe rogaui: nunc iterum diligenter rogo: vt ecclesiæ Parrochialis in Wawrzincziecze: ~~non~~ cum Suffraganeatu Cracoviensi vnio iam tandem ad supplicationem meam decernatur. pudet enim iam toties de eodem negotio ad Rx.ma D. vram scribere quam arduis negotiis impeditam esse certo scio. hoc etiã negotiũ D. Pænitentiarius D. vræ Rx.mæ in memoriã reducet, modo illi beneuolentiã, et authoritatem suam accomodare in hoc dignetur: vt confici et expediri res citto possit quod ego perpetuo cum cæteris

D. vrę Rᵐᵃᵉ in me collatis beneficiis, bene mereri illi curabo. Cui me seruitutemque meam iterum atque iterum diligen.ᵐᵉ commendo. fęl.mamque esse, et optime incolumem summe desidero. Datis

Sigismundus primus Rex Polonię.
Summo Pontifici.

SAn.ᵐᵉ et beatis.ᵐᵉ pater.
Post humilem mei Regnique et dominiorum meorum comendationem, et oscula pedum beatorum. Magno cum dolore, et verborum querimonia, detulit nuper ad me Abbas Lubnien. se et fratres suos iniuste isthic accusatos esse, ob res quasdam parui momenti, euocatos esse e Regno meo, ad iuditium Sacrosanctę sedis vestrę S.ᵗⁱˢ per Mathew loci praenominati Lubnien, et Czirwinen Plebanum. quę quidem res quia et propter loci longinquitatem, et propter infesta vbique itinera non potest esse Abbati nisi molesta, et ad prestandum difficilis. Sanc.ᵗⁱ vestrę suplico, vt hanc eius causam ad Regnum meum remitti iubere dignetur, et illius cognitionem Rᵐᵒ D. Archiepiscopo Gnesnen committere vt hic sine multa molestia: et non necessariis sumptibus accusatori respondere, seque et Conuentum iustificare, atque in otio, sicut eum decet cum fratribus suis Justa Domino Deo sacrifitia facere possit. ego vero eam clementiam sanc.ᵗⁱ vestrę vna predicto cum Abbate diligentis.ᵐⁱˢ officiis perpetuo bene mereri curabo. Cui me rursus, et Regnum cum cęteris subditis meis suplicìter comendo: et Sanc.ᵗᵉᵐ vram sanam saluam et fęl.ᵐᵃ esse semper vehementer cupio, et opto. Datis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R.me etc.
Supplicauimus litteris nostris Sanctis.mo domino nostro, vt causam Abbatis Lubnien qui est per Mathiam plebanum Lubnien per confictas contra eum accusationes haud necessario e Regno nostro ad juditium Romanae Curiae personaliter euocatus ad Regnum rursus remitti iubere dignaretur eiusque causae cognitionem R.mo D. Archiepiscopo Gnesnen demandare. In qua re tametsi nihil dubitamus Sanc.tem suam nobis assensum facilem prebituram. D. vram tamen R.ma plurimum rogamus: vt sicut in caeteris negotiis et petitionibus nostris accomodare nobis operam suam diligentem consueuit, ita et in hac quoque accomodet et praestet vt et nostrae comendationis: et Abbatis necessitatis et conditionis, iusta ratio a Sanctis.mo D. nostro habeatur quam nos operam et offitium D. vestrae R.mae, vna cum caeteris de nobis meritis: omni beneuolentia et gratificatione Regia, referre illi curabimus. Bene valeat D. vra R.ma sitque semper faelix et incolumis et nos diligat. Datum Cracouiae vi Februarii

Sigismundus primus rex Polonie
Doctori Rzetzicza Poenitentionario ROMANO.

V. En.lis deuote nobis dilecte. Delatum est ad nos euocatum esse personaliter Abbatem Lubnien e Regno nostro ad

iuditium Romanae Curiae per Mathiam loci illius Lubinen Plebanum. Cuius causae cognitio, cum non tanti esse dicatur vt et Abbas periculoso itineri (quod nunc vbiq ex bellis infestum est) se committere, et sumptus non necessarios facere debeat, volumus, vt et apud Sanctis.mum D. nostrum et apud Rev.mum D. Cardinalem Regni nostri protectorem diligenter agas, quo haec causa ad Regnum rursus nostrum remittatur, et Rev.mo D. Archiepo Gnesnen cognoscenda demandetur, rem gratam nobis factur. Datum Cracis vi Februarii

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

Rev.me in Christo pater.

Proficiscens isthuc frater Faelix de Crac.a ad procuranda sua quaedam, et communitatis fratrum suorum negotia, pecuit se a nobis apud D. vram commendari, vt patrocinio illius adiutus, facilius res, quarum gracia est missus absoluat. Nos itaq perspectam habentes humanitatem D. vrae Rev.mae qua nostra, et subditorum nostrorum negotia solet prosequi, simulq scientes illam ordinis Diui dominici protectorem esse, illam plurimum rogamus, vt fratrem Faelicem prae nominatum sacrae Theologiae professorem, in postulationibus aequis et Iustis, protectione, et patrocinio suo adiuuare velit, quod nos vicissim, beneuolentia nra Regia D. vestrae referre curabimus.

Caeterum ad eam scribendi oportunitatem, commendamus etiam diligenter D. vestrae Rev.mae negotium Samuelis Maczieiowski Canonici Cracis. et Secretarii nostri sincere nobis dilecti, quod quale sit, et is ipse frater

Fælix et Doctor Stanislaus Pœnitentiarius D. vestra Rx.ma verbis exponent. Rogamus vero d. vestram, vt intellecta illius causa patrocinium consiliumq; sibi eiusmodi præstare velit, vt ipse id quod habet opus in re sua obtinere possit, id enim quod illi adiumenti consilio et opera sua attulerit D. vra Rx.ma nos inter reliqua illius de nobis merita connumerabimus, omniq; beniuolentiæ et gratificationis Regiæ genere referre illi curabimus. Cupimus fælicem semper et recte incolumem esse D. vram Rx.ma.

Sigismundus primus rex Polonie
Dominicanorum Generali

Rx.n.de pater.

Proficiscens isthuc Doctor Fælix de Cracsa Sacræ Theologiæ professor, retulit nobis se pro fratribus suis, qui in Regno nostro habitant quedam apud sedem Apostolicam et apud vram P. curare debere, in quibus, vt ille fauore maiore vti possit P.tis vestræ, peciit se apud illam his litteris nostris comendari, quare nos precibus illius, quem alioqui probum virum et ab illicitis rebus continentem audiebamus Annuentes, illum cum negotiis quæ curaturus est P.ti vestræ commendamus. hortamurq; illam, vt comendatione nra se suaq; negotia apud se constituat grata. Datum Cracsie xxiij Marcii.

Sigismundus primus rex Polonie
Cardinali Protectori

Rx.me in Christo pater.

Hinc iam supra decennium, cum profecti essent Hierosoli:

mam quidam proceres Regni nostri, in reditu illinc suo navigationeq absoluta pars illorum Romam tunc visendi loca sacra diverterant, ex quibus unus nomine Jaroslawski certam summam pecuniæ apud Lodowicum de Caponibus, et sotios eius negociatores, et Argentarios Florentinos mutuo acceperat. pro qua pecunia, ad certum tempus solvendum fideiussores intercesserant offitiales quidam Sanctissimi Domini nostri Itali assumptis sibi ad se relevandum aliquot Polonis qui tunc Romæ agebant. qui quidem Poloni, quia ob insperatam mortem prænominati debitoris principalis adveniente tempore solutionis. satisfacere creditoribus, nisi pecunia propria (quod vitabant) non poterant. et ipsi de solutione a creditoribus Romæ conveniebantur, et rursum hic hæredes conveniebant, non sine magna et ignominia sua et molestia nostra. atque ita hoc negotium in hoc usque tempus, inter ipsos manet in controversia, quippe quod hæredes, de residuo adhuc solutionis supranominatæ sollicitantur negent se amplius debere quicquam. In qua re cum nos utrique parti iustitiam aliter hic administrare non possumus, nisi, et a mercatoribus, et a fideiussoribus principalibus primum edocti fuerimus quid sit persolutum, vel quid sit ad solvendum residui. D. vram Rmam plurimum rogamus tanquam protectorem Regni nostri. et singularem subditorum nostrorum patronum ut accersitis ad se mercatoribus, et fideiussoribus diligenter rem quo modo se habeat, et ex eorum rationibus cognoscat. nosque post modum de hoc litteris suis faciat certiores. Nam priusque id cognitum nobis fiat, decernere nihil in hac re poterimus. Nomina autem fideiussorum et creditorum, et eorum qui fideiussoribus accesserant in subsidium D. vræ Rmæ presens nuntius, et alii sollicitatores copiosius exponent, modo illis, et attentionem, et benevolentiam præstare velit D. vra Rma. Nam nos id

quod opera in negotiis subditorum nostrorum praestiterit, benevolentia, et gratificatione nra Regia vicissim D. vestrae Rmae referre curabimus, quam et faelicem, et qz diutissime incolumem esse optamus. Datum Cracoviae ii Aprilis. Anno M° D° xxx°

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Cardinali sanctorum quor Coronatorum.

Rme rss.

Tametsi sciam Mtem Regiam dominum meum clementissimum satis diligenter per litteras rogasse, a Rma D. vra, ut negotium quorundam subditorum suorum quod, et hic inter se, et cum creditoribus Romae habent in controversia, cognoscere ita dignaretur, ut tandem post longum tempus, ex rationibus mercatorum: et testimonio fideiussorum apparere vere, et dinosci inter illos possit, quantum alteri adhuc teneatur, quantumqz et quo tempore, iam ex summa principali creditoribus sit numeratum. ego tamen pro offitio quod actori eius causae, qui est custos Ecclesiae meae, et Regiae Mtis Secretarius debeo. D. vram Rmam ex illa parte benevolentiae qua me complecti dignatur, vehementer etiam oro, ut se facilem, et graciosam praestare dignetur in exaudiendo procuratore illius, cum de principio, et progressu eius causae pecuniariae documenta et probationes dare in praesentia D. vestrae Rmae voluerit. ego enim omnem hanc benevolentiam, quam erga praenominatum D. Custodem vel eius procuratorem declarare dignabitur D. vra Rma vicissim illi cum caeteris in me collatis beneficiis perpetua servitute mea optime mereri curabo. quam servitutem meam cum me ipso D. vestrae Rmae commendo, faelmaqz

esse, et optime incolumem vehementer opto. Datu Cracoviae iij Aprilis M° D° xxx°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Nicolao Episcopo Kiovien et electo Medniceñ.

Rme in Christo pater, et domine frater et amice char.mê quando mihi litteras D. vestrae Rmae adolescens illius Solecznieczki Piotrkoviae reddidit, iam tum et Mtas Regia et nos omnes ad iter fuimus accincti, quare cum illic ego de litteris commendaticiis, de quibus ad me scripsit, satisfacere D. vestrae Rmae non potuissem, simulatque huc in bona Episcopatus mei veni, Scribi illas diligenter curavi, et Craco. ubi erat Solecnieczki, ad obsignandu et subscribendu Mti Regiae misi. Interea vero dum haec agerem, Allatae sunt mihi novae ex urbe Roma a Doctore Stanislao Rzecicza ~~litterae~~ paenitentiario Apostolico litterae, quibus ad me scribit peccuniam D. v. Rmae, et litteras omnes quas Salomon tulerat a Duce Urbini ad dominum Episcopum Eugubien missas eo consilio esse, ut in manus D. Car.lis Sanctorum quattuor; tanquam Regni Poloniae protectoris certius pervenirent, de qua re accepisse litteras ab ipso D. Episcopo Eugubien dominum Car.lem etiam scribit, unde in dicat dominus Doctor expeditionem D. vestrae Rmae recte processuram, ad quam ipse omni cura et sollicitudine ut officium suum commendatum D. vestrae Rmae faceret incumbit, et pro recuperanda peccunia hortatu domini Cardinalis, solus etiam ad D. Episcopum Eugubien descendere instituit, quod si faciet, ego nihil dubitabo recte

successura omnia esse in expeditione D. vestræ, quinetiam non censebo necessariam Solecznczki adolescentis in vrbem missionem. Nam cum ita in tuto pecunia sit posita et dominus Pænitentiarius scribat se, et de illa recipienda, et de expeditione procuranda curam habere velle, frustra alios sumptus D. vra in mittendo hoc adolescente seruitore suo faceret, ex quibus aliquam partem pro munerando D. Pænitentiario, qui in hac necessitate et negotio D. vestræ Rmæ, fidem et offitium suum singulariter probauit impendere magis conueniret, quod tamen ego prudentiæ D. vestræ committo, sed tamen illam rogo, vt illius probi hominis virtutem æqua gratitudine sua prosequi velit. In his autem, etsi ea fuerit mea sententia vt superius scripsi, nolui tamen, inconsultis aliis amicis D. vestræ, vt D. Choteczki, et Doctore Borek, authoritate mea aliquid statuere, sed ad illos Cracis scripsi, vt si idem illis videretur, remitterent adolescentem ad D. vram Rmam, sin minus facerent quod ex commodo illius magis futurum arbitrarentur, quid illi facient, ex eorum litteris D. vra Rma cognoscet, et ego per occasionem plena illi declarabo. Interea me illius amori, et beneuolentiæ fraternæ commendo, et eam fælicem esse semper atque incolumem vehementer opto. Datum in Kielcze xviiiª Januarii Anno dni Mº Dº xxx I.

VEn.lis domine frater in Christo char.me. Misimus ad Do. Choienski Archidiaconum Ecclesiæ nostræ Cracis, litte:

ras scriptas nomini Regio, ad Sanctissimum Dominum nostrum, et ad Reverendissimum Dominum Cardinalem S. quatuor, et dominum Ducem Urbini, in negotiis Reverendi domini Episcopi Kiovien. et electi Medniceń., postulamusque ab illo, ut eas manu Regia subscribi, et obsignari faciat, vobisque tradat quos vos servitori domini Kiovien. Paulo Solezniczki qui iam isthic est, consignetis una cum nostris litteris, quas presentibus annexas ad vos mittimus

Commendavimus autem eundem Paulum, et negotia per eum curanda apud Sedem Apostolicam, et Regiis, et nostris litteris, litterasque passus illi etiam scribi mandavimus, et ad Dominum Choienski subscribendas, et obsignandas cum aliis misimus. Nos ista hebdomada in Bodzanczin concedemus: si mitior aura aspiraverit, Optamus autem vos bene ac foeliciter valere, et ut cum domino Scolastico, et aliis amicis, lete, et foeliciter vivatis, ex animo cupimus. 1529

Sigismundus primus Rex Polonie
Duci Urbini.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc. Illustris Princeps et domine amice charissime. Declaravit nobis Reverendus pater dominus Nicolaus Episcopus Kiovien. et Electus Mednicen. servitorem suum autumno praeterito quando iter Romam versus in Ducatu Illustritatis vestrae faciebat, in quibusdam aquis apud Cantianum, late tum ex inundatione diffusis, submersum esse, cumque presentibus itineris comitibus opera loci illius Illustritatis vestrae praefectorum una cum Sarcinis, et sexingentis viginti novem aureis ac numismate viginti duos aureos ponderante, extractum, quos aureos

profecti in custodiam, et curam suam receperunt: fortasse
propterea: ne per quempiam cum iniuria proprii domini
distraherentur. in quo nos officium illorum plurimum laudamus:
quoniam tamen scitum est, et exploratum nobis eam aureorum
summam, praenominati domini Electi Mednicen propriam esse
quam ille ad expeditionem Episcopatus Mednicen, per nos
illi collati, Romam miserat. Ill.tem vram rogamus: vt ei
nuntio, qui presentes illi litteras nostras reddet, aureos
supradictos restitui, et integre numerari faciat. Nos enim
fidem facimus hunc esse, ad hanc rem veri domini volun:
tate isthuc missum, et honestatis, atque iuris publici rationes
exigere noscimus, vt vnicuique quod suum est: sine impedi:
mento, et difficultate restituatur: faciet in hoc Ill.tas
vra, rem Principis Christiani dignam: et nobis singulariter
gratam: quam eodem aequitatis modo pro Regio nostro offi:
tio, et beneuolentia, gratificationeque mutua in omnibus re:
ferre vicissim Ill.ti vestrae curabimus semper. quam et
bene valere et falicem esse optamus. Datum Cracouiae, die
xix Januarii. Anno dni M°D° xxx°1°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

R.mo in Christo pater etc. Cepta est inter Ser.mum
Sigismundum filium nostrum, et filiam S.mi D. Ferdinandi
Ro. Hungariae, et Bohemiae Regis tractari coniugalis
affinitas: quae cum transigi vel concludi, sanguinis libe:
rorum nostrorum coniunctione obstante: sine authoritate et
dispensatione S.mi domini nostri nequeat: D. vram R.ma
plurimum rogamus: vt a Sanc.te sua: nomine nostro im:
petrare velit, super vinculo agnationis, ac etiam super

ætate S.mi filii nostri: cum Ill.ma filia Ser.mi Romanorum Regis prædicti dispensari. Nata est enim puella dicti S.mi D. Ro: Regis, ex nepte ac fratre germano nostro procreata. quam nos opera D. vestræ R.mæ cum cæteris illius de nobis meritis, mutua nostra beneuolentia, et gratificatione, referre semper curabimus. Bene valeat D. vestra R.ma, et sit semper incolumis, et fælix. Datum Cracoviæ die xij Julii. Anno domini M° D° xxx1°. Regni nostri Anno xxv.to.

Sigismundus primus Rex Polonie
Doctori Rzeczicza penitenciario R.o

VEn.lis deuote nobis dilecte. Scripsimus ad R.mum Dominum Sanctorum quatuor Coronatorum Car.lem, et Regni nostri protectorem, ut Ser.mo filio nostro Sigismundo, et Ill.mæ Dnę Elisabet Ser.mi D. Ferdinandi Ro. Hungariæ et Bohemiæ Regis filiæ, qui sibi tertio consanguinitatis gradu iunguntur: suntque adhuc in minori ætate constituti. dispensationem Apostolicam: apud S.mum D. nostrum impetret: quo inuicem contrahere, et connubio iungi possit sibi. nam etsi ad desponsationem hanc faciendum tractatum est utrinque inter nos: et S.mum D. Ro: Regem: concludi tamen nihil potuit: nisi dispensatio prædicta afferatur. quare D. tuæ committimus, ut sollicite, et diligenter apud R.mum D. Cardinalem Protectorem: nomine nostro agat: quo hæc dispensatio, tam super consanguinitate quam etiam super ætate: et concedatur, per S.mum D. nostrum: et celeriter expediatur. pro qua impetranda aget etiam isthic Orator Ser.mi D. Ferdinandi Ro. Regis: cum quo tua D. mutuam habeat intelligentiam. factura pro gracia nostra.

Datu Cracoviæ . die xij Iulii . Anno dni M° D° xxx 1°
Regni nostri xxv^to^.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Cardinali S. Quatuor

Rme in Christo pater . et domine amice char.^me^ ac honorande .
Scribimus in presenti ad S.mu D. nostrum litteras : illius S.ti supplicantes : vt nobis facultatem concedere dignetur nominandi : certas personas nobis gratas ad sex Ecclesias Regni nostri Cathedrales : videlicet Gnesnen Metropolitanam . Cracs. Cuiauien . Posnamien . Plocen . et Varmien ita vt in singulis Ecclesijs binis personis : tam de dignitatibus , seu de Prælaturis : quam etiam de Canonicatibus et Prebendis . in Mense S.tis suæ vacantibus providere possit . quod tametsi S.tem suam : ad petitionem nram facturam esse confidimus : quia tamen ob multa maiorum momenti S.ti suæ impedimenta : rem hanc sollicitatione egere intelligimus . D. vram Rx.ma plurimu rogamus . interponere velit operam : et diligentia suam apud eius Sanc.tem , vt hanc petitionem nram clementer admittere : et illi secundum desideriu nostru subscribere dignetur . quod cum factu erit nos et acceptu id D. vestræ Rx.mæ referemus . et beneuolentia gratificationeq nra compensare illi curabimus .
Bene valeat D. vra Rx.ma . et sit semper fælix diuq salua et incolumis . Datu.

Petrus Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius,
Georgio Crupski Castellano Leopolien et Capit°
Hrodlensi

GEnerose domine amice char.mc. Vrgens et ardua necessitas me coegit, vt nunc ad vram D. hunc eius filiu mittam. Scripsit namq michi Rx.mus D. Cardinalis sanctoru quattuor Coronatoru, magnus fautor, et patronus meus: vt ei mitterem equu gradariu bonu et se dignu quem cum neq ipse habeam nec in multis locis quesitu inuenire illu potuissem. sciens vero vestram D. habere equu gradariu, bonu et pulchrum donatu sibi a domino olim Janussio Swierzowski Castellanat Wislicen. et Capitaneo Lublinen, rogo plurimu illam, mittere michi illu velit. Cum pudore quidem magno, id a vra D. peto Nam non soleo molestus esse amicis: nec ab eis quidqua petere consueui. necessitas tamen vt dixi me compellit, et mutare rogandi animi mei institutu. Non opto autem vt vra D. donet michi eundem gradariu, sed vt illu soluere ei possim, et certe, si aliunde aliu gradariu bonu et pulchrum habere possim, nunq a vra D. hunc equu habere postularem, quam iteru rogo, mittere michi illu velit, per hunc eius filiu, ego vero soluam eu libenter et hanc vestra D. erga me beniuolentia, omni studio et gratificatione mea, referre illi semper curabo.
Cetera referet Joannes filius vestra D. quæ valeat et sit fœlix, meq habeat sibi charu et comendatu.

Petrus Tomicius Epus Crac. vicecancell.
Abbati in Czirwiensko

R.n.de pater, frater in Christo char.me.
Decrevimus in animo, mittere in urbem muneris loco Re.mo Domino Car.li sanctorum quattuor Regni huius Protectori, equum aliquem gradarium optimum, sive succassatura incedentem, quem cum ubique iam quesitum, non potuerimus satis formosum reperire: ut sciamus vos ex equitio vestro, quod laudatum vobis est, et copiosum, equos ad hoc munus aptos habere, plurimum a vobis rogamus, ut unum equum gradarium, quem meliorem vel elegantiorem habere potueritis, tamen nobis sive dono, sive pro pecunia quamprimum mittatis, quacunque enim ratione: id a vobis factum fuerit: nobis erit summopere gratum, quod non solum gratitudine animi: sed mutua vicissim gratificatione, et remuneratione vobis per omnem occasionem referre curabimus, faeliciter valeatis, et sitis semper sanus, et incolumis. Datum Crac.e.

Petrus Tomicius Epus Crac. vicecancell.
Bartholomeo Gandkowski

Honorabilis frater in Christo char.me.
Intelleximus ex tuis litteris, quas nobis Paulus de Chodow attulit, te circa res, et actiones nostras, isthic diligentem esse, qua res nobis plurimum fuit grata, quare pro hoc agimus tibi gracias, teque hortamur, et rogamus

vt deinceps te cum nobis praestes: qualem praestare coepisti, quidquid enim operae, et studii, in rebus nostris collocaueris nos gratificatione nra tibi referre vicissim curabimus. Sententiam et desiderium nostrum de pacificando domino Isdbienski, deque compositione circa vnionem Vaurzinczinen. ex litteris D. Doctoris Rzeczcza intelliges De qua re, et aliis quas scribimus, operam et offitium tuum vbi oportebit interpones. Rem nobis gratam facturus. Bene vale. Datum Cracouiae vi Augusti, M° D° xxx°.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan:
Bartholomeo Gandkowski

Honorabilis frater in Christo char.me. Scribimus domino Paenitentiario quaedam, quae in negotiis nostris et nostrorum agere debeat, quae ne tibi repetamus, ex litteris illius cognoscere curabis. In quibus vt non grauetur ipse Paenitentiarius, tu illum opera, et industria vt oportebit adiuuabis, quod nos vicissim gratificatione nra tibi referemus. Caeterum relatum est nobis te in causa domini Malechowski, quam fidei et curae tuae inuicem: cum domino Paenitentiario commiseramus: nescimus quid astus interposuisse, et ex industria curam eius causae neglexisse, vt Michaeli gratificareris, sententiamque illam et sequestrum assequi te tacente patereris, quod cum non mediocris vitii et notae existat tacitum relinquere sub hac occasione scribendi noluimus. Quare te monemus, ex hac criminatione te purges, ne nos in dubio simus: quo pacto in posterum de tua fide nobis per:

suadere debeamus. Namque nos ut te in protectione nra servare-
mus: ab initio tui Romam adventus propterea te coniunctum esse
cum D. Poenitentiario voluimus: ut omnem Michaelis societa-
tem: et perversos mores illius effugere facilius potuisses.
quem tu nunc plus, quam dominum Poenitentiarium diceris obser-
vare. De quo etiam abs te fieri certiores volumus. Vale. Datis.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

Rme ... Commendare solemus frequentius vestrae
Rmae D. cum nra tum subditorum nostrorum negotia: for-
tassis ad molestiam usque. facit tamen hoc partim officium
nostrum: partim etiam singularis benivolentia: et studium
erga nos Rmae D. vestrae quod ad eam fiduciam nos pla-
ne incitat. quare et hunc Venlem Franciscum Golinski Cano-
nicum Plocen. ex familia Regni nostri erga nos bene merita
commendamus Rmae D. vestrae: rogamusque illam plurimum
ut illi in negotiis eius iustis et honestis suo patrocinio et fa-
vore adesse isthic dignetur. et praesertim quod exhibetur illi ne-
gotium ratione beneficiorum eius, quae per commutationem pro
sacerdotiis iuris patronatus nostri obtinuit, quasi provi-
deri de illis per ordinarium, veluti de reservatis ex familia-
ritate Rmae D. vestrae non potuerit. cum tamen resi-
gnatio et provisio illi facta est in Mense ordinario, quae si
non valeret, iam privilegium quod pro ordinariis medio Rmae
D. vestrae novissime obtinuimus infirmaretur: quod non
libenter videremus. Proinde ut Rma D. vra hoc ne-
gotium de conservando ipso Privilegio in vigore suo cordi
habere: et ipsum Franciscum tueri dignetur. illam pluri-

mu rogamus. Factura pro sua virtute: et solita erga nos beneuolentia: quod inter alia Rev.ma D. vestræ erga nos offitia præstita, non postremo loco connumerabimus Et omni beniuolentia nra illi referemus. Fel.me valeat Rev.ma D. vra, et nos habeat sibi commendatu. Datu Cracouiæ Die xxv.a Augusti M.o D.o xxxi.o Regni nostri xxv.to

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan:
Doctori Rzeczicza pe[n]itenciario Rono

VEn.lis domine frater: et patrue in Christo char.me Scripsimus Rev.mo domino Cardinali, nos non multu curare de ea facultate: quæ nobis in aliorv Diocesibus concessa est ad visitanda religiosa, et exempta Monachorv et fratrv Monasteria. quare vos agat[is], vt post annu in nra tantu Diocesi ad vitam nrãm, aut saltem, ad aliquod longum tempus facultas detur nobis corrigendi licentiosorv Monachorv excessus, de quibus nos tantu pro offitio nostro pastorali curam habemus. Nam exemptione sua et ad turpitudinem vitæ, et ad alienanda Monasteriorum bona illos valde propensos esse videmus: et nisi illos admonitione contineremus, hactenus plura distraxissent: quod tum facilius nos facere, et continere illos poterimus: cum authoritate Apostolica fungi nobis licebit.

Quando ita credit[is], q[uod] reuocari debeant per Summu Pontificem graciæ in vniuersu concessæ. Agetis diligenter: vt ante tempus, concessionibus, et reseruationibus nostr[is], et aliorv, quæ ad intercessionem M[aiesta]t[is]

Regiæ in hoc Regno factæ sunt prouideatur. ne inter reuocatas censeantur gracias. De quare et Mtas Regia, et nos Rx.mo domino Car.li Protectori scripsimus. Cæterum cum retulisset nobis D. Samuel Maczieiowski optare vos asscribi in familiam nram. et nobilem creari. fecimus id non grauatim: perspectu habentes. virtutem: doctrinam: et singularem erga nos animi vestri propensionem. operamq fecimus apud Mtem Regiā, vt vos cum Nepotibus vestris authoritate sua Regia nobilem crearet. quod fecit Mtas sua liberalissime: et cu summo affectu: litterasq Nobilitationis vobis dari iussit: quas nos cum presentibus mittimus: vt sciatis, et cognoscatis nos gratam habere vram. erga nos obseruantiā: simul et studiu ac diligentiam: quam præstare non prætermittitis isthic nostris et nostroru negotiis. fæl.me valete, et nos diligite. Dominuq Deum pro nobis orate. Cracouiæ Die xi Septembris M° D° xxx I°.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Chortesio scriptori Apostolico

Sigismundus Dei gra Rex Poloniæ etc.
Reuerende nobis sincere dilecte. Tabellarius noster, qui superioribus annis Romam a nobis missus pecuniam quarundam Annatarū, quæ in manus Rx.mi domini Car.lis Sanctoru quattuor, a Rn.do domino Episcopo Cracouien missa fuerat: per imprudentiā Jacobo Schutz defuncto tradiderat, questus est a nobis molestari se: ob eius pecuniæ sua culpa distractionem, vrgeriq, vt vel de suo refundat pecuniā iis quoru interest illam non amitti, vel

personas in quarum rem versa sit declaret. quoniam vero
ipse certo sciat partem eius pecuniae ad manus vestras
peruenisse, suplicauit: vt authoritatem nram interponere:
mus: quo haec pecunia a nobis aliqua iuris ratione exigatur.
Quare nos eius precibus permoti priusquam aliquid in hac re
fiat: scribere ad vos presentes litteras nostras statuimus.
quibus vos hortamur: vt pecunia defuncti Jacobi: quan:
tacunque penes vos: et dominum de Capisuchis Sacri Pala:
tii auditorem sit, ad manus Rmi D. Cardinalis sancto:
rum quatuor Coronatorum. aut Venerabilis Stanislai Pae:
nitentiarii minoris Basilicae beati Petri de vrbe depo:
natis: ne tabellarius noster amplius ob hanc molestetur
et illi quorum interest damnarum subeant. In quo rem
nobis in primis gratam. deinde et offitio vestro dignam
facietis. Datum Cracouiae vltima Augusti. Anno domini
M° D° xxx1. Regni nostri Anno xxv°

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Chortesio Scriptori Apostolico

Rnde Domine amice charme. Illo adhuc tempore quo do:
minum Jacobum Schutz mortuum accepimus: ego fui factus cer:
tior Jacobum cum iam moriturus esset: testamento suo declaras:
se: quod D. vra debitor illi existebat, in sexaginta aureis il:
lius pecuniae: quam tabellarius Mtis Regis nostri: per
errorem ipse dederat: cum tamen per me ad manus Rmi
Domini Carlis sanctorum quatuor Coronatorum fuerat
missa. Sed hac de re propterea hucusque nihil D. vestrae
scripsi: quia confidebam illam sponte sua: Rmo domino
Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum, vel domino Pae:

nitentiario nostro numeraturam esse. Nunc tamen quia aliter euenisse quam sperabam video. Et quia denique ab ijs quorum interest admoneor de pecunia integra praestanda, D. vram plurimum rogo: vt sexaginta istos aureos, in manibus Rv.mi domini sanctorum quattuor Cardinalis reponat, ne et ipsa deinceps per me: et ego per alias personas ratione huius debiti molestemur. Curet etiam, et operam sua faciat vestra D. pro sua erga me beneuolentia: vt dominus quoque de Capisuchis Sacri Palacii auditor, septuaginta aureos in quibus Jacobo Schuer defuncto est obligatus dissoluat: eosque apud praeffatum Rmum D. Cardinalem reponat, faciet vra D. non modo rem aequam, et iustam: sed et omnibus ad quos pertinet, mihi vero in primis gratam, quae bene valeat: et sit faelix. Datum Cracouiae vltima Augusti. Anno domini. M° D° XXXI°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

Rv.me in Christo pater: et domine amice char.me ac honorande. Agitur secundus hic Mensis, quod permissu omnipotentis Dei Ecclesia Cathedralis Vilnen: simul cum media parte illius vrbis sit exusta: quam nos Ecclesiam vti et vrbem, in Ducatum Lithuaniae: ante omnes alias magis amore: et veneratione colimus: cum ob alias multas causas: tum maxime quod ad cultum omnipotentis Dei: egregiis ornamentis: et insigni structura erat praeparata. Ad cuius restaurationem: cum nunc curam intendere coepissemus: incidit nobis in mentem vtile fore, si ad hanc templi insignem quam meditamur

reparationem. Cristianorum acolarum subsidium accedat. Quare a D. vra Rma plurimum rogamus: vt Sanctissimo domino nostro supplicare velit nomine nostro: quo ad magnum Ducatum nostrum Lithuaniae graciam Jubilei: in plena forma concedere dignetur. Cuius nos freti adiumento celerius in opere: finem facere pro laude Dei possimus in quo rem nobis, supra modum gratam faciet D. vra Rma quam nos vicissim illi omni beniuolentia: et mutua gratificatione cumulate referre semper curabimus. Bene valeat D. vra Rma: sitque quam diutissime incolumis, et faelix: et nos Sanctissimo Domino frequenter comendet. Datum Cracouiae vltima Augusti. Anno domini M° D° XXX I°. Regni nostri XXV°.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan: Ioanni Dantisco Epo Culmen. Ori Regio apud Caesarem Carolum quintum

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice charissime. Mirum vel alienum hoc videri non debet D. vestrae Rmae quod ego rarius ad illam scribam. Maiestas enim Regia paucos admodum mittit isthuc nunctios, a quibus cum ego discedo, nescio cui tuto litteras meas committere ad vram R. D. possem. tametsi hoc tempore nichil habeam quod scribendo ad illam secretum esse oporteat. sed vtcunque est de silentio meo velim vt me habeat familiariter excusatum, et illud aequi, bonique consulat. Non fit enim vel negligentia vel obliuione, sed quia ita res est. vbi enim id vel honor vel vtilitas D. vestrae Rmae exposceret, non silerem profecto, vel si quottidie scribendum foret.

Hic apud nos proxime præteritis diebus in personis publicis ordo commutatus est. Mortuo enim domino Archiepiscopo Laski Gnesnen, cum ego ex certis honestis rationibus, noluissem hinc Gnesnam me transferre, subrogatus est in locum illius Rmus dominus Mathias Drzewiczki Episcopus Cuiauien. ad eius vero Cuiauien Episcopatum, dominus Joannes Carnkowski Episcopus Premislien suffectus, Premislien Episcopatu, ad dominum Joannem Choienski Archidiaconum translato, cui omnia sacerdotia cum Episcopatu reseruabuntur. Ex sacerdotiis autem quæ habuit D. Carnkowski Episcopus Premislien, Præposituram Crac. ad quam Iuspatronatus habui, ego contuli domino Joanni Tharnowski filio domini Palatini Russiæ, Scarbimirien vero Præposituram Mtas Regia contulit. Domino Stanislao Oliesniczki, Scolastria Sandomirien Contulit etiam Mtas sua, domino Stanislao Tarlo, adempto illi plebanatu Sandomirien, quem Mtas Reginalis Italo cuidam Scipioni impetrauit, Scolastriam autem Lancicien, insigne sacerdotium, quam dominus Episcopus Cuiauien Archiepiscopus Gnesnen designatus hactenus tenuit, et possedit, Mtas Regia contulit domino Nicolao Samosczki, qui Præposituram Voinicen resignauit domino Vilhelmo Jaroczki Reginalis Mtis seruitori, de quibus omnibus, in vrbem pro confirmatione, magnis itineribus missus est nuntius.

Sæpius contuli, cum Mte Regia, de reditu Dnis vræ Rmæ quam cupio ex animo tandem videre incolumem, sed Mtem suam adducere non potui, vt ad reuocationem Rmæ Dnis vestræ, hoc tempore consentiret. Nam cum ita factum est, quod post missum in Hispanias dominum Lewiczki tamdiu a Cæsare non discessit Dno vra Rma, quoad in Germaniam descenderet, Arripuit occasionem Mtas sua, propter multa ardua Reip. negotia D. vram Rmam isthic retinendi, quam scit pro honore et ex

dignitate sua istic omnia curare. Nunc etiam et aliud in prospectu habet Mtas sua. Si enim concilium generale forte celebraretur, adiuncto quopiam alio Oratore ad latus D. vestrae Rx.mae, nemo melius et mandata referre: et locum Mtis Regiae cum dignitate sustinere preter illam posset: quae per tot annos optime didicit, quid in istis excelsis locis, et Aulis, facere et dicere cum decoro conueniat. Quare ego D. vram Rx.ma plurimum rogo, non fastidiat aliquantisper muneris istius sui curam. paulo enim tempore adhuc exacto cum Cesar Germaniam relinquet D. vra Rx.ma, cum summo omnium plausu, et suo ingenti honore, ad cumulata Mtis Regiae et Rlis graciam huc reuertetur felix. Caeterum comendo ex animo, vestrae Rx.mae D. filium D. Petri Dluski mei boni seruitoris. Et cupio illam bene, et feliciter valere. Datum Cracouiae Die xxv. Julii M° D xxx 1°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Cardinali S. Quatuor Coronatorum protectori

Rx.me in Christo pater, et domine colen.me

Post seruitutis, et orationum mearum, humilem comendationem. Agitur hic tertius Mensis, quod Reuerendus D. Petrus Suffraganeus Plocen, subita quadam aegritudine correptus e viuis excessit, qui in Ecclesia Plocen Archidiaconatum obtinuit. Post cuius obitum, quando de more, et Priuilegio prouinciae Gnesnen a sede Apostolica concessae, pro eligendo nouo Archidiacono dominus Episcopus Plocen nepos meus Capitulum ad se conuocauit. Electus est per D. Episcopum et maiorem partem Capituli, in Archidiaconum D. Paulus Popielski, Canonicus Plocen, et seruitor ipsius domini

Episcopi, vir equidem omni commendatione dignus. Quoniam vero aliquot Canonici ei electioni contradicentes protestatione facta, negotium ipsi electo exhibere parant, Dominus Episcopus, Electi rationibus et quieti consulere cupiens, prospexit ad Ius ipsius Electi magnopere conducturum. Si D. vra Ius suum, quod post mortem D. Nicolai Gamrath in direptione vrbis Romae mortui, Servitorum et familiarum sui, sibi competit, favere illi dignaretur. Defunctus enim D. Nicolaus mouerat litem praedicto Suffraganeo, et habebat introductam causam in Iudicio rotae, super Archidiaconatu supra nominato. Quare ego D. vestram Rev.ma plurimum et meo et Nepotis mei D. Episcopi Plocen. nomine rogo, vt id ipsum Ius, quod sibi ratione ista supradicta competit, ipsi domino Popielski favere, et graciose concedere dignetur. quod ego cum nepote meo domino Plocen. omnibus offitiis et servitute nostra D. vestrae Rev.mae perpetuo mereri curabimus. Cuius graciae ego me et servitutem meam diligentem rursus comendo. Dominumque Deum rogo, vt diutiss.me nobis D. vram Rev.ma sanam, salvam et felicem conservet. Datum 1532

Petrus Tomicski Eps Cracc. viceccancell.
Joanni Vilamowski Romam misso.

Vilamowski reddidit nobis litteras tuas. Zakrzewski ille, ex Ducatu Masoviae, quem non longe ab vrbe Roma obuium habuisti, et retulit nobis, te comitesque tuos et equos sanos, et in habitudine corporis integra traductos esse, quod nobis et gratum et auditu iucundum fuit. Si omnia, quae tibi sunt commissa iam curasti ex sententia

probamus diligentiam tuam. Sin autem impediris aliqua adhuc difficultate, optamus vt ingenio, et persuasionibus ad rem vtilibus impedimenta vincas, habuisti quidem amplam instructionem ad singula quæ tibi agenda sunt commissa. Sed vellemus ad negotium denarii sancti Petri, hoc vnum etiam ad persuasionem cumulandam esse cognitum tibi, quod in toto Regno Angliæ negari ceperit non pridem Authore Rege solutio eiusdem denarii sancti Petri, quæ a quolibet fumo erat instituta, et excedebat summam 40 millium Ducatorum. Ita enim Orator Mtis Regiæ Reuerendus dominus Joannes Dantiscus Episcopus Culmensis qui apud Cæsaream Mtem nunc agit, proximis diebus ad Mtem suam Regiam scripsit. Quare fore melius et honestius declarabis, si id quod retineri per Summum Pontificem non possit, ad postulata Regiæ Mtis concedatur. Alia ex priori instructione nra persuasionem tibi ad res bene gerendas suppeditabunt. Cum autem negotia omnia, tuæ curæ commissa perfeceris, Skorekyad nos cum aliquo Iuuene sutore Italo remittas. Et per eum nos de omnibus quæ egeris, et impetraueris, facias plene certiores. Et bene vale. Ex Cracouia die xij Julii. M° D. xxxi°.

Petrus Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Cardinali Protectori.

R.me in Christo pater, et domine domine colen.me

Post Seruitutis meæ humilem comendationem. Quando hic relatum audiui D. vram R.mam illo tempore, quo nuntius Mtis Regiæ isthic fuit ex ægritudine decumbere

maiorem in modum fui perturbatus, et non minorem ex hoc nuntio cepi dolorem, quàm si de mea mihi ægritudine, vel aliquo graui morbo dolendum foret, quod ipsum et nunc dolerem vehementius, nisi confiderem D. vram Rp.ma iam hucusque in pristinum valetudinis statum restitutam esse. quare hac spe bona fretus D. vestra Rp.ma ob recuperatam sanitatem presentibus gratulor. Cui nihil minus quam ipsi mihi et optima ac diuturna valetudinem: et fel.mum vitæ cursum faueo, et opto.

Declarauit mihi nuntius Mts Regiæ, equos quos D. vestra Rp.ma dono misi fuisse illi gratos, vnde ego non mediocrem cepi voluptatem. Nam cum intelligo munuscula mea grata esse apud D. vestram Rp.ma, facto ipse meo plurimum delector, et desiderio quo ad demerendam mihi illius graciam teneor satisfacio.

De vnione Ecclesiæ Parrochialis in Wawrzinciczе Suffraganeo meo Cracen, demiror tam crebris precibus meis non subscribi hactenus. Spero tamen quod D. vra Rp.ma pristina sua valetudine recuperata: quæ sola negotio perficiendo obstabat, non pacietur diutius me tanta expectatione eius expeditionis torqueri. cui Ds Doctor Stanislaus Penitentiarius quoties opus erit illam in memoriam reducere non prætermittet.

Scribit ad D. vram Rp.ma Mtas Regia quod et per nuntium apud illam nuper egit, vt operam suam interponere velit apud Sancts.mum D. nostrum de extendenda bulla seu priuilegio ordinariis ad semestre ~~[illegible]~~ concessa, ad alias Prælatorum Abbatum Prepositorum, Capitulorum Communitatum, et Collegiorum Regni huius Ecclesiasticas collationes. quod vt facere dignetur, ego etiam quantum apud illam precipue valeo magnopere rogo, non minus enim expedit Prælatos suprascriptos, quàm ordinarios Priuilegii concessi

prærogatiuis vti, vt aliquando litibus soluti sibi gratas et vtiles Ecclesiis personas in locis suæ collattionis præfi: cere, et collocare valeant.

Fama huc ad nos delata est Sanct.s.mum Dominum nostrum gra: cias: reseruationes: et alias concessiones suas reuocare decreuisse, quod si futurum esset Concessionibus in hoc Re: gno ad intercessionem M.ts Regiæ factis consulere in tempore conduceret. quare rogo plurimum D. vram R.ma dignetur in hac parte consilio et authoritate sua non deesse vt firmitati concessionum mihi, et aliis factarum prouidea: tur, quo aliquando fructum illarum consequi possimus.

D. Georgius Miskowski Ecclesiæ meæ Crac. Canonicus, et Cancellarius meus adiit possessionem Ecclesiæ Parrochi: alis in bonis meis Piotrawijn, post mortem Venerabilis Ra: phaelis Coteczki vacantis, vigore graciæ expectatiuæ dudum a S.mo domino nostro sibi concessæ, quem prote: ctioni D. vestræ R.mæ comendo: et ab illa rogo: vt si quispiam de parrochiali prædicta negotium sibi facessere vellet, authoritate et consilio suo adiuuare illum dignetur

Comendo præterea negotium nobilis Nicolai Bogusch Ma: gistri domus et Curiæ meæ: quod isthic apud vram R.ma D. Dominus Pœnitentiarius est sollicitaturus.

Cæterum redditum est mihi breue Apostolicum, quo facultas michi datur ad vnum annum, in toto hoc Regno Religioso: rum Monasteria visitandi, et excessus eorum corrigendi. pro qua concessione, licet vt debeo gracias agam D. vestræ R.mæ, cuius patrocinio impetratam esse credo. quia tamen non tanti me esse puto, vt aliorum Pontificum onera sustinere possim aut debeam. D. vestra R.ma maiorem in modum rogo, vt me ab aliena cura liberet, et post exa: ctum præsentem annum, in mea tantum Diocœsi cuius ego dignitati, et religioni pro offitio meo consulere laboro

facultatem hanc quo ad vivo, aut saltem ad aliquod longu tempus concedi michi procurare dignetur. Nam in tanta iam licentia prolapsos exemptos omnes religiosos hic video, vt nisi in tempore coerceantur, facile, et Religionem, et bona Ecclesiarum suarum sint pessundaturi, quod ego meo tempore preeavens, ne contingat, quantum possum provideo. et D. vram Rev.ma rogo, vt me in hac parte Consilio, et opera sua adiuuare dignetur. Hoc autem, et alia negotia mea curabit apud D. vestram Rev.ma D. Doctor Stanislaus Paenitentiarius. Cui vt in omnibus patrocinium, et authoritatem sua accomodare dignetur, ab illa enixe peto. Commendo me, et officia mea iterum atque iterum, vestrae Rev.mae D. et opto: vt Deus Omnipotens illam adhuc in multos annos protectorem nobis, et huic Regno, in optima valetudine seruet fel.ma. Datum. 1534

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Doctori de Rzeczicza Poenitencionario Romo.

Venerabilis domine frater in Christo chariss.me. Iam ab aliquot supra annis dederat Mtas Regia Rev.mo domino Ioanni Carnkowski Episcopo Vladislauien designato simul cum Mag.cis dominis Cracs. Sandomiricn. et Radomien Castellanis Ius patronatus, seu Ius presentandi ad Scolastriam Ecclesiae Collegiatae Lancicien, pro vna vice duntaxat, ea conditione: vt aliquem ex Nepotibus Rev.mi domini Archiepiscopi designati ad illam, cum per cessum, vel per decessum vacaret presentarent. Cuius concessionis iure: quia nunc primum post mortem Rev.mi do. Io. de Lasko Archiepi Gnesnen vsi sunt vid3 presentando Do. Ioannem Drewiczki

ad dictam Scolastria Administratori In Archiepiscopatu constituto per cessu Rx.mi domini Archiepiscopi vacantem. quando iam Mtas Regia dato Archiepiscopatu Rx.mo D. sua nominarat ad dictam Scolastria D. Nicolaw Zamosczki. quare cu ita facta sit sero hæc ipsa resignatio, et Mtas Regia mutare de domino Zamosczki voluntatem sua nollet. resignatio facta est dictæ Scolastriæ domino Zamosczki coram domino Administratore Gnesnen, et iam est illic institutus aut brevi instituetur, non oportuit siquidem resignationem hanc in urbem transferri. Cum Scolastria non sit principalis dignitas in Ecclesia Lancicien. Veru quia ex concessione Sedis Apostolicæ. rex noster est illic Patronus videtur necessariu, ut nova provisionem pro ipso domino Nicolao Zamosczki impetretis, taxam et valorem annuu proventuu dictæ Scholastriæ exprimendo. trecentoru sexaginta Ducatoru. cuius taxæ annatam ipse D. Zamosczki mittet postea, quando illi erit commodu. Vos vero cum Bullis Episcoporu mittere supplicationem novæ provisionis huc ad nos curetis. Mittatis et palliu Rx.mo domino Archiepiscopo. sine quo functionem dignitatis Archiepiscopalis habere non posset. Et fal.me valeatis et nos diligite. Datu Cracoviæ die xii Julii. Anno. M° D° xxx i°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Bartolomeo Gandkowski.

Honorabilis frater in Christo dilecte. Mittuntur isthuc

in vrbem plurimae expeditiones, tam Episcoporum quam Se:
cretariorum Regiorum quarum curatio, quia et laboriosa
est, et acceleratione eget. Committimus tibi, vt simul cum
domino Poenitentiario pro virili tua cures: quo et cito, et
secundum cuiusque desiderium expeditio fieri possit. Cognosces
autem ex instructionibus, et litteris ad D. Poenitentiarium
missis quid in qua re facere expediat.
Caeterum relatum est nobis quosdam isthic audaces, et tur:
batores esse, qui vaniloquio et petulantia sua dominum
Poenitentiarium contumeliose solent laedere, quam rem quia
nos grauissime animo ferimus, committimus tibi, vt istis
quos noueris iniuriosos, temerariosque aduersum dominum Poe:
nitentiarium fore: nomine nostro denunties, nisi se conti:
neant intra fines modestiae, et nisi D. Poenitentiario qui
Regio loco isthic est honorem exhibeant. nos curaturos
authoritate Regia, vt vel isthinc exigantur omnes,
vel poenis sua temeritate et audatia dignis afficiantur.
D. CArolus Anthonius Mtis Reginalis Secretarius, non
est receptus ad Cancellariam Posnaniensem, post mortem domi:
ni Charbowski vacantem, vigore nominationis suae, quoniam
tui Procuratores preuenerunt —— illum receptione tua vigo:
re graciae expectatiuae. quare te hortamur vt si Ius
aliud preter graciam Expectatiuam non habeas, vel isthic
cum Procuratoribus Caroli componas. vel te super hac re
ad cognitionem nostram remittas. Nollemus enim vt te in in:
uidiam Mtis Regiae inducas, si Ius non habens ——, no:
minato —— illius negotium exibere velis. Bene vale.
Datum Cracouiae die xii Mensis Julii. M° D xxx I°.

Petrus Tomicius Eps Cracc. vicecancell. Cardinali Protectori.

Rme in Christo pater et domine domine colen.mi Post Servitutis et orationum mearum humilem commendationem. Non putet obsecro D. vra Rma meum studium et observantiam honori et dignitati Sanctae sedis Apostolicae illo tempore defuisse cum ad illam ea scripsi, quae me difficultates expeditionis Ecclesiae Parrochialis in Wawrzinciecze plurimum torserunt. Nam etsi ego confidentia benignitatis erga me D. vestrae Rmae fretus, cum illa expostulare quae angebant expectationem meam non erubui, ledere tamen Sanctae sedis dignitatem nunquam cogitavi. Cuius authoritas tanti apud me semper fuit, ut non modo detrahere illi ipse vitaverim, sed etiam detrahentium impiis conatibus cum maxima mea invidia, saepe etiam cum periculo, viriliter resistere nunquam dubitavi. quare si privata mea scriptura aliquid D. vestrae Rmae praeseferre visa est quod displicere posset, confidentiae id de se meae attribuere: et boni consulere dignabitur. Certo autem persuadere sibi velit vra Rma D. quod ego, si quid erit in quo meum offitium interesse aliquando necesse sit, nunquam fide, et observantia mea, honori et dignitati Sanctae sedis Apostolicae sicut consuevi deero, modo ei meae curae ac diligentiae vicissim officialium Romanorum modestia deesse noluerit. Quod vero ad optionem attinet: quam mihi Rma D. detulit, malim me unionem istam Ecclesiae Parrochialis in Wawrzinciecze diu petitam, vel confirmationem

donationis Iurispatronatus Vladario bonorum Ecclesiæ meæ per me factam expediri. Ago quidem et habeo D. vestræ Rmæ pro hoc honore mihi delato magnas gracias. Sed cum id tamen quod necessario, et ad vtilitatem Ecclesiæ meæ, petebam, difficulter et post longum tempus obtinere debeo a meo paruo iuditio, ad D. vestræ Rmæ liberum arbitrium, id referre malo, quam plurimum rogo: dignetur id pro parte mea eligere: quod et firmius, et diuturnius magis esse posset.

De Michaele vt ad curam et gubernationem Sacerdotiorum suorum, plane desertorum remitteretur, crebro iam ad D. vram Rmam, et Mtas Regia et ego scripsi, non tam id propter vindicanda malefacta eius, quam propter amouendas a Regnicolis lites: quibus ille eos inuoluit postulantes. Verum hactenus nescio qua gracia Michaelis impetrare id pro dignitate sua: et Regni necessitate Mtas sua Regia nequiuit. Quod tamen authoritate fieri do. vestræ Rmæ, magis expediebat, quam patriis Regni legibus, quas Mtas sua in illum non expectata amplius alia Iurisditione, extendere indignabunda decreuit. Viderit tum ipse Michael, conducet ne illi magis aduersus Mts suæ voluntatem a Sacerdotiis non alia causa quam vt turbet homines abesse.

Per id omne tempus, quo istuc ad obeundum munus suum, et curanda Mts Regiæ negotia, Venlis D. Stanislaus Rdzicza, vtriusque Iuris Doctor et pænitentiarius missus est, nulla occasio se obtulit per quam illius merita remunerari potuissent. In qua expectatione, ne ipse spem imprudens eludat sua Mti Regiæ visum est a Sanctmo domino nostro per litteras petere: vt illum graciosa aliqua et ampla reseruatione, ad obtinenda Sacerdotia in Ecclesiis Regni huius ad summam quingentorum aureorum prouidere dignaretur. In qua re, quia etiam Mtas sua D. vestræ Rmæ scripsit, ego plura non scribam, saltem id D. vestræ Rmæ significo, eam me in dictum Doctorem Stam

esse voluntate, vt non secus arbitror beneficium quod illi a D. vra Rema factum fuerit quam si in me ipsum collatum esset.

Quae michi nomine D. vestrae Rmae Doctor Stanislaus apud Mtem Regiam agenda, et dicenda iniunxit, fideliter praestiti: et operam, studium, diligentiamque singularem, quam D. vra Rma negotiis Mtis suae, et subditorum eius accomodare solet: multis verbis commendaui, neque minus id Mti suae gratum esse cognoui quam vel D. vra Rema ipsa vellet, et expectaret.

Agnus Dei, quo me munerare dignata est D. vra Rma distribui in partes eorum, qui ab illa erant designati, qui procul dubio scient quantum D. v. Rmae, pro tanta illius erga se beneuolentia debebunt. Ego certe pro hac particula mea, qua summe, vel hoc nomine delector quod a D. v. Rma michi muneris loco in vita contigit: immortales ago, et habeo illi gracias, curaboque vicissim volo, vt illa tantum munus, non in ingratum hominem se collocasse aliquando experiri possit.

Translationes dominorum Episcoporum, quae in id tempus morte Rmi D. Archiepiscopi inciderunt, comendatione mea post scripta Mtis Regiae non egent, quia tamen ~~Cust~~ Custodiatura Ecclesiae meae Crac. ad intercessionem meam, et Iure quod michi competebat cessit spectabili domino Ioanni Tharnowski adolescenti summe nobili et locupleti, michique sanguine iuncto. D. vestram Rma summopere rogo, vt quae ad illius expeditionem spectabunt authoritate, et consilio suo adiuuare dignetur. Caeterorum etiam ~~Sacerdotiorum~~ Secretariorum negotia, qui sunt ad Sacerdotia Iuris patronatus Regii prouecti, ad me non attinet commendare, quando illa Mtis Regiae litteris fuerunt comendata, sed tamen ego inter caeteros dominum Stanislaw oleschniczki, qui ad Praepositura Ecclesiae Collegiatae Scarbimirien. est praesentatus, et dominum Nicolaum Zamosczki, cui Scholastria Ecclesiae Lancicien cedere debet, patrocinio D. vestrae

Rme. adimtos iri vehementer precor.
Dominus Deus seruet quam dintissime vestram Rmam D. sanam et felicem. Cui me et perpetuam meam seruitutem rursus suppliciter comendo. Cracouiae Junii M° D° xxx i°

Clausula ex litteris Petri Tomicii Episcopi ad Doctorem Rzeczicam scriptis.

DE Michaele Raczanow nescimus quid Maiestatis Regiae litterae adhuc effecerunt. Sed si nichil, signum plus fidei habeat isthic homo nefarius quam Maiestas sua Regia, et nos. Scietis deinceps Maiestatem suam, ne verbum quidem vllum ea in re apud istam Sanctam sedem facturam. Sed iam non expectatis aliorum decretis legibus propriis, in illum turbulentum et inquietum hominem partim pro veteribus illius nefandis excessibus, partim pro nouo crimine lesae Maiestatis ob litteras suae Maiestatis falso criminatas et sigillatas animaduersuram.

Petrus Tomicius Episcopus Crac. Vicecancellarius
Stanislao de Rzeczicza Doctori penitenciario R.°

V. Enerabilis domine frater in Christo charissime.
Pluries vt scitis de vnione Ecclesiae Parrochialis in Wawrzincicze Suffraganeo Crac. frustra isthuc scripsimus. quae quidem res, etsi nobis molesta est quod tanto tempore protrahitur, longe tamen illud molestius, quod Spirituales gracias et concessiones pontificalis offitii pecunia apud Datarium emere oporteat. Nam et Pontificia Authoritas, et nostra Episcopalis dignitas, sola ista venditione Jurium Spiritualium apud seculares homines, viluit multum: et

vilesceret indies magis, si tempore officiales Romani non reduxerint ad modū immensam istam suam ad exigendā pecuniā cupiditatem. Nos vt aliis litteris vobis scripsimus, finem aliquem in ea re habere cupientes, detulimus arbitrio R.mi D. Cardinalis Protectoris, velit vnionem vel Iuspatronatus pro Vladario nostro Crac. expediri mandare. Tametsi, et vnionem ipsam Authoritate nra ordinaria potuissemus hic obfirmare, si in concedenda Plebanatus Warwrzimieczew possessione dominus Wapowski Decanus paulo tractabilior esse voluisset.

Habuit Iuspatronatus M.tas Regnalis ad presentandū ex nomine dominū Ioannem Carnkowski Episcopū Premislien. qui nunc est designatus Eps Cuiavien. ad Decanatū Crac. post mortem domini Petri Wapowski, quae vacatio, quoniā hactenus non obtigit, et dominus Premislien. locupleti Episcopatu iam est prouisus, M.tas Regia denuo Ius ipsū Patronatus ad presentandū dominū Stanislaū Oleschnieczki Secretariū suū M.ti Regnali donauit et concessit. In qua concessione, quoniā interuenerat ab initio authoritas: et confirmatio sedis Apostolicae nunc etiam permutatione personarū facta, necessariū erit domini Oleschnieczki securitati prouidere. quare a vobis rogamus, vt ita rem hanc cū R.mo domino Cardinali Protectore curetis, ne aliquod impedimentū tempore vacationis Decanatus Ecclesiae Crac. nostrae occurrente dominus Olieschnieczki habeat. facietis enim rem nobis et eidem domino Olieschnieczki, precipue tamen Regnali M.ti plurimū gratam.

H

Post mortem domini Iuliani Chelmski, D.s Okun impetrauit se per M.tem Regiam nominari ad Ecclesiā Plocen. vigore illius Iuris, quod in persona domini Iuliani non erat

sortitu effectu: quod reualidari isthic apud Sedem petet Regia comendatione intercedente, quam in altera Cancellaria obtinuit. hic opus erit providere, ut in reualidatione illius expresse provideatur, ne noceat Iuri Stanislai Gorski, quod ia ut speramus Vilamowski noster pro illo ad eandem Plocensem Ecclesiam obtinuit. Nam et Regialis M.tas id ad vos scribi mandavit: ut omnibus nominationibus suis eadem ratione in ista reualidatione nominationis D. obru, provideatur.

De Monachis exemptis, neque vos: neque R.mus D. Cardinalis aliquid nobis respondistis, et hic in Regno multa enormia et grauissima ab illis crimina publice committuntur, quae si Authoritate Episcopali: non coherceebuntur, meturendu est, ne aliqua perturbatio, in Regno culpa istoru exemptorum oriatur: quoru iam ante licentia in aliis provinciis hereses perniciosas excitarit.

Namque ante paucos dies hic in Miechow, et ulterius in Pokrzivnicza Monachi conspiratione facta, alteru ex Praelatis suis iugulare contenderunt, alteru omni pecunia spoliarunt. Quae vos diligenter apud R.mu D. Cardinalem exponetis, et curabitis oportunis remediis malo impendenti providere. Nos enim priusque data sit nobis potestas, Monachos istos, et fratres mendicantes exemptos, qui etia multa scandala continue committunt corrigere non poterimus. fel.me valete, et nos diligite. Ex Cracovia die xii Iulii

H

Domine mi Poenitenciarie, ut propensiorem animi nostri erga dominu Tharnowski Palatinu Russiae, et Exerci:

tum Regni Capitaneum generalem consanguineum nostrum declararemus, recepimus nos expedituros esse isthic litteras prouisionis Præpositura Cracouien. domino Joanni filio ipsius. Quare vos easdem litteras pecuniis nostris quæ apud vos sunt expediatis, et illas simul cum diplomatibus: seu bullis dominorum Episcoporum, ad nos transmittatis.

Sciatis autem, quod valor annuus prouentuum eiusdem Præpositura Cracouien. centum triginta aureos non excedit, estque Præpositura ipsa dignitas in Ecclesia nostra, non tamen maior post Pontificalem, ad quam litteræ prouisionis expeditæ erant domino Joanni Carnkowski octoginta octo aureis, prout ex calculo illi isthic misso cognouimus.

Post mortem domini Juliani etc.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Doctori Rzeczicza penitenciario Romano

Sigismundus.

VEnerabilis deuote nobis dilecte. Comendasti iam nobis pluries, fidem et diligentiam tuam, in expediendis curandisque negotiis isthic apud istam sanctam sedem nostris, et Subditorum, ac seruitorum nostrorum præstitam, qua re te quoque nobis charum reddidisti, et vt tibi plura committamus inuitasti. Nunc erunt multa negotia, tam Episcoporum, quam Secretariorum nostrorum, per nos ad nouos Episcopatus, et Sacerdotia prouectorum, quæ tibi curanda, et promouenda, tam apud S.mum D. nostrum, quam etiam apud Ro.mum D. Cardinalem Regni nostri protectorem committimus. Nos vero, vt tuam fidem et merita, gracia et gratitudine Regali remuneremus, scripsimus ad Sanctis.mum D. nostrum, et Ro.mum D. Cardinalem

Regni nostri Protectorem committimus. Nos vero vt tuam fidem et merita, gracia et gratitudine Regali remuneremus, scripsimus ad Sanct.mum D. nostrum, et Rm.um D. Cardinalem Regni nri protectorem, vt hic in Ecclesiis Regni nostri, reseruentur sibi sacerdotia aliqua ad Summam quingentorum Ducatorum, Ad quod si te ita vt cepisti diligentem, et fidum negotiis curandis praestabis. gracia tibi nostra semper sumus adfuturi. Datum Cracouie die viij Julii. Anno domini M° D° xxxi Regni nostri Anno xxv.to

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

SAnct.me

Scripsi aliis litteris San.cti vestrae, Rm.um D. Joannem Archiepm Gnesnen. diem suum obiisse, meque ad Archiepiscopatum Gnesnen. Rdum dominum Mathiam Episcopum Wladislauien. et ad Episcopatum wladislauien. Reuerendum D. Joannem Episcopum Premisliensem, nominasse: quibus. quoniam erant nonnulla Sacerdotia cum Episcopatibus reseruata: Archiepiscopus vero et Wladislauien. Episcopus ita sint redditibus abunde prouisi, vt non egeant aliorum Sacerdotiorum prouentibus subleuari. ad Scholastriam Ecclesiae Collegiatae Lancicien. quam designatus Archiepiscopus cum Episcopatu wladislauien. et ad Praepositura Ecclesiae Cathedralis Cracouien. atque aliam. Ecclesiae Collegiatae Scarbimirien. quas designatus Episcopus Wladislauien. cum Premislien. Episcopatu obtinebat. presentandum et comendandum duxi. presentoque et commendo vestrae S.ti alios Secretarios meos. quorum nomina. ad Rm.um D. Cardinalem Regni mei

protectorem descripsi: et supplico S.ti vestræ: vt istis ipsis Secretariis, et Seruitoribus meis, clementer et paterne, de Scolastria Lanciciens, et Prepositturis Scarbimiriens, et Cracouiens prouidere dignetur; quod ego S.ti vestræ perpetua obseruantia, et deuotione referre, et demereri semper curabo. Dominus Deus seruet San.tem vestram: et fel.ma semper, et optime Salua et incolumem. Cui me vti patri clemen.mo rursus etiam atque etiam commendo. Datum Cracouiæ viij Julii. Anno domini M° D° xxxi°. Regni nostri xxv.to.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Regentibus Austriæ

Spectabiles et Mag.ci Sincere nobis dilecti. Mittimus in vrbem Romam cum litteris, ad Summum Pontificem, et R.mum D. Car.lem Sanctorum quatuor Coronatorum Regni nostri protectorem. nobilem Joannem wilamowski, qui eum per Stiriam iter est facturus. postulamus a S. vestris, vt illum necessariis litteris prouideant, quo et ipse cum comitatu suo, sine periculo transire: et equi, quos R.mo domino Cardinali supra dicto mittimus tuto traduci possint. In quo, rem nobis gratam S. vestræ facient quam vicissim gratificatione nostra Regia referre illis curabimus. Et bene valeant vestræ S. Datum Cracouiæ Die xxviij Aprilis. M° D. xxxi°. Regni n. xxv.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Cardinali Protectori

R.me. Commendauimus negotium Canonisationis Beati Patris fratris Jacobi de Marchia, ordinis fratrum minorum S. Francisci de obseruanc.

cuius corpus Neapoli requiescit. Sanct.mo domino nostro: vt scilicet in illa progredi, et ad effectu illam perducere dignaretur. quod idem negotiu D. vestræ Rma commendamus: simul rogantes, vt opera, et patrocinio suo; quantu res postulat adiuuare illud: et apud Sanct.mu Do. nostru commendare dignetur. factura D. vra Rma rem non tam nobis gratam. quam piam: et ad augendam religionem Christi fideliu necessaria. quam vicissim. et beatus supradictus intercessione sua. et Deus omnipotens ampla mercede D. vestræ Rmæ cumulate referet. Bene valeat D. vra Rma Cracouiæ die xxviij Aprilis. M° D. xxx1° Regni nostri xxv.to

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi Pape septimo

Sigismundus.
SAn.me. Declarauit nobis. minister generalis ordinis fratru minoru. S. Francisci. de obseruan.a. promotu esse iam pridem negotiu Canonisationis apud S.tem vram. beati patris ordinis illoru fratris Iacobi de Marchia: cuius corpus Neapoli requiescit. quæ Canonisatio quoniam. q perfecta non sit. fratres istos multu sollicitos reddat: Sanc.ti vestræ, ego illoru et beati supradicti causa supplico. vt Canonisationem istam. cito inchoare. et confirmare dignetur, vt pia deuotio Christifideliu, in occasione nuncupandi vel concipiendi sua vota. sancto illi non remoretur. quo et michi rem grat.ma faciet S.tas vestra: et fratres omnes eius ordinis ad sui venerationem, et ingem in domino vigilantia prouocabit.
Commendo me rursus Regnu q, et dominia mea San.cti vestræ. quam Christus Iesus pro incremento sanctæ fidei Catholicæ et singulari consolatione mea. diu seruet sospitem. et fœlicem. Datu Cracouiæ xxviij.a Aprilis. M° D xxx1°. Regni mei anno xxv.°

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan:
Doctori Rzeczicza penitenciario Romano

VEnerabilis domine frater in Christo char.me

Nimia reditus Jacobi Kopecz expectatio, fecit, q tardius quam cogitaramus Joannes Vilamowski, Regiae Mts nuntius isthuc sit missus. Cupiebamus enim prius, quam discederet de statu Italiae conditionisq itineru, et negotiis nostris, ex Copecz cognoscere, qui quando tantisper venire tardauit tenenda amplius profectio Vilamowski non videbatur. Quare vt sciatis, ipse Vilamowski a Mte Regia propterea isthuc mittitur, vt reddat litteras Mts suae, quibus de generali concilio: et aliis rebus expeditionem generalem spectantibus Summo Pontifici respondet: et vt nonnulla minutiora negotia quae in instructione habet, curet, et sine mora expediat quem vos in omnibus quae isthic, vel Mts Regiae, vel nostro nomine aget, consilio, et opera vestra iuuabitis. Dedimus enim illi in mandatis, ne quid in aliqua re sine consilio vestro isthic faciat. Mittimus tandem dominis Archiuistis pecuniam, quam ex denario sancti Petri, dudu mitti sibi optabant, cuperemus tamen vt non integra illis redderetur, multu enim is denarius nunc est imminutus, eo q illu vniuersa Slesia, Cassubia, et magna pars Prussiae propter luteranismu non soluat. Quare agetis vos, cu Rmo domino Cardinali S. quatuor, ad quem ea de re scribimus, vt quanto minus possit illis numeretur, dumodo nos Singraphas de soluta illis pecunia sufficientes habeamus. Instruet autem vos Joannes Vilamowski noster, quibus rationibus defendere poteritis pecunia ex integro ad dominos Archiuistas

primi

hoc tempore non potuisse. Vos vero, vestram etiam in hac parte industriam, et diligentia accommodabitis, quam in omnibus nostris negotiis accomodare, et præstare soletis.
Mittimus autem vt polliciti vobis sumus, ad persuasionem vestram, equos gradarios duos R.mo domino Cardinali Regni nostri Protectori, quos dw reddet Vilamowski nostro nomine: vos muneris nostri paruitatem, verbis et oratione vra ornabitis.

Commendastis nobis multu vestram operam, quam fecistis in non admittendis isthic prouisionibus Sacerdotiorw, quæ vacarunt post mortem D. olim Stanislai Mielsinski, et circa reseruationem domino Sobek factam, ita enim et in prouisionibus Bullæ ordinariorw, et in reseruatione Sobek, priori Juri nostro derogari non permisistis. id quod a vobis grat.mo accipimus animo, rogamusq vos, vt in posterw similem rationem bullæ prædictæ, et Juris nostri haberi curetis.

Peccuniæ Amatarw quam Andreolus tabellarius Regius in manibus Jacobi Schuc3 deposuerat, dilapidatio multu nos angit: cum et repeticio, quam denuo de eadem peccunia soluenda crebro apud nos facit R.mus D. Cardinalis Sanctorw quatuor sit molesta nobis, et dilapidatio vel distractio illius turpis admodw videatur. quare scripseramus ea de re ad D. Jacobw Corthesiw litteras in cuius manibus mutui 60 aurei eius peccuniæ esse dicuntur, ad quas neq per se, neq per vos nobis hucusq respondit. Nunc iterw litteras domini Doctoris Joannis Andreæ Phisici, Regiæ, et Reginalis M.ts, tanquam sui necessarii et amici ad illw super ea remittimus, quas vos illi reddetis, et curabitis pro virili vestra vt peccunia ista, tam ab ipso domino Cortesio, quàm ab domino auditore de Capisuchis, et aliis debitoribus repetita in manus R.mi domini Cardinalis restituatur.

Caterw de reseruatione Decanatus Posnamien pro nobis facta

multas vobis agimus, et habemus gracias, sed Decanus adhuc vivax, et valens esse dicitur. In omnem tamen eventu nos faceremus operam nostram vt vos prebenda Crussicen, quam is ipse Decanus Posnanien obtinet haberetis, veru certo edocti sumus non ad collationem Summi Pontificis, Sed domini Capitanei Crusuicien, ex donatione Regiæ Mtis illam spectare, vtcunque autem est cum prebenda illa Crussicien nostra esse non possit, nos cogitabimus vt pro virtute vra, et fide erga nos singulari occasione se offerente maioribus vos ornemus Sacerdociis modo ita vt soletis nostra negotia curare non cessetis.

Pensionem quam domino Staphileo, du viveret dominus Casper Podlanczki Canonicus Ecclesiæ nostræ soluebat, nequaqua solui legatario permittet Mtas Regia. Nam soli Staphileo hanc graciam Mtas sua facere dignata est, vt ad vitæ suæ tempora pensionem hanc capere potuisset, aliis autem non solu ista turpi successionis ratione, sed ne vlla alia quauis honesta, unqua amplius hinc pensiones, capere, vult permittere Mtas sua

Quare agetis cum Vilamowski ea de re nomine Mtis Regiæ, apud Rmu D. Cardinalem, quæ ad negotiu commode, et necessario spectare videbuntur, idque efficere curabitis, vt D. Casper ab eiusmodi obligationibus, cu Canonicatu etia et Prebenda suis, liber omnino fiat.

Quæ de Nisciczki nobis scripsistis, scripta etiam erant, ia aliunde aliis. Nos tamen illa ad fratrem eius dominu Castellanu Sieprcen retulimus, quem putamus istu qui malorū societati se tradidit, pro eo quod meretur, obiurgaturum esse: cohibiturumque ab his, quæ et illi, et familiæ eius, magnam difficultatem, et damnu afferre possunt.

De Michaele de Paczanow, commisimus ita agere nomine Regio, et nostro, apud Rmu D. Cardinalem Joanni Vilamowski vt omnino istinc exigatur. Quare vos Con:

silia dabitis in hac parte, et Vilamowski negotium promouebit
ut effectum sortiatur. Alia quae scriptis non potuimus declarare
referet vobis Vilamowski nomine nostro, in quibus pro solertia
vestra operam nobis vestram, et consilium praestabitis. Bene va:
leatis et sitis faelix. Datum Cracouiae xxviij Aprilis. M° D°
xxxi°

Commisimus huic Joanni Vilamowski ut expeditis dominis Archi:
uistis, confectisque aliis negociis sibi commissis, det vobis, et nu:
meret nostro nomine, viginti aureos, quos vos in presens gra:
to animo suscipiatis, et operam vestram faciatis, ut in rebus
Regiis et nostris desiderio et postulationi nostrae fiat satis.

Pro expeditione litterarum gracia Jubilei ad Ecclesiam Vilnen.
et negotiorum quorundam domini Episcopi Vilnen: quae Vilamowski
vobis exponet, Dabit banchus Fucarorum peccuniam quanta erit
necessaria, quam vos ab illo accipietis, vigore litterarum cam:
bii quas cum presentibus ad vos mittimus.

Caeterum si equi omnes nostri gradarii, quos mittimus, salui
isthuc peruenerint, et Rev.mus D. Cardinalis S. quattuor duos
tantum sibi retinuerit, volumus ut vos tercium qui supererit
habeatis, et accipiatis, quem vobis liberali animo donamus. 1531

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecan:
Cardinali Protectori

Re.me in Christo pater, et domine do. colen.me.

Post seruitutis meae humilem commendationem. Utcunque
longe absim corpore a d. vra Rev.ma mente tamen, et ani:
mo nihil propinquius, et magis presens complector, quam be:
neficia ista quae per Rev.ma D. vestram amplissime in me

et liberali manu continue conferuntur. In quibus etsi pro magnitudine respondere D. vestræ Rx.mæ factis non valeo, animo tamen nunquā in referenda, et declaranda gratitudine quiesco cogitatione mea occasionem aucupans, per quam, et me et officia mea, reddere possim D. vestræ Rx.mæ commendata.

Et quoniam æstate præterita commonitus fueram, per D. Doctorem Stanislaw Pænitentiariū minorem, et Regiæ Mtis sollicitatorem D. vestram Rx.mā gradario equo indigere, duos ex multis, quos et Romæ acceptiores, et pro D. vrā Rx.mā magis idoneos meo et mangonū iudicio fore putaui delegi feci, quos per presentem Regiæ Mtis nunciū nobilem Joannem Vilamowski D. vestræ Rx.mæ mitto, quam plurimū rogo: vt in accipiendis illis, non muneris vilitatem, sed animi, et voluntatis meæ rationem spectare dignetur: qua nichil potest esse ad præstanda D. vestræ Rx.mæ offitia obseruantius, et magis paratū.

Scribit ad D. vestram Rx.mā Mtas Domini mei, de Bulla ordinarius Regni ad immunitatem sex Mensiū suorū concessa ad alios Prælatos, et personas Ecclesiasticas extendenda, quod ego repetere nunc non puto necessariū. Nam vltra Mtis Regiæ scripta: data est super hac re, et aliis rebus nuntio huic copiosa instructio: qua ille fretus, omnia isthic apud D. vrā Rx.mā, et Sanm Dominū nostrū, curare pro voluntate, et desiderio Mtis suæ recte poterit. hoc saltem celare nolo D. vestram Rx.mā. Sacram Mtem suam Regiam grauatim admodū admisisse michi: vt peccunia de parte denarii Sancti Petri isthuc dominis Archiuistis mitteretur, ablata enim parte hac peccuniæ: paruū Mti suæ emolūtū exinde prouenit. Quare D. vestrā Rx.mā rogo plurimū, ne in impetratione futura eius denarii S. Petri, aliquos contractus vel ad minimā peccuniæ partem inseri permittat. Scio enim Mtem suam, propter honestatem, et dignitatem Regiā sustinendam

dam partitas istas concessiones, cum officialibus Romanis non
suscepturam. quod autem me iterum M^tas sua praefici^ei: Colle:
cturae postulet, non fit hoc mea aliqua ambitione: sed M^ts suae
spontanea voluntate: quae scit me non egere, neque optare ullum
ex hoc Collectionis offitio commodum vel emolumentum.

Caeterum quando tradetur peccunia nomine meo ab Argentariis
apud quos illam rescripsi Dominis Archiuistis, D. vestra R^ma
rogo: interponere velit authoritatem suam, ne plus illi exigant,
quam ad illos de aequitate pertinere debet. Est enim iam multus
imminutus Denarius istius prouentus, propter multorum in Sle:
sia Prussia, et Cassubia, in fidem Luterana praeuaricationem.
qui nedum denarii solutionem negant: sed maiores etiam Eccle:
siasticas praestationes, supprimunt et vi occupant.

Caeterum, commendo hunc Nuncium Regium D. vestrae R^mae. cui etiam
commisi nonnulla meo nomine D. vestrae R^mae, de exemptis
fratribus, De Plebanatu Waurzincyczensi: et aliis domesticorum
et familiarium meorum negotiis referre, in quibus vt illum audire,
et graciose exaudire dignetur, illam maiorem in modum rogo
quidquid enim consilii, patrocinii, et graciae in rebus his, quae ~~m~~
~~chi~~ dicet mich declarabit ac praestabit D. vra R^ma, Non permittam
ego, vt in ingratum hominem id collocasse videatur.

Commendo me rursus, et seruitutem meam D. vestrae R^mae, quam
Dominus Deus seruet diu sanam, saluam, et faelicem, pro nostri
ordinis hominum consolatione: et necessitate singulari. Datum Crac.
XXviij Aprilis. M^o D. XXXI.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Cardinali Sanctorum Quatuor

SIgismundus Dei gracia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ. Russiæ. Prussiæ. Masouiæq[ue] etc. Dominus et hæres.

Rx.me in Christo pater, et domine amice noster char.me Salutem et plurima fælicitatem. Paulo ante hanc Romanæ vrbis calamitatem, intelleximus Ioannem Zambocski Basilice beati Petri de vrbe Pænitentiarium ex hac vita ad superos migrasse, quiquidem a nobis fuit nominatus ad Ecclesiam Cathedralem Cracou. qua Can.tum et Prebenda in dicta Ecclesia acceptauerat. Sed cam illi Florianus Czurilo: idem quoq[ue] Polonus: ac Rx.ma P. vestræ familiaris, et Cubicularius: iure, ex manibus ipsius Pænitentiarii eripuit, atq[ue] ita per Sententia diffinitiua nominatio fuit purificata, vnde liberum fuit ipsi Ioanni Zambocski pænitenciario, aliu Can.tum et Prebendam, quæ primum vacarent in dicta Ecclesia acceptare. Sed cum interim (vt superius commemorauimus) mortuus sit: neq[ue] nominatio nobis, a Sanct.mo Domino concessa effectum suum consequuta est. Integrum nobis fore existimamus, aliam quamcunq[ue] persona nominare, modo gracia et consensus eiusdem San.mi Domini nostri accederet. itaq[ue] nominamus venerabilem Ioannem Sbanski Secretarium nostrum, ob generis nobilitatem: vitæq[ue] ac morum integritatem nobis charum, et Rx.ma P. vestram plurimum rogamus: agere velit, apud Sanct.mum D. nostrum: vt eundem Ioannem Sbanski, vigore eiusdem nominationis: qua Pænitentiarium iam vita functum nominaueramus, sub eiusdemq[ue] nominationis data nominare valeamus: aut denuo aliam facultatem nominandi illum, cum suspensione graciarum expectatiuarum: et reseruationum quarumcunq[ue], qua cum nominemus, nobis concedere dignetur. nec dubitamus

id D. vestram Rev.ma, pro sua Auctoritate, et gracia qua pluri: mu valet esse obtentura. Nos vero hanc eius operam, quam in ea re prestiterit, volumus illi vicissim omni studio, et gratificatione nostra semper referre. Valeat fael.me vra Rev.ma D. et nos San.mo Domino frequenter commendet. Datu Craco.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Sanctorum quatuor Coro: natorum Protectori regni

CVm vnus duntaxat annus iam supersit eius decennii, ad quod felicis me: Leo Pontifex nobis denariu Sancti Petri conces: serat, Scribimus Sanct.mo Domino nostro, petentes vt ipsu denariu vel donare perpetuo, vel ad prolixius aliquod tempus nobis con: cedere dignaretur. quae res cum pia sit, nempe ad reficiendas arces infidelibus confines. cu non emolumenti causa, quod exi: guu est: sed magis deuinciendi Subditos nostros eius Sancti et rei Ecclesiasticae id petamus, Dignetur vestra Rev.ma D. sua operam et commendationem adhibere: vt eius Sanc.tas huic petitioni nostrae tam decenti, et piae non abnuat; et quod fa: ctura sit eius Sanc.tas pro nobis, id vt solidu fiat, non partitu cu Archiuistis. Nam et in expediendis graciis, pro reficien: dis Ecclesiis Plocen. et Vilnen audimus Clericos Camerae Aposto: licae etiam intercessisse, expeditionemque ipsam remorari, volen: tes hinc etiam emolumentu habere. Vnde in tam remissa homi: nu rellegione, et de Indulgentiis fiducia, vix speremus sump: tu in tam difficili expeditione factu rependi posse. Quae res est nobis profecto, magnae et admirationi et molestiae. rogamusque vestra Rev.ma D. agat apud eius Sanc.tem, vt benignius libe: raliusque se aliquanto erga nos exhibere velit, in iis presertim quae nullius vel paruae sint iacturae, qua antecessores sui apud

quos tot insignibus legationibus, non solu nichil magis, qua ista minuta impetrare solebamus, sed etiam ex hoc mittendorw legatorw officio: non modicam difficultatem et dispendiw nos subire oportuit: in tuendis, et conseruandis Juribus nostris: et sancta, etiam apud efferas quoq gentes legatorw immunitate, quod vestra Re.ma D. cognitu esse satis arbitramur. Cui nos et negotia nostra diligen.me commendamus, et illam optime valere ex animo cupimus. Datw Cracouiæ die M° D° xxxi Regni nostri xxv.to

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardniali Protectori

Sigismundus etc.

Rx.me in Christo pater. agimus ingentes gracias D. vestræ Re.mæ q ad postulationem nostram tam singulare Priuilegiw ordinariis Regni nostri de facul.te libera, in sex Mensibus illorw sacerdotia conferen. apud Sanct.m Do. nostrw impetrare curauerit, q illius in hac parte studiw et operam diligentem, et commendamus et amamus multw illamq inter precipua illius de nobis merita connumeratw gratificatione qua poterimus maxima: referre illi vicissim curabimus. Quonia vero Abbates, Prelati, et reliquæ ordinis Ecclesiastici personæ, in collationibus adhuc suis multas difficultates, molestias, et præiudicia, propter Coadiutoriarū reseruationw: regressuw, et id genus excogitati Juris concessiones sustinent, D. vestra Re.ma plurimu rogamus, vt apud Sanct.m Do. nostrw impetrare velit, quo hæc semestris ordinariorw eliberatio: et immunitas extendi ad reliquas personas Ecclesiasticas Regni nostri possit: vt saltem in sex Mensibus libera suarw collationu Jura habeant, et illis deinceps sine impedimentis, quæ hactenus

ptulerunt vtantur. In quo erit nobis et impetratio, et opera D vestra Rp.ma aeque ac superior grata.

Caeterum retulit ad nos Reueren dominus Joannes Electus, et confirmatus Vilnen superiore anno. quando et Ecclesia et domus Episcopalis. cum maiore parte ciuitatis illius conflagrarunt absumpta fuisse sibi incendio consecrationis suae Diplomata, quae dudum ab ista sancta Sede obtinuit: sine quibus dubitat an tuto consecrari possit. Quare Ptem vestram rogamus: vt in hunc casum illi consulere, et de oportuno breui apud Sanct.mum Do: nostrum. prouidere velit: quo et munus consecrationis eius primo quoque tempore suscipere: et ad omnes sacros ordines. extra tempora a iure Statuta promoueri possit et valeat. quod ille bene mereri semper D vestrae Rp.mae curabit.

Scripsimus aliis litteris ad D. vestram Rp.mam rogantes, vt in impetratione denarii Sancti Petri in Regno nostro solui soliti. integram nobis Sanct.mi Do. nostri. et non partitam, vt ante cum Archiuistis graciam praestari curare vellet. Quod nunc iterum repetimus, et rogamus. a D. vestra Rp.ma. ne in tam exili re obaudiri postulata nra permittat. Nam nunc primum intellleximus parum nobis ex prima concessione commodi cessisse cum Reuerendus dominus Petrus Episcopus Cracouien. id quod a summa ex dicto denario collecta pro Archiuistis detraxerit nobis declarauit. quod nos nequaquam illis dari concessissemus. si non habenda nobis illorum aliqua ratio propter Dominum Episcopum in presens videretur. Quare D. vra Rp.ma curare id etiam in noua hac impetratione velit vt rursus potestas colligendi nouum denarium. preter omnem exceptionem. vel conditionem circumscriptam Rdo Domino Episcopo Cracouien concedatur.

Insuper rogamus a D. vra Rp.ma: vt ei nunctio nostro Joanni Vilamowski. reseruationem alicuius Sacerdocii in Gnesnen: et Posnanien: et alteri Amanuensi Cancellariae

nostræ Stanislao Gorski in Plocen Ecclesia in Mensibus App.cis vacaturi obtinere apud Sanct.mum D. nostrum velit.

Commisimus autem eidem nunctio nostro nonnulla alia nostra et subditorum nostrorum negotia D. vestræ Rx.mæ verbis exponere quæ dum ipse referre voluerit illum rogamus ut fidem indubiam illi habere et in eis consilium patrociniumque suum accommodare liberaliter ut solet, velit. quod nos vicissim D.ni v. Rx.mæ gratificatione nra Regia cumulate per omnem occasionem referre curabimus.

Fel.me valeat vra Rx.ma P.tas et nos diligat. Datum Cracouiæ Die xxviij.a Aprilis M D xxxi Regni nostri xxv.to

Sigismundus primus Rex Poloniæ Cardinali Protectori

Rx.me Domine. Supplicarunt nobis Consiliarii nostri: ut Andream Czarnkowski Consanguineum illorum: et unum ex proceribus Regni vestræ D. Rx.mæ commendaremus quod nos illorum causa facimus: et rogamus D. vestram Rx.mam ut si quando Bononia ubi litteris dat operam se isthuc transtulerit vel etiam Bononiæ agens patrocinio D. v. Rx.mæ eguerit illum causa nostra deserere nolit. Et insuper apud Sanct.m Do. nostrum impetrare velit: ut ad Gnesnen Cracouien, et Posnanien Ecclesias aliqua singulari gracia Sacerdotiorum expectatiua cum clausula anteferri, vel reseruatione in Mensibus Sanc.tis suæ: cum sufficientibus: et necessariis derogationibus illum prouidere dignetur.

Cæterum quia euocatus est in urbem per causæ deuolutionem nobilis Joannes Sdzarowski ratione Canonicatus Posnanien per quendam Lukomski ignobilem hominem quales ad istas primarias Ecclesias suscipi ex Priuilegio non possunt D. vestra Rx.ma plurimum rogamus ut aliqua ratione prouideat

ne ipse in hac causa molestetur. Hoc autem negotium cum caeteris aget nuncius noster apud D. vestram R.mam Quam iterum atque iterum fel.me valere optamus.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici
Clementi Septimo.

Sanct.me etc. Non dubito meminisse adhuc vestram S. ex multiplicibus meis querelis quanta me antecessor eius olim Adrianus Pontifex iniuria, et contumelia affecerat, vt cum ego pro mea erga sedem Apostolicam obseruantia: illiusque honoris causa misissem isthuc insignem Oratorem R.dum olim D. Erasmum Episcopum Plocen. ac ille fato isthic functus fuisset, illius Sanc.tas, non expectata vlla mea significatione: nullaque ratione habita juris mei: quo Episcopatus Regni, et Dominiorum meorum, ad collationem meam pertinent, non adeo, quod maiorum meorum fundationis: et Jurispatronatus mei sint, quam quod Senatorium munus coniunctum habeant, et Primas Senatus mei Sedes obtinent: nullius item pensi habita sacrosancta vbique legatorum immunitate, qua Orator meus Romae in seruicio meo existens, non secus quam in Aula mea mortuus censeri debuit, non tantum contulerat Episcopatum ipsum preter scientiam et voluntatem meam, sed etiam pernicioso Juribus meis exemplo pensione illum inuoluerat, quae res, vt merito debuit me et Regnicolas meos magna molestia exagitauerat, quam eius Sanc.tas demum senciens, et iniuriam meam agnoscens, prouiderat ipsum Episcopatum ei, quem tum presentauera, nulla prorsus pensionis mentione facta, quae si quomodolibet facta fuisset, neque ille electus meus Episcopatum suscipere hac conditione ausus fuisset

neq ego vllo modo admittere potuissem aduersus Iura Regni hactenus in hac parte nunquam violata. Idem factum esse in promotione moderni D. Episcopi, ex Procuratoribus illius cognoui, quibus hoc prouidere diligent.me fuit commissum. Haec cum ita facta sint, demiror quod R.mus D. Cardinalis S. Sixti non cessat hoc vulnus animi mei refricare, hancque michi molestiam, et forte etiam vestrae Sanc.ti exhibere in exigendo eo, quod neque domino Episcopo praestare licet, quocunque nomine vel modo id fieret, neque ego vllo modo admittere possum, si et debito meo satisfacere et rem Ecclesiasticam saluam in Regno meo esse velim. Nouit enim vestra S.tas, quod et in Regno Sueciae, haec poss.ma fuit collapsae Relligionis, et status Ecclesiastici causa. Quare supplico vestrae Sanc.ti, vt pro sua prudentia: et benignitate, qua me complectitur, re secum vti est expensa, continere dignetur ipsum R.mum D. Cardinalem ab huiusmodi postulatis, in quibus neque Nepoti meo, cui Episcopatus ipse collatus erat gratificari potueram. In aliis rebus, si quid commodare possum illius R.mae D. facturus sum commendationi vestrae S. et illius causa libent.me. Commendo me rursus Regnumque, et Dominia mea in graciam vestrae S.ti, quae ad omne illius obsequium offero parat.ma. Cupioque vt vra Sanc.tas, pro incolumitate rei Christianae, et optatis meis, valeat, et praesit fel.me. Datum Cracouiae die xii Iulii. M.o D. xxxi. Regni nostri xxv.to.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori
Caietano

R.me in Christo pater. Cum nobis initio, vestra R.ma P. scripsisset, constitutam sibi pensionem, in Episcopatu Plocen.

deferendo eam rem arbitrio et voluntati nostræ, rescripseramus illi tum, si recte meminimus, favere quidem nos ei, vt hoc emolumenti ex Regno nostro habere posset propter doctrinam et virtutem suam: quæ nobis non vulgariter est commendata, sed rem esse mere adversus Iura et constitutiones Regni nostri, quas tueri et manutenere iureiurando sumus obstricti, putabamusque vestram R. P.tem hanc iustam rationem nostram, in eam partem accepturam fuisse. Verum cum eadem postulata sua denuo repetit, forte vel oblita responsionis nostræ: vel quod litteræ nostræ, non fuerunt illi redditæ, non habemus quod etiamnum illi respondeamus, nisi id quod per constitutiones Regni, neque domino Episcopo Plocen. licet pensionem ipsam vel soluere, vel quocunque nomine redimere. Neque nos admittere possumus, nisi vellemus et fidem nostram, et rem Ecclesiasticam huius Regni in discrimen ponere. Nam et ipse Nepos noster, in eo Episcopatu repulsam a nobis pati coactus est, quod res esset adversus iura et Constitutiones Regni. Quare rogamus plurimum, vestram R. D. vt cum sciat ab amicis honesta peti debere, honestum autem esse nequit, quod est adversus fidem et Ius alterius, æqui bonique faciat, quod hac in re illi gratificari non possumus, nosque et ipsum D. Episcopum excusatos habeat. Alio modo si quo Ro.mæ D. vestræ commodare, et gratificari possumus, nihil facere gravabimur. Feliciter valeat vestra R. P. et nos diligat. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Summo Pontifici

SAnct.me Authoritas Sanc.tis vestræ, tanti ponderis et venerationis apud me semper fuit, vt non nisi de magnis, et gravi:

bus negociis aliquid cum illa prolixis litteris agere dignum arbitrarer. Sed si quae michi essent de meis vel subditorum meorum negociis petitiones privatae apud Sanctem vestram faciendae, illarum curam malui Rmo domino Sanctorum quatuor Coronatorum Carli Regni mei Protectori committere et mandare, quia aures Stis vestrae arduis et magni momenti rebus intentas impedire. Quare et nunc mittens isthuc cum litteris ad Santem vestram hunc nuncium, Cancellariae meae amanuensem, de pluribus rebus michi et subditis meis necessariis mandata illi dedi, utque Rmo D. Cardinali Regni mei Protectori illa exponat precepi. In quibus, cum meo quid nomine ipse Rmus D. Cardinalis apud vestram Sanctem aget, Supplico illi diligenter dignetur et quae loquetur piis auribus excipere, et quae ego peto, pro liberali sua clementia exaudire, quidquid enim meis petitionibus concedere dignabitur Sanctas vra, hoc ego vicissim illi officiis meis et observantia debita referre semper curabo. Cui me iterum cum Regno et dominiis meis ex animo comendo, utque sit quam diutissime faelix salva et incolumis, vehementer desidero. Datum Cracis. Die xxviij Aprilis M° D xxx I. Regni mei xxv.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici

SAnctme. Arbitror vestram Stem satis per haec omnia tempora considerare potuisse, quam parcus modestusque fuerim in petendis ab illa, et antecessoribus eius aliquibus graciis in privatum meum commodum, quam per tot legationes insignes quas ad honestandam istam sanctam sedem Apostolicam vestrae Sanctis

faciebam nihil aliud impetrare potuerim ultra indulgentias, et Pri:
uilegia quaedam in usum Status Ecclesiastici quam a Praedecessore
vestra S.tis felicis memoriae Leone Pontifice denariu sancti Petri
ad decenniu pro restaurandis arcibus meis in finibus infideliu
constitutis, quod emolumentu ut exiguu est, ita non adeo utili:
tatis causa per me petitu, quam ratione conseruandi subditos
meos in officio erga vestram Sanc.tem, et statum Ecclesiasticu
qui ijs temporibus more aliorū vicinorū suorū gestiebant, et
gestiunt etiamnum semper ad usurpandos, et retinendos pro:
uentus Ecclesiasticos, eos praesertim qui de Regno asportari so:
lent. Accedit ad hoc quod ipse denarius S. Petri non solui:
tur a Slesia, Prussia, Cassubia, et aliis terris finitimis labe
Luterana infectis: Archiuistae tamen vestrae Sanc.tis magnā
sibi partem detrahebant, quo fit, ut paululū admodū hinc
michi commodi ad tam piū, et toti Christianitati necessariū
opus prouenire potuit. Utcunque tamen est, quando iam unus
duntaxat annus superest eius decennii ad quod mihi denari:
us iste concessus fuit ut habeam hoc testimoniū apud subdi:
tos meos pietatis vestrae Sanc.tis, erga me desudantem in tu:
enda re Christiana unde illi tanto alacrius mihi obsequantur
in ijs quae ad obseruantiam vestrae Sanc.tis, et bonum statum
Ecclesiasticū pertinent, Supplico vestrae Sanc.ti dignetur ipsum
denariū pro reficiendis arcibus meis confinibus Infideliū per:
petuo donare. Vel si id facere in praesens non dignaretur,
saltem ad aliquod prolixū tempus concedere. Et cum res sit
ut vra Sanc.tas intelligit perexigua: gracia quam michi fa:
ctura est, non sit cum Archiuistis partita, sed integra.
Audio enim et gracias illas quas pro restaurandis Ecclesijs
Plocen et Vilnen a vestra Sanc.te petiui non posse hacte:
nus expediri propter clericos Camerae Apostolicae, etiam
hinc partem aliquam sibi venantes, cum hac tempestate adeo
refrixerunt hominū animi aduersus Indulgentias, et alias

huiusmodi gracias, vt ex tam prolixa et difficili isthic ex:
peditione haud sperem emolumentu quod inde venturu sit sum:
ptum resarcire posse. Quare cum vra S.tas plane cognoscit
quam res istae quas postulo, et piae sunt: et non in meu, sed in
Ecclesiarum, et rei Christianae profectu, Supplico illi etiam atq
etiam: vt neq in concedendis illis difficilis esse dignetur
neq ea quae concessura mihi sit parciatur cum quoquam alio vt
integrum habeam beneficiu a vestra S.te, non mutilu.
Et quemadmodu nunc maior est ipsius beneficii necessitas, quam
ante decenniu fuit, cum minus res Christiana laboraret, ita vra
Sanc.tas sit in ea gracia mihi concedenda suo antecessore,
et necessario Leone Pontifice, alioqui erga me perbenigno, prom:
ptior et liberalior. Qua re optimi Pontificis, vt est offitio
fungetur, et me Regnumq, et Dominia mea sibi non paru
multu deuinciet. Dominus seruet vestram Sanc.tem diutis.me
sospitem et semper felicem clemen.me pater, ad cuius beatos
pedes me rursus humiliter commendo. Ex Regia mea Crac.
Die Aprilis M° D xxx 1. Regni mei xxv.to

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.
Stanis.o de Rzeczicza penitenciario Romano

Ven.lis Domine frater in Christo char.me. Habemus vobis ma:
gnas gracias quod vigilanter, et industrie prouideritis, ne Sacerdocia
domini Jacobi de Lublin, contra reseruationem nostra, et domini
Stanislai Mielsinski contra Priuilegiu ordinariorum Regni, isthic
alicui concederentur: quod vestru diligens offitiu, volumus ali:
quando vobis cumulate gratificatione nostra referre. Sed ta:
men rogamus a vobis: vt et in posteru eadem vigilantia

Iuribus nostris primatis : et communibus bullis ac Priuilegiis cum oportuerit non desitis. Certo enim edocti sumus, quod D. Visoczki qui isthuc non pridem profectus est, et D. Stanislaus Tharlo: facturi sunt isthic nunc omnem operam suam pro obtinendis coadiutoriis ad Can.tus Ecclesiae nostrae Crac. alter ad Can.tum domini Nicolai Zamoszki, alter vero ad Canonicatum domini Raphaelis Choteczki: qui est multum valitudinarius, et diu durare non potest. quorum conatibus, et ambitioni, vos vna cum Rv.mo domino Protectore, pro virili vestra obsistatis, et ne hii ipsi Canonicatus irretiantur, quo minus nos de illis cum vacauerint prouidere libere possimus. diligenter prouideatis.

De Bartholomeo Gandkowski pluri.m miramur: quod contra voluntatem, et scripta nostra, ausus sit in personam suam: non in personam D. Samuelis Maczieiowski Canonicatum Ecclesiae sancti Michaelis impetrare qui istiusmodi ipsius mores, vacuum cum mala suspitione esse hic non permittunt. Quare agatis cum illo, vt se non intromittat ad hoc Sacerdotium, quod impetrare isthic non potuit, cum non fuerit affectum, neque reseruatum sedi Apostolicae, sed illud domino Maczieiowski liberum dimittat Cuius rei vos simul cum Kielcen. Prebenda expeditionem, vacuam omnibus nodis Romanis transmittetis, vt ab omni suspitione litium, securus dominus Maczieiowski esse possit.

Caeterum quia Doctores et Magistri Gimnasii Crac. queruntur de Michaele Paczanow, quod de altari in Ecclesia s. Annae Crac. illorum collationis litem doctori Mathiae Lanczki nepoti domini Doctoris Trzeszczhow officialis nostri Crac. quem ipsi presentarunt intentare vellet, ratione impetrationis in vrbe pro quodam seruitore suo Jacobo Sledzownik factae. M.tas Regia scripsit ad Rv.mum D. Cardinalem Protectorem, vt illos turbari et indebite contra eorum Iura molestari non permittat. Quare vos quoque isti negotio, opera, et diligentia vestra adsitis. Scripsit etiam M.tas sua Regia diligenter ad

Rꝫ.mum D. Cardinalem, ut nomine M^tis suae apud Summum Pontificem impetrare velit, quo Michael Paczanow probos ac quietos homines turbare, ac lites serere ulterius isthic non permittatur, et ab urbe Roma, intra certum tempus ablegetur, ad faciendamque residentiam in sacerdotiis suis, quae malo ordine non sine scandalo labuntur quottidie in deterius, compellatur, quam rem vos sollicitatione diligenti, et persuasionibus quibuscunque verisimilibus ad effectum perducere curetis, secreto id tamen ne improbus homo de se ita statui debere praesenciat.

Miramur vehementer quomodo vel si per imprudentiam vestram acciderit, quod D. Micolaiowski Vicepraepositus Illsensis ad instantiam Michaelis fuerit ad hoc sacratum quadragesimale tempus declaratus, qui ut scitis, et mandatum isthuc miserat et Michaeli nullam unquam causam adversum se agendi dedit. Peccuniam enim, ex Proventibus Praepositurae collectam, mandato Regiae M^tis cui remitti non potuit, non voluntate sua apud sequestrum ex brachio Regali datum deposuerat, a quo illam integram Michael rursus recepit. Nos hic de absoluendo illo inibimus rationem aliquam, apud istos Michaelis Procuratores sed si forte hii non habeant facultatem illum absoluendi, rogamus vos ut in omnem eventum illi de subsidio aliquo Iuris ad absoluendum provideatis.

Decrevit M^tas Regia, citto isthuc, tabellarium suum mittere per quem vobis, et Rꝫ.mo domino Cardinali, copiosius scribere volumus, quare expectabitis litteras nostras, et interim dominum Deum pro nobis orabitis. Bene valeatis, sitisque semper felix. Datum Crac^s xxv. Februarii M^o D. xxxi^o

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell.
Cardinali Protectori.

Rme in Christo Pater et domine Domine colen.me

Post seruitutis et orationum mearum humilem commendationem. Magnas et immortales ago et habeo D. vestrae Rmae gracias, quod et mearum priuatarum reseruationum, et Bullae Apostolicae: ad Menses ordinariorum concessae memor curare et prouidere dignata sit, ne post mortem D. Stanislai Mielszinski, et Iacobelli Lublin. sacerdotia in praeiudicium tam meum priuatum: quam omnium coepiscoporum Regni isthic impetrarentur, et diriperentur. Quam ob causam multum omnes, sed maxime ego D. vestrae Rmae debere nos fatemur: et per omnem occasionem seruitute, et officiis nostris promereri curabimus.

Doctores, et Magistri Uniuersitatis Cracs. solemniter congregati, Maustᵉ Regiae pro tribunali sedenti: acerbe et grauiter sunt questi de Michaele Paczanow quem aduersus Priuilegia et veterem suam consuetudinem audiunt litem mouere velle illorum Gimnasii alumno et Doctori promoto domino Mathiae Laneczki quem ipsi ad altare in Ecclesia S. annae Iure suo presentarunt, quae res Mtem Ram vehementer commouit, sicut ex litteris quas ad D. vestram Rmam scribi mandauit, intelligere dignabitur. Ego profecto vehementer doleo, quod per licentiam unius infimi vilis et abiecti hominis, ordo hic noster tam crebro in inuidiam secularium adducatur, et scandalum ex bonorum Ecclesiasticorum per potestatem secularem sequestrationem proueniat, res plane pessimi in posterum exempli, tamen quando malignitate temporum

et inffrenata malorum hominum libidine, istis fluctibus obiecti sumus. tolerando omnis quesita molestia superanda nobis venit. Bene autem agendo, et salubriter consulendo, a futuris temporibus auertenda. Quoniam vero iste Michael, nequam facti, et nomine infamis, solus sit hoc tempore, qui potissimum litibus hic in Regno serendis, Secularium contra nos maledicta, et contumelias ~~proponat~~ pronoret. Nam et hoc tempore sacro missis huc contra quasdam personas potentibus gratas, censuris Ecclesiasticis plurimam maledictionem, et perturbationem in populo excitauit. D. vestre Rp.ma supplico, vt ordinis Ecclesiastici rationibus consulere, et ita vt M.tas Regia postulat Michaelem istinc ad Sacerdotia ablegare dignetur. Qua re perpetuam laudem apud omnes Ecclesiasticos sibi comparabit D. vestra Rp.ma, et M.ti etiam Regie, quae nimium contentiones, et litigia Ecclesiasticarum personarum abhorret, maiorem in modum gratificabitur. Commendo me rursus in graciam, vestre Rp.ma D. Quam Christus D. noster, quam diutissime saluam et felicem conseruet. Datum Cracis. XXV. Febr. M° D. XXXI

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori

R.me in Christo Pater, et Domine amice honoran.me

Concessa nobis fuit adhuc a viuente Sanct.mo domino Leone Pontifice, et ab hoc etiam presente beat.mo Patre, et domino domino Clemente Septimo confirmata, facultas nominandi duas personas nobis gratas: ad Ecclesiam Cathedralem Cracis. Qua nos freta facult.te, nominaueramus ad vnius Canonica:

tus et Prebendæ futuram vacationem Rp.dum Patrem D. Joan:
nem Electum et confirmatum Culmen. quæ nominatio nostra quia
hactenus et ante assequutionem Episcopalis dignitatis in domino Jo:
anne Electo, et confirmato supradicto, non est aliquem sortita effe:
ctum, cuperemus per hunc amplioris provectionis suæ occasionem
et eventum, ab ipso ad aliam personam nobis gratam, dictam nomi:
nationem transferre. Quare D. vestram Rp.mam plurimum roga:
mus, vt nomine nostro, apud Sanct.mum Do. nostrum concedi
nobis supplicet facultatem, vt de persona præfati Joannis Ele:
cti Culmen, transferre ad aliam personam nobis gratam, nomi:
nationem nostram possimus, quæ in omnibus, et per omnia, perinde
valeat ac si is quem nominare decrevimus, et non præffatus
dominus Electus Culmen ab initio ad vacaturos Can.tum, et Preben:
dam Ecclesiæ Crac. Rp.do Domino Petro Episcopo Crac. nomina:
tus per nos fuisset, proviso insuper eo, ne quid obstet vacatio
seu obolitio nominationis per provisionem de Episcopatu Cul:
mensi ipsi domino Electo posterius factam. Aequum est etenim
haberi eam rationem nostri apud Sanct.m Do. nostrum, vt Con:
cessiones nobis factæ, et aliis omnibus præferantur, et pri:
usquam effectum suum capiant evanescere, et aboleri non permit:
tantur. In quo D. vestra Rp.ma, faciet nobis rem singulariter
gratam, quam multa semper gratificatione prosequi, et referre
illi diligenter curabimus. Cupimus autem vt D. vestra Rp.ma
sit semper fael.ma, et per Dei omnipotentis gratiam in multos
annos vivat salva, et incolumis. Datum Crac. xxiiij Februarii
M° D. xxx i.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici.

SAn.me in Christo Pater, et domine Domine clementissime. Post humilem mei Regniq et Dominiorum meorum commendationem. et oscula pedum beatorum. Iamdudum supplicaueramus Sanc.ti vestre per litteras, vt relligiosum fratrem Andream ordinis Predicatorum Electum Episcopum titularem Ennensem paterna benedictione confirmare. Bullasq consecrationis dari illi mandare dignaretur. In qua petitione mea tametsi michil dubito pium assensum Sanc.tis vestre presto mihi fuisse, miror tamen vehementer, quod ea sit, vel meorum in sollicitando negligentia. vel Sanc.tis vestre officialium in expediendo difficultas, vt non possit tanto tempore pauper Electus vllum muneris sui finem consequi. Quare iterum vestre S.ti presentibus supplico, vt in ista exigua, et honesta petitione mea, ita mihi authoritatem suam accommodare dignetur, vt et Relligiosus predictus Confessor meus, plus nimio per Officiales non extrahatur, vt ego cognoscam petitionem meam, tanti quanti merito debet apud S.tem vestram valere. Commendo me rursus, Regnum et Dominia mea in graciam Sanc.tis vestre, Cui et vitam diuturnam, et falices omnes successus a domino Deo concedi ex animo precor. Datum Craci. xxiiii Februarii. Anno Domini M.o D. xxx I. Regni mei. Anno xxv.

Sigismundus primus rex Poloniae
Cardinali Protectori

Rme in Christo pater. Postulavit a nobis S.ma coniunx nra. ut D. vestra Rma admoneremus, nominationes Mti suae ad Ecclesiam Cathedralem Crac. factas nondu effectu suu sortitas esse. in quibus ea facult.te et authoritate fungi cuperet. ut a nemine alio in conferendis Canonicatibus et prebendis praeveniretur. Quare D. vestra Rma rogamus. ut hoc Mts suae negotiu memoria retinere velit, et non permittere quibuscunq volentibus subditis nostris aliqua ratione Iuri et authoritati Serenitatis suae permutationibus. siue resignationibus siue Coadiutoriis excogitatis praeiudicari. Nollemus enim sicut in aliis ita etiam in ista nominandi facultate posteriorem haberi rationem S.mae Coniugis nostrae, quam aliorum quorumcunq subditorum nostrorum. tametsi petitionibus illorum etia annuentes. saepius illorum negotia D. vestrae Rmae commendemus. Datu Crac. XXIIII Februarii M D XXX I. Regni nostri XXV.

Petrus Tomicski Epus Crac. Vicecancell.
Doctori Rzeczicza Poenitenciario Romano.

Venerabilis domine frater in Christo char.me.
Quando ex urbe rediens Aquila Crac. applicuit. Eramus nos tum in conventione publica Piotrkovien. quo tum litteras quas a vobis attulerat. simul cum dispensatione Pauli Piaseczki ad contrahendu in tercio gradu consangui.tis matrimoniu concesse

fuerunt nobis transmissæ. ex quibus litteris, q in primis sedulitatem, et offitium vestrum in curandis cum nostris, tum seruitorum nostrorum negotiis perspeximus, grati.mo id accepimus animo, et pro eo quidem magnas vobis vt solemus vicissim gracias agimus et habemus.

Intelleximus etiam ea quæ prioribus litteris, iam ante amissis, et interceptis, secretius nobis scripseratis. Et agimus etiam vobis hoc nomine gracias q in reseruatione domino Sobek concessa, prouideritis, ne prioribus reseruationibus nostris aliquid nocumenti afferre possit. Rogamusque vos pluri.m vt deinceps etiam in similibus prudentiam et solertiam vestram nobis prestetis, ne quid per imprudentiam vestram: et ingenia aliorum, negotiis nostris impedimenti afferatur.) Quod ad Alexium attinet iam et ipsi vos intelligere potestis: quàm non liceat nobis fines Mandati Apostolici egredi: vt illum iuuaremus. Verum si fieri posset vt absoluta non limitata potestas in causa illius nobis committeretur, Vteremur equidem: et illius, et vestra causa in illum liberalitate et clementia humana, quantum vel honestas, vel ipsius rationes postulare viderentur. At cum ita in praescriptis mandatis hæreamus, ab officio nobis discedere et facultate concessa nequaquam licet.) In causa vnionis Ecclesiæ in Vaurzinci: e3e pudet nos toties frustra scribere, presertim cum graciæ quæ gratis, et pro meritis concedi debeant: turpi abusu, ad intolerabilia venditionis pacta promiscue declinentur. Viderint tamen isti, quibus præ auaritia, communis hominum salus, et honestas paruæ admodum curæ est. Nos quantum nostra interest, consiliis vestris aquiescimus, vt non amplius vnio sollicitetur, quæ tam magno pretio æstimatur, Sed hac ratione quam nobis scripsistis Jus patronatus conferendi ipsam Parrochialem Vladario Crac. pro tempore existenti impetretur quod quando impetratum fuerit, nos contenti non minus erimus, quam si vnio ipsa fuisset concessa, in qua re etiam Rev.mo domino Cardinali

Protectori idem scripsimus.

Vidimus litteras, quas Michael ad D. Archidiaconum Crac. in excusationem suam, de his quae nobis obtrectatus esse dicitur scripsit: sed illa excusatio parum nobis fidei facit, a tam peruerso et nequam homine scripta, plus enim nos ijs credimus, qui ab illo audierunt multa ad ignominiam nostram protulisse, quam illius quibusuis factis excusationibus. Et tametsi quidem temporis praesentis rationes, et modestia nostra a vindicta in eum instituenda nos retrahat, erit tamen aliquando occasio, cum licebit nobis malignitatis, et improbitatis suae paenas ab illo repetere. quod quanto diutius per nos differtur, ita grauius illi ad ferendum proculdubio continget.

Quod queritur ipse ad iniuriam illius a nobis factum, quod ex perceptis fructibus Canonicatus domini Isdbienski nihil illi decreuerimus, et quod contentationem propter vexationem redimendam pronunciauerimus, minimi est apud nos momenti. vobis enim est cognitum nos compromissum hoc, vbi illius persona intercederet vitauisse, illudque nequaquam suscepturum fuisse nisi authoritas et voluntas in hoc Rmi D. Cardinalis in Protectoris intercessisset, cui nos satisfacere volentes contentationem ampliorem adhuc decreuimus, quàm fuit nobis a D. sua Rma praescriptum, cui contentationi quod ille renunciet, nobis nihil officiet, et domino Isdbienski plurimum commodabit.

In impetratione Jubilei ad Ecclesiam Vilnen. quod pactiones interueniant dolemus vehementer, et miramur, quod dignitatis Mtis Regiae, nulla habeatur ratio, quae si sciret ista fieri nunquam cum Jubileum peteret, quin etiam vereor, ne concessum ista ratione non susciperet. Quare agatis apud Rmum D. Cardinalem, vt liberaliter, et sine vlla diminutione, aut temporum praefinitione, ad vnum annum integrum Jubileus concedatur. De quo etiam Mtas Regia iterum Rmum D. Cardinalem litteris suis admonuit, quas is adolescens D. Electi Mednicen.

reddet: quem nos vobis vna cum negociis domini Episcopi sui ex animo commendamus. Rogamusque vos plurimum, vt illi in omnibus quae isthic egerit adsitis consilio, et patrocinio vestro: quo rem admodum gratam nobis facietis. Fel.me valete. et dominum Deum pro nobis orate. Datum in Kielce Die xv. Ianuarii. M. Do xxx i.o

Sigismundus primus rex Poloniae Summo Pontifici.

Sanct.me ac beatis.me in Christo Pater et domine Domine clemen.me Post humilem mei Regnique et Dominiorum meorum commendationem et oscula pedum beatorum. Mortuus est Mense preterito Rdus Do. Ioannes Episcopus Culmen, integer, et fidus Regni mei consiliarius, cuius virtutem: et tocius vitae rationem, cum ego non michi solum, sed etiam Ecclesiae cui praeerat magnopere vtilem noscerem. non magis de illo amisso molestus, quam de sufficiendo simili in locum eius viro fui sollicitus. quare cum meorum subditorum de me merita: et cuiusque mores mecum percenserem, ex omnibus ad obeundum hoc Episcopale munus, optissimum magisque meritum Ioannem Dantiscum Oratorem iam pridem apud Caesaream Mtem meum indicaui, quem in presens ad hunc ipsum Episcopatum nomino, sanctitatique vestrae gratum michi esse, et ad sustinendum Pastorale officium idoneum declaro: ac testificor, simulque illi supplico, vt citra moram, et difficultatem, praenominatum Ioannem Dantiscum Secretarium meum, ad vacantem Episcopatum Culmen promouere, et confirmare dignetur cum reseruatione Sacerdotiorum, quae hactenus obtinuit, ne Episcopatu illi dato, et ablatis Sacerdociis, permutationem tantummodo, et non liberalem concessionem illi fecisse videremur. Quo ego Sti vestrae perpetuo studio, obseruanciaque mea bene

mereri diligent[ssi]me curabo. Cui me et Dominia mea iterum atq iterum tanqua Patri clemen[tissi]mo commendo, illamq fael[icissi]mam esse, et supremo cui praeest munere quam diutis[si]me fungi ex corde desidero. Datu Crac[oviae] Die v. Maii. M° D. xxx. Regni mei xxiiij.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.
Joanni Dantisco Epo Culmensi.

R[everendissi]me in Christo Pater: et Domine Amice char[issi]me.

Cum nondu hinc discessisset frater vester cum litteris: quas de rebus omnibus ad vos scripsi. Nuncius huc ad nos de morte R[everendissi]mi domini Episcopi Culmensis est allatus. quonia vero id accidit sub absentia Regiae et Reginalis M[aies]t[at]is quae voti soluendi causa Czastachowam concesserant: ego simul cum domino Lodouico Secretario R[egi]lis M[aies]t[at]is ut amici officiu faceremus: celerem cu litteris nostris nuntiu ad illas misimus. Supplicantes: ut vestrae fidei seruitiorumq cum summa diligentia impensoru: rationem habere dignarentur. in qua re successit quidem [illegible] nobis ex voto et sententia nostra. Sed id re perspecta non tam ad postulationem nostram: quam ex mera liberalitate erga vos. et gracia utriusq M[aies]t[at]is euenisse comperimus. Palam enim sunt testatae id apud se constitutu habuisse: ut vos per occasionem hoc Episcopatu ornassent. qui equidem tanto charior iucundiorq vobis esse debet. quanto magis ex proprio judicio: munificentiaq M[aies]tum suaru vobis collatu esse agnoscatis. Ego hic quoq pro meo erga vos affectu gracias egi utriq M[aies]t[at]i. q[uod] hac munificent[issi]ma designatione: gratos sibi fore labores vestros declararunt. Vobis autem presentibus litteris ex animo ob ampla istam dignitatem gratulor: summopereq opto. ut illi faelix. et meo:

lumis diu praeesse: et cum laude possitis.

Mittuntur vobis litterae: quas ego diligenter. et quantum rei vestrae expedire videbatur: ad Summum Pont: et Rmum D. Cardinalem Protectorem scribi curaui. quas cum vos mittere Roma volueritis Cesareae Mtis. et dominorum Carlium quorum copiam isthic habebitis litteras etiam in commendationem vestram nobis impetretis: vt minore impendio. et quam primum confirmationem obtinere possitis. vel si forte id per breue. sine pluralitate diplomatum. quae magni constant impetrare valeat.

Caeterum quod ad bona Episcopatus attinet. dubitare vos non oportet iri nobis in integro conseruata. Quod restat vos faelicem: et recte incolumem esse opto. Datum Cracis 1531

Sigismundus primus Rex Polonie Doctori de Rzeczicza poenitenciario Romano.

VEnerabilis deuote nobis dilecte. Comendauimus nuper litteris nostris Rmo domino Sanctorum quattuor Cardinali: et Regni nostri Protectori negotia Abbatis Lubinen: quae ipse ad vtilitatem monasterii se curare isthic apud sanctam Sedem debere promiserat ignari tum morum. et vitae ipsius. in qua cum nobis per D. Episcopum illius Dioecesis sit declaratum illum licentiose et culpate nimium vixisse. et destitutione dignum esse: cepit nos commendationis nostrae paenitere. Quare vobis committimus: et Rmo D. Cardinali exponatis. surrepticie a nobis Abbatem praenominatum commendationem obtinuisse. suamque Rmam D. rogetis: ne illum aliquem fructum sentire: ex commendatione nostra permittat. facturi pro offitio et fide erga nos vestra: ac gracia nostra. Datum. 1530

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao doctori Rzeczicza. Poeniten:
cionario Romano.

VEnerabilis Domine frater in Christo char.me. Cum non multo ante hinc discederet Jacobus Copecz dedimus illi ad vos litteras nostras quibus super his quae ad nos scripsistis diligenter vobis respondimus. Nunc tamen iterum scribendi occasionem nacti, facere vos de his certiores voluimus: quae post abitum apud Copecz acciderunt. Quinta Mensis presentis: cum accepissemus dominum Jacobellum de Lublin. ex hac vita sublatum esse Canonicatum sanctae Mariae Rielcen: quem ipse defunctus obtinebat contulimus Venerabili D. Samueli Maciciowski. vigore reseruationis nobis per sedem Apostolicam nominatim super hac Prebenda: et nonnullis aliis Sacerdotiis factae. In quo quidem Cantu etsi ipse D. Samuel possessionem apprehensam teneat. nichilominus tamen aduersarios quosdam propositos habet. Stephanus enim ille Grabia: qui in Lithuania agit. per Procuratorem suum Nicolaum Grabia domini Castell. Cracs. notarium deuoluit illi causam ad auditorium rotae: cum praefixione termini sexaginta dierum. Idque idem etiam fecit in prebenda: et Canonicatu sancti Michaelis. ad quem Canonicatum est etiam ipse D. Maciciowski post obitum supradicti Jacobelli institutus. ad presentationem D. Episcopi Premislien. Cui pro vna vice tantum Ius presentandi suum dominus Episcopus Cuiauien detulerat. Verum quemadmodum in vtroque pranominato Canonicatu diuersa ratione legittimum Ius domino Maciciowski competit. ita ex contrariis iisdem causis Grabia inaniter. et importune quod nobis est molestum negotium sibi facessit. Namque

in Prebenda Kielcen. reseruatio nobis concessa sibi obstat.
In altera vero Prebenda Septembris Mensis ratio, qui domino Episcopo Cuiauien tanquam Patrono. et in aliena Diocesi presentati pro tercio Mense. ex Regulis Cancellariae Romanae. patronis concesso computari debet. Quare plurimum a vobis rogamus: vt in istarum Prebendarum causa per contradictas nihil induci permittatis: sed consilio accepto, et Patrocinio Rev.mi D. Cardinalis nostri implorato, audaciam istarum rabullarum: et importunorum hominum aliquo modo cohercere curetis. in quorum etiam manibus quod perierint litterae vestrae, impunitum esse non paciamini pro industria vestra. Namque vt antea scripsimus litteras illas vestras: cum secretioribus rebus non accepimus. quas res tamen aliis litteris a vobis cognoscere expectamus.
Caeterum certo edocti sumus xix Marcii omnes reseruationes Bononiae, per Summum Pont: fuisse reuocatas. quod si ita est, etsi vos hactenus reseruationibus nostris non consuluistis. rogamus a vobis: vt curetis per Breue subuenire reseruationibus nostris. ita vt Sanct.mus D. noster declararet mentis suae non fuisse reseruationes nobis concessas reuocare. vel alio modo meliori. qui videbitur Rev.mo D. Cardinali. magis ad rem nostram pertinere. Cuius reseruationis exemplum. cum presentibus nos vobis mittimus.
Scripserat M.tas Regia litteras in commendationem negociorum Abbatis Lubnien quae apud sedem curare se pro bono Monasterii falso: et simulate declararat. cum tamen longe diuersa. et ab vtilitate monasterii aliena. vt post illius iam discessum M.ti Regiae: et dominus Castell. et do. Episcopus Posnanien scripserunt. mente agitabat. Nam cum per inquisitionem D. Episcopi. in multis enormibus reus deprehensus. ac ita Monasterio inutilis repertus esset: vt destitui merito deberet ipse ne ignominia afficeretur. impetra:

uit a domino Episcopo: vt ad certum tempus sponte Abbatia se abdicare posset: relicta pro se vnica villa: vel predio. quod cum a domino Episcopo illi concessum esset: et tempus resignandi Abbatiam datum: ille non expectato tempore: inscijs etiam Monachis se huc contulerat, et a M^te Regia litteras in commendationem sui obtinuit: quas nunquam obtinuisset. si de eius moribus mature fuisset M^ti suae nunciatum.

Quare voluntas haec est, et mandatum M^tis Regiae, vt vos R^mo D. Cardinali ista referatis. simulque illius D. R^ma rogetis ne quid isti homini ad comendationem M^tis Regiae concedatur. In quo facietis rem offitio vestro dignam: et cum M^ti Regiae tum nobis etiam gratam. Bene et faeliciter valeatis: pro nobisque Episcopo vestro aegroto, Deum et sanctos eius isthic oretis. Datis Crac^e XXI Septembris. Anno domini. M^o D. XXX^o.

Petrus Tomiczki Ep^s Crac. Vicecancell. Doctori Rzeczicza Poenitencionario.

VEn^lis Domine frater in Christo char^me. Ostendit nobis dominus Archidiaconus Crac^s Piotrkouiae litteras Michaelis Paczanow quibus inter alia declarat, quibus causis adductus: noluerit. neque velit suscipere, id quod nos dari illi per vos in contentationem pro Iure, quod se ille ad Canonicatum vestrum Cracouien habere iactabat, decreuimus eas litteras videre, vos cupiatis. vt sciatis consulere rebus, et commodis vestris. Nos hic in Bodzanecz in paululum immorabimur, vt et curemus valetudinem nostram, et a curis atque turbationibus. quas multas. et graues Piotrkouiae sustinuimus, paulisper respiremus. Causa Dunini et eius vxoris. qua:

liter acta est, et cur ad alium generalem Regni conuentum suspensa, ex aliis qui presentes interfuerunt intelligetis. Bene valete. Datum. 1531

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Doctori de Rzeczicza.

VEn.lis Domine: frater in Christo char.me

Non diu est, quod per Aquilam qui isthuc est profectus litteris vestris respondorimus. jn quibus inter alia scripseramus nos inituros esse aliquam rationem, qua pecuniam, quae ex denario sancti Petri dominis Archiuistis debetur: mittere illis possimus: volebamusque eam pecuniam mittere; per D. Sbaski, verum illius iam profectio in vrbem: in dubio est rursus posita: et nobis vicissim difficultas mittendi eam pecuniam intercessit. Quare conueniet(is) per occasionem D. Archiuistas: et exponet(is) illis, quod negligentia nostra non fit: quominus pecunia illis debita mittatur: sed quia neminem habemus: cui tuto perferendam committere possimus: et per manus Argentariorum illam per rescribere: vel cambire: sine illorum consensu noluimus. nam in singulis centum aureis octo pro opera sua detrahunt: qua iactura illos afficere sine consensu illorum nolumus. Nostros autem proprios impendere: non sumus ad hoc obligati. Quare conferat(is) cum illis super hoc negotio: et faciat(is) nos ab illis instrui: quid facere debeamus. Nos enim parati sumus pecuniam numerare cui ipsi numerandam commiserint: modo id quod numerabitur: scripto suo † ferant acceptum.

†nobis:

De confirmatione vnionis Plebanatus in Wawrzincicze

etsi res nobis sit molesta et grauis : quod ad compositionem adigamur : quia tamen ita res et istorw mores : quos mutare debuerunt : et propter quos orbis Christianus tumultuatur : et excandescit postulant : Damus vobis facultatem et mandatu componendi cu illis , si aliter fieri non poterit ad medietatem illius Summæ : de qua nobis scripseratis. peccunia autem ex banco Fucarorw accipiatis : et litteras vnionis bene obfirmatas : in optima forma : et prout melius ac securius videbitur expediatis

Alexii negotiu propter vestram commendationem magnæ nobis curæ est : sed nulla ratione ex tenore Breuis ad nos missi iuuare illu possumus , salua et conscientia , et honore nostro . namq circumscribitur nobis significanter et specifice cognitionis istius ratio : a qua nos si discedere vellemus : iudicaremur ab omnibus Justicia neglecta : in fauorem partis declinasse : quod profecto : honor noster facere nos non permittit . præsertim cu multorw ob hanc rem oculi . tam amicorw , quam inimicorw sint intenti : qui aliquid vituperatione dignu : in odiu nostrw admitti cupiunt : et optant . Quare vos rogamus : æquam nostri atq Alexii honoris : rationem habeatis . namq nos omnia quæ salua dignitate fieri possunt : vestra causa libenter præstabimus . modo in hac etiam causa velitis id a nobis quod facere licet . Nobis videretur vt isthic prius . a Summo Pont: de plenitudine potestatis . se absolui Alexius : et reabilitari curet demu hic nos : quod ad Sigismundu attinet facile curabimus .

Audiuimus Michaelem Patauii apud Abbatem Plocen fuisse vnde intelligimus illu : ab omni ægritudine liberu esse , quare curetis apud Re.mu D. Cardinalem efficere : vt ad cessionem facienda Domino Jsdbienski illu compellat . ne in hac causa differatur amplius . quæ diu terminari

si Michael non fuisset proterrus debuit. Si vero ille: vt scribitis contentationem per nos decretam acceptare recusauerit. D. Jsdbienski grato id feret animo: et non curabit ista ratione Michaelem vindictam a se petere. Caeteru ad illud, quod aegre fert sibi nihil decretu esse ex Prouentibus Can.tus Crac. perceptis, Sciatis nos propterea id fecisse: q. certi fuimus ad eundem Can.tu. nullu Jus illi competiisse: et contentationem ipsam non Michaelis: vel Juris ipsius causa decreuimus: sed vt Rm.mo D. Cardinali nostro: in hac parte gratificaremur.

Porembski noster: suspicatur aduersariu aliquid contra se moliri. quare et de eius causa curam isthic habebitis. ne quid contra illu dolo fiat. D. Maciciowski: etiam rogat: vt causam suam tueamini: et consiliu: vel ab ipso Rm.mo D. Cardinali petatis: quid facere debeat: si aliquis alter non est. qui integre: et commode in rem eius consulere velit.

Scripsimus: ad D. Jacobu Cortesiu Regiae M.tis: et nostras litteras: Scripsit et D. Joannes Andreas de Valentinis Phisicus Reginalis M.tis: vt illos 60 aureos: quos a defuncto Jacobo Schuez, ex pecunia amatarū accepisse scitur: ad manus Rm.mi D. Cardinalis: aut vestras reponat. Jn quo et vos operam vestra accommodabitis: vt exigi tandem pecunia debita ab illo: et domino de Capisuchis Sacri Palacii auditore, vt istius debiti negotiu ad finem deduci possit.

Frater Adrianus: designatus ad Suffraganeatu Posnaniensem. moleste fert: non expeditas illi fore bullas hactenus. quod et nos miramur. Namq. audiuius, minori pecunia solitum expediri antea Suffraganeatu. qua nunc ab illo detur. Quare et eius negotiu, sit vobis commendatu. quod etiam Rm.mo D. Cardinali Regiis: et nostris litteris

commendauimus.

Albertus Kiewski: consequutus est Canonicatum Varmien. vigore illius reseruationis: quam Rmus D. Cardinalis vobis sollicitantibus: ante annum illi expeditam miserat, quare cupit sibi in dicto Canonicatu et Prebenda de nouo prouideri quod vos nostra: et illius causa efficere apud Rmum D. Cardinalem curabitis.

Caeterum post mortem domini Joannis Ferber: qui hunc Canonicatum obtinebat. Vaccat etiam Decanatus Varmien. super quo Jus domino Simonetae sacri Palacii auditori competere dicitur. Praenominatus Albertus Kiewski vellet de hoc Iure, cum domino Simoneta transigere, si illud sibi cedere vellet contentare. Quare a vobis rogamus vt cum illo ob eam rem conferatis: et tractetis diligenter offeratisque illi nomine Alberti Kiiewski, tantam pensionem quantam illi defunctus Ferber soluere consueuerat, nam et Kiiewski tantundem illi praestare: et pendere vellet.

Si litterae vestrae maturius nobis allatae fuissent, curauissemus equum Rmo D. Cardinali procurare, et cum praesentibus litteris mittere: sed cum in discessu fere istorum: qui hoc tempore in Italiam abierunt litterae vestrae nobis redditae essent, et nos in promptu talem equum non haberemus: qui Rmo D. Cardinali conueniret, distulimus id in aliud tempus: et occasionem mittendi quam simulatque nacti fuerimus: Rmae D. suae equum illius honori dignum mittemus. De quo interea vt bonus reperiatur solliciti erimus. Bene valeatis et foelix sitis. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell

Doctori Rzeczicza

VEnerabilis Domine frater in Christo char.me
Paulus Piaseczki, nobilis ex Russiae terris antiquus seruitor noster: vt rem domesticam: et fortunas suas augeret consiliu cepit ducendi in vxorem filiam domini Hinck defuncti ex nomine Anna, quae quonia sibi tercio consanguinitatis gradu attinet, dispensari sibi propterea a Summo Pontifice cupit: quare a vobis rogamus: vt illi dispensationem eiusmodi per Penitentiariu obtineatis, et pecunia nostra redempta ad nos qua primu remittatis.

Caeterum delatum est ad nos Michaelem: quibusda suis litteris ita de nobis ad multos homines hoc scripsisse, q. s. iniqua et iniustam inter se: et D. Isdbienski, tulerimus sententiam: quodq ipse propterea facta cessione Juris sui coactus per Rp.mu D. Car.lem Protectorem: contentationem sibi decretam acceptare noluerit, vt postea occasionem nactus, lites denuo excittare possit. Adscripsit enim in iisdem litteris se fecisse protestationem de se grauato, quam se tum prosequuturu iactitat: cu vel Asinus, vel Rex moriatur. In quibus verbis, quid lateat per vos facile ipsi suspicari poteritis. Et equidem nos vtcunq et ab initio munus hoc decernendi: inter illu, et D. Isdbienski inuiti et solius tantumodo Rp.mi domini Cardinalis causa suscepimus, miramur tamen vehementer istu nebulonem sceleratu, et infamem: tam audacem esse, in vellicanda nostra dignitate: vt ea quae ipse per improbitatem, et vecordia mente concipiat, litteris committere et affirmare

de nobis non vereatur. Quod certe si dominus Deus nos seruabit incolumes, impunitu non feret: vt sibi persuadet. Namque nos queremus rationem quo pacto ille grauissimas suae malignitatis luet poenas: et experiatur nos, non ita oblitos honoris et dignitatis nostrae, vt impudentissimas criminationes ferre tacitas debeamus. Haec autem vobis propterea scripsimus: vt siquando de hac re sermo vobis cum aliquo inciderit: iniuriarum istarum rationem in promptu habeatis.

De domino Sbaski: vt vobis eius designationis in Oratorem ratio cognita fiat, ita factum accipiatis. Cum illo tempore: quo Summus Pontifex: cum Caesarea M^te Bononiae adhuc agebat. Dominus Dantiscus Ser.^mi domini Regis nostri Orator: mandato R^mi Domini Cardinalis Protectoris monitorium contra dominum Archiepiscopum Gnesnensem in manus huc suae M^tis misisset. M^tique suae non visum esset illud, ex hac causa executioni mandare, quod et dominum Archiepiscopum Senatorem Regni primarium molestare nolebat: et eiusdem ministerii offitium: a Regia sua dignitate alienum fore arbitrabatur. Rescripserat M^tas sua R^mo D. Cardinali S. quatuor: remisso etiam in manus eius praedicto monitorio: quod ex certis rationibus executioni mandare illud non potuerit, postulatque a D. sua R^ma vt hoc factum suum: et ipsa boni consuleret, et apud Sanct: D. nostrum excusaret. Super qua re cum M^tas sua responsum a D: sua R^ma expectaret quod etiamnum expectat. Rogata fuit, per R^mum D. Archiepiscopum Gnesnensem, vt per Oratorem suum, in eiusmodi facto, apud Sanct^mum D. nostrum illi patrocinari, et adesse dignaretur, ne in hac senecta periculum aliquod honoris, et dignitatis suae adire cogatur. Cuius precibus permota M^tas sua etsi iam mittendum in vrbem D. Sbaski ab aliquot Mensibus designarit, mittere tamen illum prius non vult, quam

a Rmo D. Cardinali responsum super prioribus litterꝭ habeat.
Quare vos Rmum D. Cardinalem de hoc admonebitis, vt re:
scribere Mti suae super hoc negotio: non grauaretur, et
pertentabitis animum D. suae Rmae, si illi fore videatur ne:
cessarium: vt Orator ad excusandum D. Archiepiscopum, et
placandum animum Summi Pont: de illo mittatur. Namque
Mtas sua, si hoc negotium D. Archiepiscopi per se quiescere
posset, libenter se a missione hac Oratoris sui contineret
vt suspitionem apud Caesarem, et Regem Ferdinandum,
deuitari possit, et ne fauorem praestare: parti illorum aduer:
sae putaretur. Et quidcunque in ea re Rmus D. Cardina:
lis responderit, nobis per primum nuntium, quem nacti
eritis diligenter rescribatis. Scribit Mtas sua Rmo
Domino Cardinali: vt graciam Iubilei, ad Magnum Ducatum
Lithuaniae, nomine Mtis suae, apud Sanctiss. Do: nostrum
obtineat, vt Ecclesia Cathedralis Vilnen, quae nuper
conflagrauit, restaurari facilius, et citius possit, de
quo suam D. Rmam sollicitabitis: et cum erit expedita
eadem gracia Iubilei in manus nostras mittatis. Interea
bene valeatis et faelix sitis. Datum Crac. vltima Augu:
sti. M° D° xxx

Petrus Tomicski Eps Crac. Viceecancell.
Doctori Rzeczicza Poenitencionario Rom°.

VEnerabilis Domine frater in Christo char.me Paulus de
Chodow: simul atque huc venit. litteras vestras nobis reddi:
dit, ex quibus diligentiam, et sedulitatem vestram qua
praestatis negotiis nostris perspeximus, pro quo offitio agimus

vobis multas gracias, illudq vobis per occasionem, vt refera:
mus dabimus operam. quia vero scribitis hactenus vos Michae:
lem adducere non potuisse ad cedendu de Iure suo, domino
Isdbienski, rogamus a vobis: vt iam omni studio ad id in:
tendatis: quo Michael non expectato isthuc aduentu sui
fratris, et domino Isdbienski, in cessione facienda: et
nobis in decreto nostro suscipiendo satisfaciat. Nam
haec illius tergiuersatio, et proteruitas, non modica digni:
tati et officio nostro, quo functi simus leuitatem afferre
videtur.

Caeteru quod ad Alexiu attinet, affirmare possumus nos
plurimu optare, vt illius causa bono fine terminetur, neq
esse impedimento, vt ad pristinu gradu, famae suae restituat°
At hoc in potestate nostra nunq fuit, scire potestis vt illi
vel condonare errorem, vel moderari poena potuissemus.
Namq in Breui ad nos de hac re dato, certa ratio cogno:
scendi est nobis praescripta: vt neq eius fines nobis egredi
citra conscientia liceat, neq Alexiu sub probationibus,
quae contra illu fiunt absoluere. Quare libenter viderem9
vt ipse se a Summo Pontifice, de plenitudine potestatis Apo:
stolicae absolui, et restitui curet. cum enim id erit factu nos
reliquu quod ad Doctorem Sigismundu attinet componere
bono modo curabimus.

De vnione Ecclesiae in Wawrzincicze: cum aliter fieri non potest
nisi vt componatur, assentimur, et permittimus vobis, vt ad
medietatem 130 aureoru tractetis, et iam negotiu aliquan:
do absoluatis. ad quam rem peccunia illam, de qua dudu scri:
pseramus, a factoribus Fuccarorū accipietis, quam vobis
haud dubie, absq vlla difficultate: et dilatione vlteriori
numerabunt.

Breuia quedam, et litteras de secretis quibusda: quas vos
misisse nobis scribitis, non accepimus, vnde suspicamur

illa furto sublata esse. Quare vos monemus, vt deinceps videatis: cui committere, vel credere litteras vestras debeatis et rursus de hisdem secretis, quae illic scripseratis, nos certiores litteris vestris: per primum nuntium faciatis.

Postremo quod ad exactores annatarum attinet: scire debetis nullam causam iustam de nobis querendi illos habere, cum nos non animo retinendi id quod ex denario sancti Petri illis debetur hactenus non miserimus: sed quod neque tutum erat his suspectis temporibus, peccuniam transmittere: cum Domini Fucari per multum tempus: nullos suos factores isthic habuerint: neque etiam ex Prussia, et Slesia, propter sectam Lutteranam exigere aliquid eius denarii potuerimus. Verum tamen, intellecta voluntate Mtis Regiae, inibimus aliquam rationem: vt id quod iuste ad illos pertinet citto accipiant, quod vos illi referatis. Aliud nunc non est, quod vobis scribamus: solum vt nos, et obsequia nra Rmo D. Cardinali S quattuor commendetis: et ipsi bene valeatis faelix sitis. Datum Craco. vi Augusti. Anno D. Mo Do xxx o.

Sigismundus primus Rex Poloniae Summo Pontifici.

SAnct.me, vacat iam dudum Episcopatus Camenecen Regni mei, in quo conferendo propterea vsque huc cunctatus sum, quod discipiebam cum ex re, et dignitate sedis illius non solum inopis: sed eciam in extremis oris Regni: et in faucibus infidelium constitutae rectius conferri posset, visus est tandem idoneus: et conducibilis Venerabilis Petrus de Gamrathis Decanus Ploccen: cum ob generis sui nobilitatem et viciniam: tum etiam ob merita, et industriam: qua pre:

ditus est. Itaque commendo illum ex animo vestrae Sanc.ti et precor illam dignetur eum ad ipsam sedem Camenecensem promouere: reseruatis tamen sacerdotiis ipsius, sine quibus neque dignitatem hanc sustinere: neque eidem sedi lacerae: continuisque periculis expositae vllo ex vsu esse posset. Quicquid autem vra Sanc.tas graciae illi in huius negocii expeditione ostendere: et exibere dignabitur, in rem meam exibitum putabo. Dominus Deus seruet vestram Sanc.tem pro salute rei Christianae, diutis.me sospitem et semper faelicem.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori

Rme. Contulimus Episcopatum Camenecen. dudum vacantem venerabili Petro de Gamrathis Decano Plocen, virtute et meritis eius id exposcentibus, et commendauimus illum S.mo D. nostro. Rogamusque etiam vestram Rp.ma D. operam suam adhibere dignetur: apud eius S.tem, vt considerata ipsius Episcopatus inopia, et discrimine, cui semper est expositus: et sacerdotia sua illi reseruare: et graciam, quae maior fieri posset, illi in ea expeditione exhibere dignaretur. faciet nobis vestra Rp.ma D. rem multo gratis.mam et suis erga nos amicis.mis officiis non postremam, quam optime valere ex animo desideramus. Datum Cracis. Die prima Augusti. Anno Domini M°D°XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici

SAnct.me Pr. Declarabit vestra Sanc.ti nomine meo R.mus D. Cardinalis sanctorum quatuor. Protector Regni mei: et is meus Secretarius: et nunctius. necessitates Ecclesiæ Cathedralis Plocen: ictu fulminis combustæ: et conquassatæ. quam restaurari eo diligentius curo. quod Diuo Sigismundo Patrono meo peculiariter sit nuncupata. Suplico itaque omni studio vestræ Sanc.ti, vt quæ ipsi R.mus D. Cardinalis, et nunctius meus in subsidium ipsius Ecclesiæ ab illa verbis meis pecierit, concedere non grauatum dignetur: quando quidem id ab illa tantum postulo: quod citra dispendium suum præstare potest. Faciet mihi rem eam gratam, vt graciorem facere hoc tempore nullam possit. Commendo me etiam atque etiam bonæ graciæ vestræ Sanc.tis, et vt fel.me valeat, ex animo cupio. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

R.me. Conflagrauit non ita pridem icta fulmine Ecclesia Cathedralis Plocen. nobis vel ob hoc char.ma, quod Diuo Sigismundo Patrono nostro sit dicata. ad cuius restaurationem, cum Episcopus cum Capitulo suo par esse non potest, et nos aliis magnis sumptibus obruimur. visum est pro subsidio ad Sanct.mum D. nostrum confugere. qua

pro sua benignitate et fauore, quo nos complectitur. proque rei facilitate, quae absque aliquo incommodo praestari potest Speramus non negatura nobis. talem Jubilei ac indultum graciam. pro restauranda ipsa Ecclesia, quae et non vulgaris esset: et hoc tempore quo deuotio humana refriguit commodum, et vtilitatem aliquam afferre possit. Prout hoc vra Rp.ma D. pro sua erga nos beneuolentia, melius reperire: et Sanc.ti suae proponere poterit. Itaque rogamus illam plurimum, non grauetur causa nostra. et ob rem tam piam. operam suam apud eius Sanc.tem impendere. quo ipsa gracia, quanto vberior esse possit, ipsi Ecclesiae concedatur. Nam et Diuae Memoriae Leo Pontifex. licet tum illa non adeo indigebat. multa tamen nobis etiam postulantibus concessurum se receperat domino olim Erasmo Episcopo, in ipsius Ecclesiae commodum, et ornamentum: quae vtriusque morte euanuerunt. Nulla profecto res est. qua magis hoc tempore gratificari nobis possit vestra Rp.ma D. quam si opera sua, nos huiusmodi desiderii nostri compotem effecerit. quam illi referre curabimus: mutuis amicitiae nostrae officiis. Fel.me valeat vestra Rp.ma D. et nos diligat: habeatque commendatos. Datum Crac. prima Die Aprilis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo. tricesimo.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

R.me in Christo Pater. et Domine amice noster char.me et honorand. Communitas Gimnasii Ciuitatis nostrae Crac. cuius nos tutor. et protector Praedecessorum nostrorum.

more sumus. detulerunt ad nos q. cum secundu Priuilegia et veterem consuetudinem suam presentassent. ad Altare in Ecclesia s. Annae Crac. post mortem eius vltimi possessoris Joannis Albini in tumultu. et excidio. vrbis Romae. mise: rabiliter interfecti. quenda vniuersitatis suae alumnu: et in gradu Doctoratus promotu: ex nomine Mathiam Lan: czki: Michael Paczanow illud ipsu altare. impetrare isthic. apud sanctam sedem. in Praeiudiciu Priuilegioru suoru: et grauamen dicti presentati. pro quodam Jaco: bo Sledzownik homine ignobili debuerit. quae res. vt nimiu est iniqua: ita nobis etiam vehementer molesta. extitit: quippe quod indignu nobis videatur ab homine nequa: et infami. quietis. et studiosis personis. totiusq. Juuentutis Regni nostri. et nostris quondam ad virtutem monitoribus. et Magistris: quiduis negocii et difficultatis facessi. et excitari. Quare D. vestram Rev.ma plurimu rogamus. vt rationibus. et ocio Gimnasii eius nostri. ita prouidere. apud istam sanctam sedem velit. ne vel ipsi vel eorum presentatos ob supradictu altare. aliquid vel turbationis: vel iacturae sustineant.

Caeteru quia admodu crebris subditoru nostroru obtundi: mur querelis. quod iste scelestus. et inquietus Michael. illoru quietem. Jura. et consuetudines. variis. et intollera: bilibus iniuriis: atq. continuis euocationibus. et litigiis contra aequu. et honestu turbet. D. vestra Rev.ma serio et cu summa diligentia. rogamus. vt nomine nostro. ita agere. et constituere. apud Sanct.mu D. nostru velit. vt ad principiu futuri Mensis Septembris Michaeli. omnino ad sacerdotia sua reuerti. et in illis residere mandet ita enim in hoc publico proxime praeterito Conuentu Re: gni nostri. Consiliarii nostri a nobis efflagitarunt. postu: lantes. vt si intra hoc tempus non reuerteretur. prouentis

illius sequestrari authoritate nostra mandaremus: et illos potius ad restaurationem ædium, et templorum: quæ ipse deseruit, quam ad illius abusum: et licentiasam irritandi homines cupiditatem conuerteremus. quorum nos partim suasionibus æquis, partim querelis multis permoti: scribere hæc D. vestræ R.mæ voluimus, quam iterum rogamus, vt nostra et bonæ quietis conseruandæ causa, id ita vt nos cum subditis postulamus curare velit, ne et nobis deinceps querelæ subditorum, et Michaelis iniuriæ: subditis nostris tot molestias afferant: quibus nos vicissim onerare D. vestram R.mam cogeremur. Faciet in hoc nobis D. vestra R.ma rem summe gratam, et subditis nostris non minus vtilem quam necessariam. Bene valeat D. vestra R.ma: et sit quemadmodum maxime optat semper fælix, et incolumis. Datum Cracis. xx v. Februarii. M° D. xxx 1. Regni nostri xx v.to.

Sigismundus primus Rex Polonie
Auditori Camere

R.me in Christo pater: et Domine amice char.me et honorande. Redditæ sunt nobis litteræ D. vestræ R.mæ quibus simul, et de sua ad Cardinalatus dignitatem prouectione nos facit certiores: et quo studio: quaue obseruantia nos prosequi velit declarat, quæ vtraque res cum sit nobis gratiss.ma, D. vestræ R.mæ imprimis, de assequutis amplissimis honoribus gratulamur. Deinde illi pro amanti suæ voluntatis, et propensionis erga nos significatione non vulgares agimus gracias: vicissim id illi de nostra beneuolentia pollicentes: quod nichil sit nobis tam difficile futurum, quod non libenter ad commodum, et dignitatem illius

augendam praestaremus. modo illa exemplo. patrui sui desideratiss.mi amici nostri. nobis. Regnoque nostro. fauore. opera. officiisque suis deesse nolit. quoniam vero. et nunc quaedam curari: et impetrari. a Sanctiss.mo D. nostro. pro ordinariis Regni nostri. et aliis subditis cupimus. Postulamus a vestra R.ma D. patrocinari in his nobis. apud Sanct.tem suam velit. et simul efficere: vt Sanc.tas sua petitionis nostrae rationem habere dignetur. De his autem quae agenda erunt. singillatim D. vram R.ma ven.lis Stanislaus Rzecicza Paenitenciarius minor: vtriusque Jurs Doctor: et sollicitator noster docebit. in quo rem gratam nobis praestabit D. vestra R.ma quam illi nos vicissim omni studio: et gratificatione nra referre per occasionem curabimus. Dominus Deus seruet D. vestram R.ma diu sanam: et semper faelicem. Datum Cracs. Die xxii Februarii Anno Dni M.o D. xxxii. Regni nostri. Anno xxvi.to

Sigismundus Rex Poloniae Epo Vigornien

Sigismundus.

R.me in Christo Pater Amice sincere nobis dilecte.

Declarauit nobis Venerabilis Stanislaus Rzecicza: vtriusque Jurs Doctor: et Basilicae beati Petri minor Paenitenciarius ac sollicitator isthic apud sanctam sedem noster, P. vestram in expeditione extensionis Bullae ordinariorum Regni nostri in fauorem nostrum concessae: studium et propensionem suam erga nos declarasse. pro qua. vt eius officii gratos nos esse cognoscat. agimus. et habemus illi gracias non vulgares beneuolentiaque. et gratificatione nostra Regia. id quod eius in nos propensionis agnouimus: cumulate illi. per occasionem

referre curabimus. modo illa hunc quem cepit affectum gerere: et operam nostris negociis accommodare non desinat. Bene valeat P. vestra. et sit semper foelix. Datum Cracoviae Die xxii Februarii. M° D° xxx° ii Regni nostri xxvi^to.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Sta Rzeczicza Doctori penitenciario Romano

VEn.lis Domine. frater in Christo char.me
Cum huc venisset D. Stanislaus Dambrowski. et Pallium cum caeteris dominorum Episcoporum diplomatibus: et litteris attulisset. reddidit etiam nobis Breue extensionis Bullae ordinationum ad alios Regni Praelatos Ecclesiasticos. per Sanct.mum D. nostrum concessam, in quarum expeditione. quia facile perspicimus, vestram enituisse sedulam diligentiam. pro illa vobis agimus. et habemus magnas gracias: et relaturi vobis illam sumus beneuolentiam. et gratificationem nostram semper. Quod de Protectore deligendo nobis scripsistis. expendimus diligenter. et cum aduertimus vobis videri eum futurum: et commodissimum. et Regno vtilem. qui in R.mi Domini Protectoris locum mortui et honores successit. Persuasimus M.ti Regiae consilium vestrum esse amplectendum: quae etsi ad Summum Pont: id pro more suo: et vt aliorum R.morum Dominorum Car.lium per intercessionem Regum Protectoris munus petentium: inuidiam euitaret: id retulit. ab illiusque Sanc.te nominari sibi Protectorem peciit. Significauit tamen in litteris R.mi Domini Cardinalis Pistorien. personam sibi inter caeteros fore acceptissimam. quare vos consulitis D. suae R.mae: vt se per Pontificem nominari procuret. Nam quod ad M.tem Regiam attinet dubitandum non est facturam esse omnia: quae et nos suaserimus

466

et sua D. R.ma optabit. Graciam vestram ad beneficia Regni vobis datam: in oblivionem non ponemus. Sed curabimus sedulo: ut in his quae et Iuri: et virtuti vestrae debebuntur sacerdotiis: nemo vos praeveniat.
De Plebanatu in Rzecicza: id quod nobis scripsistis: cum domino Archiepiscopo: non gravatim contulimus. Cuius D. R.ma respondit se non posse in hoc aliquid statuere: donec a vobis super litteras suas responsum accipiat: Dixit enim, aliam se vobis conditionem obtulisse: quam utrum acceptare velitis, hactenus dubitat. Speramus tamen quod annuet tandem precibus et desideriis vestris. Facultas de visitandis: et corrigendis excessibus Religiosorum in hoc Regno exemptorum nobis ad annum concessa, nihil ad rem quam cogitabamus pertinere nobis videtur. nos enim visitationem unicam concedi nobis postulamus, sed potestatem in vita dari: ut licentiam male vivendi: in quibusvis Religiosis pro tempore deprehensam coherceré: et corrigere in Dioecesi nostra possemus ne inhonestate et turpitudine vitae illorum, probae: et innocentes Ecclesiasticae personae in invidia secularium pertrahantur. At cum ita Praelati, et Proceres Ecclesiae male volunt rationibus nostris prospectum: ipsi viderint quid vigilantia, vel negligentia sua boni maliue non in nostro solum: sed in suo etiam statu inferre poterunt. vos si absque magno negotio, hanc facultatem: ad vitam nobis impetrare poteritis, facite operam in hoc vestram: sin minus, R.mum D. Cardinalem Pistorien: admonebitis et rogabitis nomine nostro: ut priusqua grave aliquod scandalum ex licentia exemptorum contingat: curare velit de illorum rationibus per Sanct.mum Do. nostrum provideri.
Mittimus vobis exemplum litterarum: quas ad nos Michael Paczanow scripsit: ex quibus intelligetis: quorsum tendat illius consilium: et qua ratione se innocentem esse adversum nos

declaret: Sed nos eius mores dudu experti: non id quod fortasse volebat: sed quod dignitati: authoritatiq nostrae convenire videbatur: admodu breviter et Laconice illi respondimus. Scripta enim illius: nos a recta sententia abstrahere non poterunt: nisi illud quod de praetermissis vtilibus clausulis: in bulla ordinariorw scripsit: non mediocriter animu nostru perculit: in hoc enim, quod ad reformationem bullae attinet, recte sentire, et non incommode praemonere nobis videtur.

Religiosus pater Doctor Faelix ordinis Praedicatorw est optatus: et vocatus: per Rmu D. Episcopu Vilnen. ad Suffraganeatus offitiu. Cui quia necesse est per sedem Apostolicam de titulo: quem demortuus Suffraganeus obtinuit Episcopatus Caphensis provideri, agetis nomine Regio: cu Rmo Domino Cardinali Pistorien: vt illi, et gratiose provideatur, et in expeditione onus quod ferre, vt pauper religiosus minime posset: non imponatur.

Caeteru D. Nicolaus Zamoseczki: mittit in manus vestras per manus domini Maczieiowski, centu viginti aureos Hungaricales: qui pro annata Scolastriae Lancicien. Camerae Apostolicae solui debent. quare curabitis illos vbi debent numerare: et chirographa reddita peccuniae accipere. Peccuniam etiam Domini Ioannis Naropinski, quae penes vos est Camerae Apcae soluatis. et quitantiam de illis solutis accipiatis: et ad nos transmittatis. Quare cu id illius consiliu legetis: quod ille vt vestram negligentiam accuset, ad nos scripsit, Perpendatis vobiscu, et cu peritis aduocatis consiliu capiatis. quid in hac re sequi debeatis: vt Bulla ordinariorw debita firmitate muniatur. quidquid autem fuerit factu necessariu, ad Rmu D. Cardinalem Pistorien. Regio nomine referetis: et impetrare apud Sanctmu D. nostru curabitis. Exemplu autem litterarw Michaelis.

468

nemini ostendas: nec legendum prebeas, ne per nos ille post hac calumnietur et accuset, de proditis et inuulgatis his quae ad nos secretius scripsit. Datum Crac. Die xxij.a Februarii. M.o D.o xxxii.o

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.

~~Doctori Rzeczicza penitenciario R.o~~

Bartolomeo Gandkowski

Venerabilis frater in Christo dilecte. Cum intelligeremus te Jure tuo contra Carolum non posse subsistere: et faueremus tibi Cancellariae Posnamien. titulum honoratum: vigore compromissi in nos et Dominum Episcopum Premislien. per tuos Procuratores et Carolum facti, Decreuimus: vt tu sis Cancellarius Posnamien. ille vero habeat abs te loco contentationis Psalteriam in Ecclesia nostra Crac.: et altare in Ecclesia beatae Virginis: et vltra haec, vt tu in expedienda nominationis suae reualidatione operam praestes: ille vero impensam faciat. quae tibi presentibus declarare voluimus: vt tu intelligas: quid pro te in hac causa fecerimus: et quid tu sequi debeas. Communicabit tibi D. Penitenciarius: quae illi curanda in presens commisimus. in quibus quidquid tu potes operae impendere: impendas non grauatim: quo nobis rem gratam facies. Bene vale et sis faelix semper. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici

Beatiss.me Pater : et Domine Domine clemen.me
Post humilem mei, Regniq : et Dominiorum meorum commendationem : et oscula pedum beatorum. Cum nunciatum mihi esset : de morte Rev.mi D. Laurencii Sanctorum quattuor Cardinalis, grauiter admodum et molesto animo illius hunc casum : vtcunq legi naturali subiectum tuli : cum propter illius virtutem : et singularem in rebus dexteritatem : et periciam qua Sanc.ti vestre : et isti Sancte sedi fuit semper vtiliss.mus. tum etiam propter mea et Regni mei negotia quorum ille curam isthic : apud vestram Sanc.tem gessit. non pie solum. sed amanter et officiose. Verum quia id quod a Deo fit Christiano homini culpare. vel fastidire non conuenit. desiderium illius optimi patris : feram eo quo equiore potero animo : et studium obseruantiaq erga me illius, memoria retinebo sempiterna. At sicut pro illo tam grato et commodissimo mihi dato Protectore. Sanc.ti vestre ego me semper debere confiteor : et acceptum referre volo. Ita nunc vicissim supplico : vt in locum demortui. ipsa iterum Sanc.tas vestra aliquem. ex Rev.morum dominorum Car.lium Collegio nominare mihi in Protectorem dignetur : qui et Sanc.ti vestre gratus esset : et negociorum meorum curam suscipere et gerere : cum sua. et mea dignitate valeat. Michi quidem inter ceteros. si idem Sanc.tas vestra iudicarit accept.iss.mus foret Rev.mus dominus Antonius, Car.lis Pistorien : quem et patruus moriens. mihi commendauit. et Sanc.tas vestra amplissimis honoribus. suo merito dignata est post mortem patrui exornare. Sed cum mee sit consuetudinis : neminem mea sponte mihi optare Protectorem

js certe mihi futurus est grat.mus : quem authoritas . et voluntas Sanc.tis vestrae designabit . Caeterum quia interim et ego . et subditi mei egebimus . relatore . et commendatore negociorum apud Sanc.tem vestram . Postulaui a R.mo Domino Pistorien. vt ille operam suam in his : quae illi curanda commisi . vel sum commissurus praestaret . Et Sanc.ti vestrae supplico . vt illum de omnibus nomine meo agentem audire : et pro sua erga me benignitate exaudire dignetur Cui me Regnumque . et Dominia mea . rursus diligent.me comendo . et sanam Sanc.tem vestram : atque semper fael.ma esse vehementer opto . Datum Cracouiae die xxiij Februarii Anno Domini Millesimo . quingentesimo . tricesimo secundo . Regni vero . et Dominiorum meorum . Anno xxvi.to

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Sta Rzeczicza penitenciario Romano

VEn.lis Domine frater in Christo char.me quod de illa pecunia putamus vos non esse oblitos quam Dominus Episcopus Medmicen : cum seruitore suo in Italia amiserat : non sit persolutum quod ipsum tenet etiam : is domini Medmicen adolescens , hunc quia repetitum mittit dominus Episcopus : rogamus a vobis : vt illi consilio : et opera vestra adsitis : vt id quod in residuo est . recuperare posset .

Caeterum . et de expeditione Electi Kiiouien . eidem adolescenti patrocinabimini : vt et citto absolui : et non magnis sumptibus possit . Est enim Episcopatus . non solum in prouentibus admodum tenuis : et fermae titularis : sed infidelium hostium periculo expositus . quo facietis nobis rem gratam : et vobis non incommodam

Turbatur D. Jacobus Episcopus Chelmen . a quodam sacerdote

dote vago: quem dominus ob eius graues et enormes excessus corri-
gere vult: ille fuga ex eius Diocesi elapsus isthuc se contulit,
et litteras cittationis fertur contra illum obtinuisse: quae tametsi
nondum ad eiusdem Domini noticiam Episcopi Chelmen peruene-
rint, veretur tamen, ne ille eo inscio: in alia vicinia qua-
piam: aut etiam remota Diocesi, exequuta cittatione sua
per edictum, illi istic negotium facessat: et in contumatia
illius censuris Ecclesiasticis eum inuoluat. Quare commendamus
vobis negotium hoc domini Chelmen Episcopi: et rogamus vos
obseruetis diligenter: ne is ipse temerarius sacerdos, aliquid
isthic in audiencia Contradictarum contra illum obtinere possit
Cum primum aliquid de cittatione contra se exequuta: de qua
hactenus nihil penitus scit praesenserit, mittet Mandatum
ad causam: cum instructione sufficienti. Interim autem mittit
vobis decem aureos: ut causam et innocentiam auctoritatemque
eius periclitari: et in aliquas difficultates coniici istic non
permittatis. Rogat vos Albertus Kiiewski Decanus
Sandecen: et Scriba noster: ut ei dispensationem ad duo
incompatibilia signari faciatis. Nos etiam, ut id facere: et
impetrare non grauemini: a vobis rogamus: et optamus
vos bene ac faeliciter valere. Datis

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardniali Protectori

Reverendissime in Christo Pater:
Ioannes Zdzarowski: Canonicus Posnanien, cum aliis si-
bi coniunctis laicis personis subditis nostris: molestantur iam
aliquoties: authoritate: et edictis Iudicialibus: auditoris
Camerae Apostolicae de quadam vana suspitione, quam contra
illos concepit. Reuerendus in Christo Pater Dominus Episcopus

472

Posnanien. Nunc vero sunt in vrbem Romam: ad certum tempus comparendi euocati. quae euocatio, cum nobis temere fieri videatur: comparendique potestas propter infesta reddita a Turcis vbique itinera, sit prorsus subditis nostris sublata. Postulamus a D. vra Rma, velit nomine nostro et opera sua efficere: vt hi subditi nostri liberi fiant a termino illis isthic in vrbe dato. et hic in Regno nostro: vbi sunt Praelati viri docti se iustificare valeant: quo nobis rem gratam: et aequitati communi dignam praestabit D. vestra Rma: quam nos illi vicissim beneuolencia: et gratificatione nostra referre curabimus. Bene valeat D. vra Rma. et sit semper faelix. Datum Cracoviae xix Augusti. M° D. xxxii. Regni nostri xxvi°.

Petrus Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius
Summo Pontifici

Venerabilis Domine, frater in Christo charme.

Putamus non esse vobis incognitum, quid agatur contra Dominum Joannem Zdzarowski. Canicum Posnanien. et quam indigne negotium laicis eciam personis: ob suspiciones quasdam vanas facessatur, super his scribit Mtas Regia ad Rmum D. sanctorum quattuor Carlem Regni eius Protectorem, postulans: vt illos euocari in vrbem non permittat sed efficiat vt hic in Regno se iustificare coram aliquo Regni Praelato possent. Quae res vt magis celerem expeditionem habeat: vobis illam committimus: et rogamus vt opera vestra illi diligenter, pro officio vestro subseruiatis. Rem nobis gratam facturi. Bene et feliciter valeatis. Datum xix Augusti. M° D. xxxii°.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Antonio Cardinali Pistoriensi
protectori.

V. Enlis Bartholomeus Gandkowski, qui isthic in curandis et expediendis negociis, Dominum Doctorem Stam Rzeczicza: cum opera et sollicitudine sua iuuare solet, Fuit Aulae patrui D. vestrae Rx.mae cum viueret addictus: et ex Regia atque mea commendatione servitor illi gratus. Is ut eadem comoditate qua prius, Mtis suae et meis negotiis inseruire isthic possit, magnopere desiderat ut in seruicium Aulae D. vestrae Rx.mae succedere et addici possit. Quare ego D. vram Rx.ma plurimum rogo: ut illum numero seruitorum suorum asscribere. et gracia ac protectione sua complecti dignetur. Rem procul dubio Mti Regiae gratam factura D. vra Rx.ma. et quam ego omni studio: atque officio referre. ipse vero Bartholomeus. seruitute sua promereri illi curabit. Commendo me et officia mea. Cracis die xii Julii. Mo Do xxx ii

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan:
Doctori Rzeczicza penitenciario Romano

V. Enlis Domine: frater in Christo char.me. Binas litteras vestras sub uno tempore accepimus quarum postremae diem datae xxiij Junii continebant. Ex his intelleximus: quid de ratione nominationum: tam Mti Regiae quam Rli Mti concessarum isthic fiat. Nos hic prouidimus de Cantu: et Prebenda Ecclesiae nostrae Cracs. post mortem Venerabilis domini Nicolai Zamosczki vacante domino Joanni Sbaski vigore Juris nouissime ad nominandum Mti Regiae concessi

Quare cum iam sit Canonicus D. Sbanski : non putamus fore necessarium : ut Summus Pontifex : vel R.mus D. Cardinalis Protector . scribant aliquid in persuasionem R.li M.ti quemadmodum vos cogitastis . Nam cum de breui : et facultate sibi recens concessa : ad nominandum Dominum Sbarski R.lis M.tas hactenus omnes celat . veremur . ne scriptis eiusmodi irritata : in vos suspitionem : et indignationem concipiat . hoc tamen necessarium fore putamus : ut quanto magis fieri possit : in longum trahatis reualidationes nominationum . quae fieri deberent in personas Domini Sbarski : et Domini Naropinski Eam tamen : quae data erat Domino Sbarski reualidari faciatis : in persona Andreae Czarnkowski . Nam ita cum Domino Sbarski conuenimus : sicuti ex litteris ipsius quas ad vos cum presentibus mittimus cognoscetis . Mittimus etiam vobis Breue reseruationis vestrae : quod reformari faciatis . Interim quod nos hic Cittationem exequi : contra D. Naropinski facimus . faciemus autem illam exequi citra omnem moram et instrumentum exequutionis : ad vos transmittere : per primum quem nanciscemur Nuntium curabimus : omniq opera : atq authoritate vos iuuabimus : ut hunc aduersarium vestrum hominem omnibus molestissimum superetis . modo et vos Iure Romano vobis non desitis : et breue vestrum reformatum ad nos cum primum transmittatis

Litteras Regiae M.tis ad Caesarem : in commendationem R.ndi Domini auditoris Camerae scriptas : iampridem ad vos : per bancum misimus : et alias per primum Nuncium : ad R.mum D. Cardinalem . sanctae Praxedis de Medicis : in eodem negotio mittemus . Scientes enim hunc hominem : magna virtute : humanitate . doctrina . et authoritate praeditum : libenter in his . et aliis maioribus officiis . illi gratificari voluimus . ut beneuolentiam illius demereri possimus .

De Turcis : quod prioribus litteris scripsimus : nunc etiam

vobis confirmamus. Demiserunt se enim cum instructo et prae:
grandi exercitu: iam prope fines Austriae: progressuri semper
longius: in viscera Christianarum Prouinciarum. In quibus quae
vel quanta habeantur presidia: et vos scire potestis: et nos
ex R.mo Domino Dantisco Episcopo Culmen: qui heri ad
nos rediit intelleximus. Nullae enim vspiam Germanorum copiae
hactenus. simul coactae de quibus a multo tempore multa
iactabantur. Reliqua vobis dominus Doctor Borek suis
litteris perscribet. Et nos per primum alium nunctium amplius scri:
bemus. Interea vos et felicem: et incolumem esse optamus.
Datum Crac. Die xxx. Julii. M D xxxii

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Sta. Reczicza penitenciario Romano

Commendat R.mo D. Car.li R.a M.tas duorum adoles:
centum negotia. facit autem hoc crebro: et aliis: non tam ob
affectionem aliquam illorum quam quod et ipsi se petant comendari
et intercessores Dominos de consilio habeant. Quare propter
comendationem Regiae M.tis vt vos illis adsitis: vbi aequum
et iustum videbitur: et quod ipsi commendatione hac non abu:
tentur. Nam si aliquis insolenciorem se vobis: et inofficiosum
exhibuerit. liberum erit illis operam vestram negare: et R.mo
Domino Car.li persuadere: ne noxiis: et petulantibus homi:
nibus patrocinetur.

Redditae sunt nobis non pridem litterae Michaelis Pac3anow
quibus se purgare nititur de iis omnibus, de quibus existimat
se esse apud nos accusatum. quam autem validae et iustae sint
excusationes ipsius postea ex nobis cognoscetis. et id quoque
quod ille iisdem suis litteris: et vos. et nos, non leuiter accu:
sat. Ad quae omnia nos illo alio tempore respondebimus et rescri:
bemus. 1531

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Stanislao Rzecznicza penitenciario Romano

FÆlicem Naropinski: cum sit homo temerarius: litigiosus: ac violentus: et qui multa negocia Capitulis Ecclesiarum quorum membrum est facessere solet: non libenter haberemus in Ecca. nostra: obstare tamen illius ambitioni palam nobis non licet, propter Reginam: quam ille suis largitionibus eo perduxit: ut promissa Domino Joanni Sbanski nominatione morte Hieronimi Okon extincta; quae petitur revalidari, sibi gracia nominationis quae fuit ante aliquot annos: in persona eiusdem Domini Sbanski: vestra opera: et nostra intercessione translata cum revalidaretur, dare et impetrare promiserit. Id quod nobis summe displicet: et multum est molestum. Si enim nominationes dudum extinctae: tociens revalidabuntur: nunquam nos habere: et videre poterimus effectum graciarum: et reservationum: nobis, et nostris gratis servitoribus: a sede Apostolica concessarum. Accedit quod nobis valde indignum videtur: ut graciae Summorum Pontificum dudum defunctorum: longo tempore antiquatae resuscitari et revalidari deberent: in praeiudicium: et damnum novarum graciarum: a moderno Summo Pontifice graciose concessarum, quae nunquam effectum suum sortiri hoc modo possent. Quare vos plurimum rogamus, agatis diligenter, caute tamen ac secrete: ut haec nominatio: quam habere debet Falix Naropinski, nullo modo revalidetur: cum sit dudum antiquata: et iam aliae novae graciae subsequutae: et concessae sunt: quibus praeiudicare non licet, neque est cum dignitate sedis Apostolicae. Satis erit quod nunc revalidetur nominatio et gracia quae fuit data domino Okuny quam habiturus est Dominus Sbanski: Alia vero uti antiqua obli:

terata: et pluries iam reualidata, sit cassa irrita et abolita. Domine Penitenciarie: nos confidenter haec ad vos scribimus, iterumque vos monemus: et rogamus: caute et secrete impediatis revalidationem illius antiquae nominationis: quam concedi sibi procuravit Faelix Naropinski: ut nemo intelligat quod hoc impedimentum ex nobis procederet. forte autem opus erit communicare hanc rem R.mo Domino Car.li Pistorien: ut ille iustis rationibus illam: apud Regiam, et Reginalem M.tem excuset. Id tamen nos industriae: et prudenciae vestrae committimus. ut ita hoc negotium instruatis, et agatis: prout vobis melius: et honestius videbitur. utque nemo id praesenciat: et nichil fiat cum indignitate nra. Crac. vi Maii. M° D. xxxii°.

Petrus Tomicius Crac. Vicecancell.
Cardinali Protectori

R.me in Christo Pater: et Domine domine colen.me. humilem commendationem. Quamvis certo mihi persuadebam quod favor omnium ordinum Regni huius, in suscepta D. vra R.ma ad munus protectionis declaratus, futurus erat illi gratus et acceptus: Cum tamen ipsa vestra R.ma Dominatio hoc de se suis litteris: quae nudiustercius sunt mihi redditae testari dignatur et mihi et caeteris operam: et praedicationem: quam pro illius virtute fecimus, nunc quam ante efficit graciorem: et iucundiorem: Quando autem Deus et fortuna propensionem D. vrae R.mae cum benevolentia Ser.mi D. Regis nostri ita coniunxit facile nos subditos suae M.tis quod reliquum est consequuturos confido: ut scilicet ad exemplum desideratis.mi patrui sui nobis negotiisque nostris D. vestra R.ma afficiatur, et illa patrocinio et authoritate sua, apud istam sanctam sedem iuvet.

et promoueat. Quare magnam sibi procul dubio, in primis apud Regiam hanc M.tem beneuolentiã, Deinde apud omnes Regni ordines, et status gratitudinem D. vestra R.ma comparabit. Quando nunc litterae isthinc sunt allatae. M.tas Regia nonnihil est admirata qd petitionibus suis de concedenda Scholastria et Can.tu Ecclesiae Crac. in Ius patronatus perpetuũ Capitaneo seu Iconomo Bodzanczinien, quas vestra R.ma D. scit illius M.tem apud S.mũ D. nostrũ iampridem fecisse non sit subscriptũ, et expeditio illarũ hactenus non missa presertim cũ M.tas sua nihil nisi honestũ, et pro ordine Ecclesiastico recte conseruando, vtile ac necessariũ a se peti cognoscat. Quare ego D. vestrã R.ma plurimũ rogo: vt authoritate et patrocinio suo ita iuuare apud Sanct.mũ Dominũ nostrũ, velit desideria M.tis suae omnia; ac ea etiam, quae nunc suis litteris declarat, de concedendo vcz. Iure patronatus perpetuo omniũ dignitatũ, et Prebendarũ, in Ecclesiis Collegiatis Kielcen, et Vislicien, Capitaneo seu Iconomo Kielcen: et Dobrouoden, vt et concedantur liberaliter quae petit: et expediantur celeriter. Inter alia enim celeritate expediendi negotia: offitiũ suũ D. vestra R.ma. M.ti suae precipue comendabit.

Post discessũ Turcarũ Imperatoris, ex Austria: et deductas Casareae: et Catholicae M.tis copias. In vicinis nobis prouinciis nihil aliud nunc fieri audimus, nisi qd in Hungaria quotus quisq est potencior debiliorem opprimit. Factio vna aduersus aliam passim dimicat, paruis quidem copiis, sed pub.ae tamen quieti et tranquillitati: admodũ noxiis: et molestis. M.tas autem Ser.mi Domini Regis mei: quae publico otio et paci commoni magnopere studet, nacta occasionem sub hac bellorũ intercapedine persuadendae inter Principes de Regno Hungariae dissidentes, concordiae, et pacis. Oratores suos ad vtrunq illorũ misit, suadens rogans et obtestans.

ut se honestis mediis ad concordiam reduci paciantur. presertim cum et ipsi intelligunt. nulla re potissimum, quam pace Remp: Christianam, a tot tamq grauibus calamitatibus, et imminenti prope exitio liberari, et seruari posse. a quibus quando aliquid responsi super hac re afferetur. D. vestram Rv.ma pro officio meo. quod illi modis omnibus gratum efficere cupio. de hoc facere certiorem curabo. Cui me et officia mea rursus diligen.me commendo, et Deum opt: Max: sedulo precor. ut illam nobis diutis.me sanam. et semper fel.ma seruare dignetur. Datis Crac. 1. Decembris. M. D. XXXII

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cornelio Dnplicio Scerpero Caesareae
Mtis Secretario & Oratori

MAgnifice sincere nobis dilecte. Cum sciamus S. tuam isthic nunc in Aula Ser.mi Do. Ro. Regis esse. mittimus in manus illius litteras nostras presentibus alligatas. quas in commendationem Rev.di Domini Camerae Apostolicae auditoris de nobis bene meriti. cum ad Caesaream M.tem: tum ad Rv.mum D. Hippolitum. S. Praxedis Cardinalem legatum Apostolicum scribimus: hortamurq tuam S. ut vel ipsa si citto isthinc se absoluet illas defferat et reddat: vel per aliquem certum in Aulam Caesaream Mtis transmittat: rem nobis gratam: et officio suo dignam. S. tua factura. Datis Crac. Die XXa Decembris. M. D. XXXII Regni nostri XXVIto

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Andree Cricio Episcopo Posnaniensi

Rme in Christo Pater: et Domine Nepos char.me. Mitto D. vrae Rev.mae diplomata expedita, pro confirmatione domini Suffraganei Ploczen. et Jubilei prorogatione, simul cum litteris domini Doctoris Rzeczicza, quas nudius tercius ex manibus eorum qui praesunt banco Fucharorum accepi, pro quibus quid qua ratione sit impensum, ex D. Doctoris Borek litteris singillatim D. vra Rma cognoscet. Is enim totius accepti et expensi rationem retinet expeditam: et illam procul dubio D. vestrae Rev.mae accurate perscribet.

Inter caetera: quae nunc ex vrbe Roma ad me scripta sunt praecipue et multum me angit quod Privilegium nobis ordinariis Regni huius nuper concessum: ac mea opera: non sine magno impendio impetratum in articulo de Coadiutoriis sine consensu Regis nostro, et Capituli non admittendis per nonnullos impugnari audiam. Namque iudicio meo assequor illorum rationes quibus nituntur, neque vanas, neque infirmas esse. Dicunt siquidem Jus Coadiutoriae quesitum, tum demum sine consensu personarum praedictarum ex Privilegio concesso non valere: Cum vaccatio cuiuscunque beneficii Coadiutoriae Jure ligati in Mense ordinario contingat. quando autem eadem ipsa vaccatio in Mensem Summi Pontificis incidat, valere et firmum esse Jus coadiutoris, neque illi Privilegium obstare posse quominus in sacerdotio vacanti, defuncto suo Principali succedat. quibus rationibus cum ego animaduertam, et Privilegio nostro (si res in disceptationem veniat) facile derogari posse: et Dominum Sbanski, cum domino Jaroczki, nobiles, honestos, dignosque viros: quorum alter Domino Zamosczki: alter Domino Coteczki

in Canonicatu successit, ab Ecclesia mea nisi oportuno remedio
et mature his prouideamus repelli. D. vestram Rev.ma rogo
concipere aliquod efficax argumentum, et exemplum conscribere
quo lrę et Summo Pontifici: et Rev.mo D. Cardinali Protecto:
ri: ac Rev.mo Domino auditori Camerae Apostolicae nomine Re:
giae M.tis scribantur. Commemorando imprimis M.tem R.am
quae cum suis Praedecessoribus a multis annis Regnum et Dominia
sua hostibus Christiani nominis obiecta: absque ullius Principis
Christiani auxilio, strenue defendit: ac etiamnum defendere
non desistit, haeresimque Lutheranam: in Regno: et Dominiis
suis: radices agere non permittit, ea poss.mum ratione per:
motam a S. sua Priuilegium nobis ordinariis concessum impe:
trasse: ut infimis abiectis, et vilibus: atque genere, et Do:
ctrina contemptis personis: quorum odio, uniuersus ordo
Ecclesiasticus, varias secularium persequutiones sustinere
consueuerat, via praecluderetur ambiendi, et impetrandi
sine discrimine quaevis magna pro nobilibus, et dignis perso:
nis in hoc Regno fundata sacerdotia. In quo Priuilegio si
id deesse debeat, quod sine consensu Regiae M.tis Dominorumque
Episcoporum, et Capituli, non possent sibi beneficiorum possesso:
res, etiam in Mensibus Apostolicis, coadiutores assumere
qui semper ex affectu: non ex commodo pub.co, vel seruos
personas inhonestas, vel amicos, iuuenes, bastardos, notos
vanos indoctos in successores sibi eligunt, et optant: et
ambitioni praedictarum personarum, ampla fenestra relin:
queretur: ut M.tas sua parum vel nihil se impetrasse a
sua Sanct.te existimaret. Et proinde petere M.tem suam
a sua Sanct.te, ut si graciam suam et concessionem fa:
ctam integram esse velit, dignaretur Priuilegio dato ita
subuenire: ut in quibus dubitabile :ab: aliquid videretur, per
suam Sanct.tem apertius declararetur, et interpretaretur
ut etiam ad Menses suae San.tis consensus praedictarum perso:

narum ad querendum Jus Coadiutoriæ : requiri debere in:
telligatur . nullæq; coadiutoriæ etiam de Consensu possesso:
rum . in Sacerdociis Regni . et Dominiorum suæ M.tis absq;
consensu suæ M.tis loci ordinarii et Capituli firmæ : et va:
lidæ esse possint . Quod tamen aptius pro sua prudentia
D. vestra R.ma . et copiosius . cum suo inuento argumento con:
iungere poterit .

Cæterum R.mus D. Episcopus Vigorien : auditor Cameræ
Apostolicæ : in cuius commendationem D. vestra R.ma litteras
ad Cesaream M.tem nomine Regiæ M.tis scripserat per interpo:
sitas personas apud me agit : vt a M.te Regia adhuc illi inter:
cessionis litteras ad Summum Pontificem impetrarem , quo
S.tas sua illum ordini : et numero R.morum Dominorum Car.lium
adscribere : et hac dignitate personam suam exornare dignaretur.
Cuius probi et laudati viri desiderio : vt ego certius facere pos:
sem : rogo plurimum D. vestra R.ma vt Regiæ M.tis nomine
singulares aliquas ex ingenio suo commendationis : et inter
cessionis litteras ad Summum Pontificem conficere : ꝓt ad me
cum aliis de quibus supra scripsi mature transmittere velit.

Puto iam audisse D. vestram R.mam quod nepos meus maior natu
Petrus e viuis excessit . hunc ego non doleo quod mortuus est .
vt homo . sed doleo . quod puer . et in ingressu vitæ mortuus
Deniq; quod illius solius : proba . et spectata indoles : post fata mea
ad amplianda familiæ nostræ nomen : apt.ma esse videbatur

Commendo me amori : et beneuolentiæ fraternæ D. vestræ R.mæ
quam sanam : et fælicem in multa tempora esse ex toto pectore
meo vehementer opto . Datum Cracoviæ die prima Decembris
Anno Domini . M.o D.o xxxii.o

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori.

R.me in Christo Pater, et Domine

Magna animi molestia nos afficiunt quidam audaces temerariiq et petulantes subditi nostri: qui isthic in Curia Romana agentes pro libidine sua excogittatis litibus: quietas et dignas personas de eorum sacerdotiis: quae obtinent, vexant, et ab eorum officiis cultui diuino attributis, sine discrimine auocant. Ecce enim quidam Simon de Pickari iam a XXiiij annis Praepositurae Ecclesiae Parro.lis in Bieliawi possessor pacificus: anno proxime praeterito: a quodam Golezewski Canonico Ploceri consilio istorum, qui in vrbe a multis annis, sacerdociis hic curatis relictis, sedem sibi pro aucupandis: et inducendis litibus statuerunt; est de eadem Praepositura in Jus vocatus, nulla alia id suadente necessitate, quàm vt hominem simplicem litiumq expertem: laqueis Juris irretitum: spoliare in quapiam re: et emolumento possit. Hoc autem cum et iniquum, et a dignitate ordinis Ecclesiastici alienum videatur: curam nostram intendere duximus: vt repulsis lupis et turbatoribus pacis communis: facultatem viuendi in quiete Deo deuotis personis faciamus. Verum ne in Ecclesiastico ordine: aliquid preter morem nostrum inconsulto Summo Pontifice velle agere videamur. P.tem vestram rogamus, vt hanc animi nostri acerbitatem: qua nos clerici subditi nostri irreuerenter afficiunt, ad aures Sanct.mi Domini nostri referat, et nomine nostro impetret vt infra certum tempus in primis Michaeli Paczanow, qui, et Priuilegium ordinariis Regni nostri, ab ista sancta sede liberaliter concessum infringere: et attenuare contendit: et in multis rebus ipsis ordinariis: et eorum seruitoribus, atq amicis, negocium fa:

cessit . deinde alios quos molestatores bonorum quietis Sollicitator noster . Venlis Stanislaus Rzecica designabit . urbe excedere : et in patria ad curam Sacerdotiorum : quae tanto tempore deseruerunt . reuerti mandet : ne et populus hoc tempore in relligione vacillans : absentia Parrochorum suorum amplius Scandalisetur : et negligatur : et nos tam crebris querimoniis de iniuriis ab istis rabulis procuratis molestemur . Alioqui si S.tas sua id facere vel distulerit vel neglexerit nostri Regni constitutionum paenas in illos extendere : et non solum sacerdotia sed bona etiam eorum omnia haereditaria pro illorum perpetratis sceleribus : sequestrare : et confiscare : personas vero exilio perpetuo damnare cogemur . Quae tamen pro nostro in relligionem perpetuo zelo . mallemus non attingere . si S.tas sua authoritate propria id quod ad bonum in Regno statum . et ordinem conseruandum sicut suprascripsimus pertinet, efficere dignaretur.

Caeterum rogamus plurimum vestram R.mam D. operam suam facere velit : ut hoc quod de nonnullis Sacerdotiis in Iuspatronatus perpetuum Capitaneis quibusdam, R.ndi Do. Episcopi Crac. concedendis, Prioribus litteris nostris petiuimus . a Sanct.mo Domino . et ista sancta Sede . sine ulteriori dilatione : et impedimento impetremus . et obtineamus . Res enim iusta ac honesta est quam petimus . Commendamus nos amori etc. Datum in Piotrkow . Ianuarii M.o D. xxx. iij Regni nostri xxvi.o

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori

R.me in Christo pater etc.

Nominatus iampridem fuerat . Venerabilis Felix Naropinski ad Ecclesiam Cathedralem Wladislauien . per Ser.mam Domi:

nam Bonam. Coniugem nostram char.^ma^: ea facultate: qua illi in Mensibus suis. Sanct.^mus^ Dominus noster dudu concesserat: vigore cuius nominationis. cu praedictus Felix ante annu Can.^tu^ in ipsa Ecclesia Vladislavien vacantem acceptasset, et illu tamen adversus Venerabilem Sta.^m^ de Rzeczicza Jurs utriusq Doctorem. et Basilicae S. Petri Poenitenciariu minorem: sollicitatoremq nostru quis Jure amplissimae Summi Pont: reseruationis Can.^tu^ hunc euicit, obtinere non potuisset, nominationem sua in acceptione praedicta inutiliter collocauit: quae res ne illi dampno. et fraudi fieret D. v. R. rogamus: ut eand facultatem nominandi dicto Felici Naropienski per S.^ma^ Coniugem nostram concessa. a Sanct.^mo^ Domino nostro reualidari: et in integru restitui impetrare velit. In hoc enim nobis rem gratam faciet D. v. R. quam vicissim illi gratificatione nostra referre curabimus. Commendamus vero nos amori. et negotia Regni nostri diligenti protectioni D. v. R. quam sanam. et faelicem semper esse optamus. Dat. 1533

Sigismundus primus rex Poloniae
Antonio Mußetula Caesareae M.tis apud S.
Sedem Ap.licam Oratori.

SPectabilis. et Magnifice. Sincere nobis dilecte. Declaratu est nobis S. tua isthic mandato Caesareae. et Catholicae M.^tis^ munus Oratoris obeuntem. partim ex authoritate Ser.^mi^ Domini sui. partim ex industria propria multu gracia apud S.^m^ D. nostru valere. quod illi nos et fauemus ex animo: et diuturnu esse optamus. Cum vero nos hoc tempore isthic Oratorem. non habeamus. egeamusq ad expedienda nostra negotia. de quibus Sanct.^mo^ Domino nostro suplicauimus. viri industrii et cu authoritate opera, Sinceritatem tuam compellare: et negotia nostra illi commendare duximus. sicuti praesentibus comenda[mus]

ab illa postulantes : vt pro virtute sua : et pro eo necessitudinis atque beneuolentiae vinculo : quo nobis inuicem cum Caesarea M.te iuncti sumus consilio opera : et necessario quouis adiumento Sollicitatori negotiorum nostrorum : ven.li Doctori Stanislao Rzecicza Basilice beati Petri de vrbe minori Penitenciario cum apud S.mum D. nostrum : tum apud illius charos Consiliarios adsit : ac pro authoritate vel gracia qua isthic valet adnitatur vt omnia quae petimus : et quae honesta esse putamus : ex sentencia nostra conficiantur : quo nobis rem gratam et acceptam faciet S. tua . quam illi vicissim omni beneuolentia nos, et gratificatione nostra Regia referre curabimus. Bene valeat S. tua et sit faelix. Datum Cracouiae Die iij Maii . Anno Domini 1532

Petrus Tomiczki Eps Crac. Viceecancell. Andreae Cricio Epo Plocensi.

R.me in Christo Pater : et Domine nepos char.me
Cum venisset huc dominus Nicolaus Nishczicki, Castellanus Sieprcen : cum reliquis terrarum Nunciis : qui ex Conuentu Colen. ad M.tem Ram fuerant missi iniuit concordiam cum domino Episcopo Camenecen fratre sui nomine de Can.tu Ecclesiae S. Michaelis Plocensis. Nam constituta certa pensione D. Epus renunciare Iuri suo debet, et Canonicatu praedicto domino Bartholomeo Nisczicki cedere . In quo vt tandem tutus et securus esse possit . D. v. R.ma plurimum rogo : vt ad praesentationem Domini Sieprcen : qui Ius praesentandi pro vna vice ad dictam Ecclesiam et ad vnum Can.tum a M.te Regia habet concessum illud instituere sine vllo negotio velit.
Caeterum quia Priuilegium quod pro nostro omnium Regni ordinariorum semestri, apud Summum Pontificem authoritate

M.tis Regiae : et opera ac impensa mea impetrari curaui : a plerisque
sciolis, et versutis rabulis varia interpretatione in dubium de
multis vocatur. D. vestram R.ma rogo : conficiat argumento
quo nouit meliori litteras nomine M.tis Regiae ad Summum Pont:
vt S.tas sua extendere aperta interpretatione sua Ius Priui:
legii nostri dignetur, in hiis omnibus, in quibus extensione : et in:
terpretatione indiget : ita vt nullae graciae, reseruationes ge:
nerales, aut speciales, accessus, regressus : Coadiutoriae : et
id genus retiacula : et laqueorum recens inuenti nodi officere
quidpiam nostro Iuri conferendi possint. neue istis inuentis no:
uis ad illaqueanda Sacerdotia : et veluti successionem haere:
ditariam in illis faciendam institutis, aliquis vti possit, etiam si
Sacerdotia, ad quae datae essent Coadiutoriae etiam de consensu
possessorum in Mense Summi Pont: vacauerit quae nemini obtinere liceat
vacauerint, nisi qui consensum Regiae M.tis Episcopi ordinarii
loci, et eius Capituli habeat. Expedit enim hoc maxime
tempore Ecclesiarum Regni huius rationibus, vt Coadiutoriae
etiam si Sacerdotia ad quae eas concedi contingerit in Men:
sibus suae Sanc.tis vacauerint, locum et effectum non habeant
sine voluntate : et assensu Regiae M.tis, Episcopi et Capituli
praedicti : vt illi, quos personarum doctrina : virtus, et morum
honestas non latet, pro bono Ecclesiarum statu : et ordine id qui:
bus dignum : et aequum censerent admittant : et quos indignos
viles : inutilesque et ignobiles noscerent repellant : et ad eiusmo:
di occupandorum sacerdotiorum facultatem non admittant hoc
addito : et repetito : quod M.tas Regia miratur : et dolet, ex
animo, quod ea quae postulat a Sanct.mo Domino : et Sancta
sede Apostolica, pro conseruando bono, et tranquillo statu
Ecclesiarum Regni sui : grauatim : et non sine maxima diffi:
cultate : ac impendio conceduntur : precesque eius iustae : et
impetrabiles non admittuntur, iterum atque iterum supplicans : vt
Sanc.tas sua : certa sacerdocia Kielcien : et Vislicien :

Ecclesiæ : ducbus meis : et Episcoporum Crac. pro tempore exi:
stentium Capitaneis in Iuspatronatus perpetuum : et conferendi
concedere dignetur . Nam id ad conseruandum in tranquilli:
tate Ecclesiæ huius statum magnopere conducere poterit .
Hæc omnia in hunc etiam modum ad R.mos Hippolitum Vicecan:
cellarium : et Antonium Protectorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinales : describendo : et admonendo : rogandoque suas D.
R.mas : vt pro officio et authoritate sua M.tis Regiæ desi:
derio : ac honestis eius postulatis adesse operamque diligentem
adhibere velint : vt illis a Summo Pont: subscribatur .
Insuper rogo : vt iterum atque iterum scribat D.o vestra R.ma
M.tis Regiæ nomine speciales litteras ad Summum Pontificem
et ad D. Hippolitum nepotem S.tis suæ sanctæ Romanæ Eccle:
siæ Car.lem : et vicecancellarium : cæterisque omnibus illi charissimum.
Denique ad R.mum Dominum Sanctorum quattuor Cardinalem : cui
nihil ea in re adhuc scriptum est : vt facere et operari vellent
quo R.ndus dominus Episcopus Vigornien. auditor Cameræ
Apostolicæ : vir dignus laudatus : et ipsi Summo Pontifici cha:
rus : ad dignitatem Cardinalatus euehi et promoueri possit .
De his quæ alibi aguntur : incerta multa : certi autem nihil
habemus . Domestica, hæc certa sunt . Dominus Palatinus [Ios. de Tarnow]
Russiæ : frater meus , nescio qua acerbitate animi commotus
contra omnium amicorum suorum : et meam sententiam . Magno Capita:
neatus Exercituum Regni officio se abdicauit : et licentiam
discedendi e Regno impetrauit . R.a vero M.tas Capita:
neatus Crac. offitium domino Marschalco Regni contulit .
Palatinatu Crac. Dominum ottam de Chodecz ornauit : cui in
Palatinatum Sandomirien. dominum Laskorunski sufficere de:
creuit . Ad Palatinatum autem Podoliæ : dominus Palatinus
Belsensis subrogabitur . Belsensis Palatinatus : domino Cru:
pski conferetur . et Castellaneatus Leopolien. : domino Sta.o
Odrovasch . Hæc sunt ad presens quæ scribenda censui

Alia quae occurrent post hac scribam. Interim me amori: et beniuolentiae fraternae D. vestrae Rmae commendo: quam recte sanam semper: faelicem: et laeticia mentis abundantem esse ex animo opto. Datum Cracoviae die quinta Aprilis. M°D°xxx iiij°.

Sigismundus primus Rex Polonie Summo Pontifici. Clementi septimo

SAnct.me. Scripsi iam aliquotiens: et supplicaui diligen.me vestrae Sancti: vt Priuilegium quod in gracia mea: ordinariis huius Regni mei de liberis collationibus in ipsorum Mensibus concessit. in his reficere et clarius interpretari dignaretur: in quibus claudicare: et ansam rabulis: et turbatoribus hominum adhuc Sacerdotia indignis modis: aucupandi prebere videatur. Nempe. vt reseruationes. regressus: Coadiutoria: et alia idgenus Sacerdociorum reciacula: non valerent tam in Mensibus vestrae Sanc.tis: quam etiam in Mensibus ordinariorum: nisi quibus meus: ordinariique: et Capituli: quibus personae gentis nostrae cognitiores sunt: consensus accederet. Indignum siquidem videtur: vt haec rei Ecclesiasticae dehonestamenta: vnde potissi.m hominum detestatio manat, precisa in Mensibus ordinariorum: in Mensibus vero vestrae Stis vnicuique libera esse deberet. Supplicaui preterea vestrae Sti: vt Sacerdotia in kielcen: et Vislicien Collegiatis Ecclesiis asscribere dignaretur Iurispatronatus perpetuo duobus Economis: seu Capitaneis. Rmi Domini Episcopi Crac. pro tempore existen: quod expediret non solum huic sedi quae in loco totius Regni mei Principe sita est: sed etiam omnibus aliis sedibus Pontificalibus: habere seculares officiales: talibus Priuilegiis dotatos: quibus et amicis suis viris dignis commedare possent: et ipsi rebus Eccle:

siasticis : cum ipsis amicis suis essent deuinctiores.
Has : et alias cuiusmodi meas preces : non priuatae meae alicuius rei causa : sed certa pro bono rei Ecclesiasticae ratione to: ciens factas. alias cum magna difficultate : et impendio impe: tratas alias neque dum a vestra Ste susceptas : et concessas mira: rer vehementer ; planeque desperarem de vrae Stis cura : et ani: mo ; in reficiendo bono statu Ecclesiastico ; et abusibus qui omnibus offendiculo sunt resecandis : nisi alias explorata ha: berem virtutem : et prudentiam : singularemque erga me beneuo: lentiam vestrae S.tis : vnde potius interpretor meas istas pre: ces : vel non perlatas omnes ad vestram San.tem : vel inter ali: as summas illius occupationes excidisse. Proinde repeten: das illas denuo non dubitaui. Supplicoque vestrae Sanc.ti etiam atque etiam : vt ipsas meas preces : quae merito apud illum magis impetrabiles esse debent : qua magis est rei Ecclesiasticae bene gerendae obnoxia : tandem admittere : et illis annuere di: gnaretur. Neque rogo vestra S.tas patiatur me amplius hoc sup: plicando repetere : presertim tam exigua tamque iusta : et ho: nesta : ne fauorem vestrae Sanc.tis et animum : non solum in me sed etiam in rem Ecclesiasticam : remissiorem arbitrari cogar.
Commendo me rursum : Regnumque et Dominia mea : in graciam vestrae Sanc.tis. quam dominus Deus seruet : semper sospi: tem : et faelicem. Cracis vi Maii. M° D° xxxiiij Regni mei xxvii

× Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Hipolito

Rme rss. Etsi nulla inter nos noticia : vel amicitiae officia hactenus intercesserint. tamen cum audiamus de Rma D

vestra: bona omnia praedicari: multisque illam ob egregias eius
dotes ab omnibus commendari, animum induximus ultro illam ad amicitiam
nostram invitandam, sperantes R.mae D.ni vestrae: amicitiam nostram
non ingratam futuram: nobisque vicissim in amore responsuram. Nam quod ad nos
attinet: curabimus ut omnibus in rebus: amicis officiis: et bene
meritis ei placeamus. quod cum aliqua idonea occasio data
fuerit: re ipsa potius: quàm verbis declarabimus. Caeterum scri:
psimus: et supplicavimus multociens S.mo Domino nostro diligen.mc
ut privilegium ordinariis Regni mei concessum: de libera in Men:
sibus eorum collatione ita S.tas sua reficere: et interpretari
in locis ubi claudicaret dignaretur: ut rabulis: et Ecclesia:
sticae tranquillitatis turbatoribus: omnis ansa illud invertendi
et sacerdotia indignis modis aucupendi in posterum sit adempta.
et ut regressus: Coadiutoriae: reservationes: et alia id genus
inventa: quibus beneficia irretiri solent: tam in Mensibus
Sanc.tis suae: quam ordinariorum nichil valerent: nisi quibus
noster, Episcopi, et Capituli consensus accederet. Maxime
enim e re Ecclesiastica esse censemus: omnem viam indignis prae:
cludi intercipiendorum Sacerdotiorum. quod non alia ratione moderna
Ecclesiae pestis magis orbem conturbat. Ea vero fenestra: qua
indigni homines sese ad Ecclesias ingerunt: cum in Mensibus
ordinariorum sit praeclusa haudquaquam dignum videretur: ut in
Mensibus Pontificis: summi Ecclesiae Dei Principis patere
debeat. Supplicavimus praeterea eius S.ti: ut dignitates
ac Canonicatus: et Prebendas Ecclesiarum Collegiatarum:
Kielcen. et Wislicien: perpetuo Iurispatronatus ascribere
dignaretur duobus Economis seu Capitaneis: Rev.di Domini
Episcopi Crac. quam rem tanto facilius impetrabiliorem cre:
didimus: quanto magis expedit non huic solum sedi: quae
Principem in Regno nostro locum obtinet: sed aliis omnibus
Ecclesiis Cathedralibus homines seculares huiusmodi Pri:
vilegiis esse dotatos: quo et amicis suis viris bonis: et idoneis

commodare possent: et ipsi una cum ipsis amicis suis rei Eccle-
siastice eam ob rem reddantur obstrictiores. Atque haec cum
non privatae rei nostrae causae: sed studio commoditatis, et
tranquillitatis Ecclesiasticae: a Sanctitate sua petamus. Mira-
mur vehementer: quam ob rem ea in re eius Sanctitatem non perin-
de uti sperabamus: facilem experimur, quamquam tametsi de Sanctitatis
suae erga nos animo: multis aliis argumentis nobis compertissimo
nihil adversi suspicari possumus. Proinde rogamus plurimum
Reverendissimam Dominationem vestram: ut pro sua qua apud Sanctitatem suam multum
valet gracia: nostras istas preces eius Sanctitati commendatas
efficere. et quo tandem illis annuat authoritate sua adiuvare
dignetur. Quod illa pro virtute sua speramus factura osten-
suramque quanti et amicitiam nostram: nostramque hanc primam peti-
tionem accepta habeat. Cui nos ex animo commendamus.
rogamusque ut nos mutuo diligat. Valeatque felicissime. Datum
Cracoviae Die vi Maii. M° D. xxx iij°. Regni nostri xxvij°

× Sigismundus primus rex Polonie
Summo Pontifici.

SAnctissime. Supplicavi antea Sanctitati vestrae: pro Reverendo
Patre Domino Hieronimo Episcopo Vigornien Camerae
sanctae Sedis Auditore. non privata aliqua affectione: sed
amore virtutis eius: et celebri fama adductus: et quod intelli-
gebam Sanctitati vestrae hominem gratum esse: et benemeritum.
Nunc vero quia dignitas illius valde mihi est cordi. iterum
Sanctitati vestrae commendatum efficere volui. Oroque ut quem ego
quem alii omnes ordine Cardinalitio dignum arbitrantur.
vestra Sanctitas: cui preterea addictus est. et meritus
illum hoc honore non dedignaretur. quod Sanctitatem vestram:

pro sua prudentia : et solita erga me benignitate factura non
dubito . Cuius graciae me Regnumq et dominia mea etiam atq etiam
commendo . Cupiens ut sit dulss.me sospes incolumis et foelix Vals. 6 V 1533

x Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali protectori.

R.me quamvis iam antea commendavimus Sanctss.mo Domi:
:no nostro : Rm.dum Patrem dominum Hieronimum Episcopum
Vigornien : Camerae Sanc.tis suae auditorem . Supplicantes ut
eum sua Stas sacro Cardinalium numero ascribere dignaretur,
nec dubitamus : quin preces nostrae locum et pondus : apud S.tem
suam sint habiturae : ut qui hominem optimum : et communi om:
nium commendatione hoc honore dignissimum : cum demq San.ti
tuae benemeritum ei commendaverimus , tamen : et nunc iterum
apud Stem suam : ut vel inde intelligat dignitatem viri illius
nobis curae esse , Supplicationem nostram repetimus : non ducti
privato aliquo affectu : qui nobis fortasse imponere posset ,
sed constanti fama hominis : quam sibi vir ille egregia apud
omnes comparavit permoti : persuasum habentes illum : et Sacro
vestro ordini et nobis amicis suis dedecori non futurum . Eum
quoq Rm.mae D. vestrae ex animo comendamus : et rogamus
plurimum : ut hanc ipsam supplicationem nostram : patrocinio et
Suffragiis suis apud ipsum Sanct.m D. nostrum adiuvare dignetur.
Devinciet sibi perpetuo Rm.ma D. vestra : virum uti persuasum
habemus optimum : et nos quoq magno benevolentiae nexu ob:
stringet . Quae valeat foel.me . 6 V 1533

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

R.me in Christo Pater etc. Miramur vehementer quod cum iam antea scripserimus aliquociens Sanct.me Domino nostro magnopere Sanct.ti supplicantes de Priuilegio ordinariis Regni nostri concesso: in commodiorem formam redigendo: et ita reformando: vt nulla peruersa interpretatione labefactari possit hactenus tamen preces nostrae: non iustae solum: sed etiam necessariae: et rei Ecclesiasticae valde vtiles effectum non sint sortitae Praesertim cum non priuatam rem nostram agamus. Nam hic nobis nihil seritur neque metitur. Sed rei Ecclesiasticae cuiusque tranquillitati in Regno nostro cuperemus ex animo quam optime esse consultum: maxime: quod videamus eam vel ob hoc passim male audiri et ad grauissimas perturbationes deuenisse: quod hominibus indignis: per artes indignissimas: ad Ecclesiasticas dignitates aditus pateat: bonis viris qui illarum artium ignari sunt exclusis. Nam vt nunc sunt mores: et ingenia hominum: per regressus istos: coadiutorias: et alias id genus technas: non solum illaqueunt, et irretiunt sacerdotia: sed miris quibusdam inuentis: nonnulli veluti successionem haereditariam in eis sibi parant et struunt. neque alia quam haec commodior via est perueniendi hominibus indignis ad capessendas functiones Ecclesiasticas: quae cum in Mensibus ordinariorum sit praeclusa magna cum vtilitate et honestate Ecclesiastica: minime nobis dignum videretur: vt in Mensibus Pontificus: cui inprimis Ecclesiae dignitas curae esse debet in eumque fere solum inclinata recumbit patere debeat. Proinde nos rebus istis obuiantes; supplicauimus iam alias; et nunc quoque supplicationem nostram repetundam duximus S.mo D.o nostro: vt Priuilegium istud ita emendare: et commoda interpretatione

sit exemptum: utque nullo dehinc fucco: nulla arte: inventoque: etiam si forte aliqua in illo contineantur: quae in supplicatione originali non videantur esse expressa depravari possit: abrogatis regressibus: et coadiutoriis: ac reservationibus quibusuis: tam in Mensibus Pontificiis quam ordinariorum: quae nostro: ordinarii: et Capituli consensu non essent approbati. Scribimus item Sanctitati suae petentes ab illa: ut dignitates: Canonicatus: et Prebendas: apud Ecclesias Collegiatas videlicet Kielcensem: et Visliciensem: duobus Economis: seu Capitaneis pro tempore existentibus. Rev.di Patris Domini Episcopi Cracovien perpetuo Iurispatronatus ascribere dignaretur. Existimamus et rem esse impetrabilem: et ex usu rei Ecclesiasticae: ut huiusmodi Privilegiis: et donationibus homines seculares Ecclesiae devinctiores reddantur: quod cum omnibus aliis Cathedralibus Ecclesiis: tum huic sedi Principe in loco Regni nostri sitae multum expedire censemus. Itaque rogamus plurimum R.ma Do: vestram: ut apud eius Sanctitatem preces nostras: sententia nostra iustissimas opera sua adiuvare dignetur. quo tandem a sua Sanctitate benigne illis annuatur. Feliciterque valeat R.ma D. vestra: et nos quod facit diligat: habeatque commendatos. 1532 6 V 1533

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici

SAnct.me: et beatissime pater: et Domine Domine clemen.me Post humilem mei Regnique: et Dominiorum meorum commendationem. et oscula pedum beatorum. Decessit non pridem Reverendus Dominus Nicolaus Episcopus Mednicensis: in Ducatu meo Lithuaniae. ad cuius Episcopatum sufficiendum putavi Reverendum Dominum Georgium Episcopum Kiouiensem: quem offero. et presento vestrae S.ti persuasum habens eum tum illi Ecclesiae: tum etiam reipub.cae

conducibilem futurum. Supplicoque enixe vestrae Sanc.ti dignetur eundem Dominum Georgium: ad Episcopatum ipsum Mednicen: promouere: et transferre: et sacerdotia omnia quae habet pariter illi reseruare: propter exiles prouentus ipsius Episcopatus: et statum talem qualem locus ille requirit commodius et decentius sustinendum: committereque velit vestra S.tas: ne in Annatis et expeditionibus plus aequo emungatur. Satis enim superque grauitatis: et impensarum ferunt Subditi mei: in continuis bellis quae gero cum infidelibus. Faciet vra Sanc.tas rem sua erga me benignitate dignam: et mihi longe gratis.ma. quam illi vicissim volo perpetua mea obseruantia et deuotione referre et demereri. Fel.me valeat vra S.tas: et me: ac Regnum: ac dominia mea: resque omnes: et negocia mea sua clementia: et fauore complecti dignetur. Cui me etiam: atque etiam quam diligentis.me commendo. Datis. 8 II 1533

Sigismundus primus Rex Polonie
cardinali Protectori

R.me in Christo Pater: et Domine amice char.me ac honorandum. Vacat in presens Episcopatus Mednicen: in Ducatu nostro Lithuaniae. Ad quem promotum iri cupientes R.ndum Do. Georgium Episcopum Kiiouien. nobis sua virtute: et meritis acceptum commendamus cum Sanctis.mo Domino nostro. Vestram etiam R.mam D. ex animo rogamus: agere velit apud eius Sanc.tem. quo ipsum dominum Episcopum Kiiouien. ad eundem Episcopatum qui vacat prouehere: transferre: et confirmare dignetur. Reseruatis tamen ei omnibus Sacerdociis quae habet: sine quibus Episcopatum Mednicen: vt exilem: et in finibus Lutheranorum situm. cum dignitate debita sustinere non possit. Referemus hanc operam vestrae R.mae D. omni officio: et gratificatione nra

nostra quacunque poterimus. Cui nos: et negocia nostra commen:
damus: et cupimus: ut fel.me valeat. Datum Cracoviae Die
viij Aprilis. M° D.xxxiij. Regni nostri xxvii°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici

Sanctis.me in Christo Pater: et domine domine clemen.me.
Sublato ex humanis. Rev.do olim Domino Nicolao Visgal Epis:
copo Mednicen. commendavi. et nominavi ad eius Episcopatum.
vestrae S.ti per alias meas litteras. Reverendum Dominum Ge:
orgium Episcopum Kiouien. virum virtute et meritis nobis gratum.
Ad eius vero Episcopatum Kiouien. qui situs est in extremis fi:
nibus mei Ducatus Lithuaniae: et confiniis Tartarorum: et
Moscorum: proindeque totus lacer et devastatus. offero et prae:
sento vestrae Sanc.ti Ven.lem Vinceslaum. Secretarium nostrum
virum dignum: et idoneum. Supplicoque illi. dignetur ipsum. ad eun:
dem Episcopatum Kiouien: provehere: ac promovere. cum
reservatione tamen suorum sacerdociorum: quae nunc habet:
sine quibus nullo pacto sustinere hanc dignitatem posset.
Dignetur que Sanc.tas vestra de sua benignitate: et habita
ratione tam exilis: et penitus destructi Episcopatus: facere
illi expeditionem gratuito per Breve: cuius vigore conse:
crationis munus. et Episcopatus possessionem accipere posset.
ac ut dispensaretur cum illo: ut et alia sacerdocia: quae illi
successive conferentur. in posterum obtinere: cum ipso Episcopa:
tu possit. Exigit enim locus ille insecuris.mus: et semper
predis: et excursionibus expositus: ut qui illic agere
deberet: possit sibi commode de victu et vita providere.
Faciet vra Stas rem iuxta piam ac mihi gratis.ma. quam

Christus Dominus: pro incolumitate rei Christianae: et optatis meis: seruet dui.ssimae sanam sospitem: et foelicem. Et cui me iterum: et mea omnia: vti patri clemen.mo ex corde commendo. Datum. 8 IV 1533

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori

Rme in Christo Pater etc. Commendauimus Sanc.mo Domino nostro ad Episcopatum Medniceii: in magno Ducatu nostro Lituaniae vacantem. Rev.dum Dominum Georgium Episcopum Kiiouien. Ad Kiiouien vero. Ven.lem Venceslaum Secretarium nostrum: virum probum: et rei Ecclesiasticae ac Regno et dominiis nostris conducibilem: et supplicamus eius Sti: vt quoniam alter horum Episcopatuum, hereticis: Lutheranis: et Scismaticis: alter scismaticis et infidelibus vicinus est: vt illius Sanc.tas ipsos presentatos nostros: quam celerius confirmare: et prouehere: ac sacerdotia quae obtinent: illis reseruare dignetur. Vestram etiam Rev.mam D. plurimum rogamus: vt his nostris postulatis solitum patrocinium: apud illius Sanc.tem impendere velit: et diligenter agere: vt illius Sanc.tas Ven.lem Venceslaum Secretarium nostrum non solum sufficere ad Ecclesiam Kiiouien. sed etiam sacerdotia ipsius quae pauca admodum obtinet: quaeque obtinere in futurum possit: vna sibi ad vitam reseruare dignetur. Siquidem adeo tenues: et attriti sunt prouentus eiusdem Episcopatus Kiiouien. per continuas illic infidelium incursiones: vt absque illis: nec onera Episcopalia: cum debita dignitate sustinere: nec ipsi Ecclesiae cum sua ac Ducatus nostri Lituaniae honestate praeesse posset: nec etiam in aliquo sinistro casu: qui locis illis impendet semper: haberet: quo se con:

ferret. Rogamus item vestram R.ma D. facere velit opera
suam: apud Sanct.mu Do. nostru, vt illius Sanc.tas habita ratio:
ne desolationis ipsius Episcopatus Kiouien.: graciam sua huic no:
uo Electo facere: et expeditionem illi gratuito: per Breue conce:
dere velit, cuius vigore munus consecrationis: et possessionem
Episcopatus accipere valeat. Speramus: q vestra D. R.ma.
pro sua erga nos beneuolentia: et affectu operam in ea re ta:
lem qualem cupimus et speramus impendet. Quam illi etiam
vicissim pari beneuolentia: et gratificatione nra referemus.
Valeat fael.me in longu aeuu vestra Rp.ma D. et Sanct.mo
Domino: nos frequenter commendet. Datu Cracouiae Die viij Apri:
lis. M.o D.o xxx iii. Regni vero nostri. Anno xxvii.o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici
Clementi septimo.

Ago et habeo gracias quas possu maiores vestrae S.ti: q hacte:
nus in meis postulatis: et precibus ad commodu: et bonu Statu
Ecclesiasticu pertinentibus: semper se mihi benigna: et vere cle:
mentem exhibere consueuit. Veru cu petiuissem a vestra S.te
Priuilegiu illud: quo libera esset per omnia collatio ordinaricu
Regni mei: in alternatis eoru Mensibus: erat et hoc meu insti:
tutu: et sic hactenus a vestra S.te concessu michi arbitratus
sum: Vt Coadiutoriae: regressus: accessus: ingressus: et alia
id genus. quibus sacerdotia viuentibus possessoribus captantur.
nisi cu meo: et successoru meoru, ordinariq, et Capituli in Re:
gno meo consensu, nullius vnqua essent momenti et roboris. prop:
terea: q hac iter est potissimu omnibus indignis ad sacerdocia per:
ueniendi. Nunc audio nonnullos ad labefactandu: et aliter inter:
pretandu ipsu Priuilegiu: rimas querere; assereréq consensu

ipsum: quo ad Menses vestrae S.tis minime requiri. Et quia ego non in aliud obtinere curaui istud Priuilegium: nisi ad manutenendum in Regno meo statum Ecclesiasticum in suo robore: et dignitate. hoc vnum semper agens: et cogitans: vt fidem sanctam Catholicam: in his deprauatissimis temporibus: non solum ab impetu Paganorum: sed etiam a veneno hereticorum illibatam conseruarem. Intelligam vero Priuilegium ipsum. et acceptum: omnibus probis meis regnicolis: et multum rei Ecclesiasticae conducere: Supplico Sanc.ti vestrae: vt non solum prouidere dignetur: quo ipsum Priuilegium: a nemine infringi: aut illi derogari posset. sed etiam talem declarationem: extensionem: ampliationemque ipsius facere velit. ex qua dilucide constare possit. Coadiutorias: regressus: accessus. ingressus. in quibuscunque dignitatibus etiam post Pontificales maioribus. et Principalibus. Canonicatibus. et Prebendis. omnium Metropolitanae Cathedralium. Collegiatarum. ac Parrochialium Ecclesiarum. ad quoscunque collatores. etiam laicos et Collatores, Regni mei, pertinentium. neque in vestrae Santis, neque in ordinariorum Mensibus quidquam valere: nisi quibus meus et successorum meorum ordinariique et Capituli sui consensus. qui dignis. et probis nunquam denegabitur accesserit. Indignum enim videtur nomine et Mte Sanc.tis vestrae: vt quam viam improbis et indignis hominibus Sacerdocia occupandi in Mensibus ordinariorum recte praecluserit: in suis patefactam esse velit. Proinde supplico vestrae Sanc.ti: vt habita ratione propensissimae deuotionis meae erga Sanc.tem vestram. et istam sanctam sedem his precibus meis iustis: et Statui Ecclesiastico conducibilibus annuere dignetur, et presertim cum pro sua prudentia scire. et considerare potest: quali vicinia Regnum meum: vndique sit circundatum. Nempe hereticis multiplicibus: Scismaticis. et infidelibus. vt mirum videri possit: et mirum omnino sit plaerisque ipsum Regnum meum: in tam propinqua circumquaque contagione: in tanta hominum licentia. tamque deprauatis per omnia temporibus

hactenus in veteri suo ritu: et religione, inque obediencia: et ob:
seruantia singulari erga sedem Apostolicam constanter persistere.
Et quamuis plerique secularium: cum vicino exemplo, tum peculiari
odio: quo flagrant in Ecclesiasticos: conati sunt frequenter, et
statum Ecclesiasticum labefactare: et religionem perturbare
compescit tamen: et moderatur illos: cum Auctoritas mea:
tum ordinariorum Regni mei, Prelatorumque existimatione et
genere insignium cura et sollicitudo: cumque illi vituperent: et
traducant abusus: et indignitates: quas diligen.me notant,
tam in aliis rebus Ecclesiasticis: quam etiam in Sacerdociorum pro:
uisionibus, et personis ad Ecclesias quomodolibet se se ingeren:
tibus: hii contra: non solum se tales praestant, quales huiusmodi
aculei non ledant: sed etiam tales ad Ecclesias promoueri curant,
qui et virtute doctrinaque sua: et claritate generis: suorumque pro:
pinquorum adminiculo: rem Ecclesiasticam manutenere, et defen:
dere possunt. Hinc nascuntur istae preces meae: apud vestram
Sanc.tem, cum pro aliis id genus rebus et graciis, tum vero pro
ipso Priuilegio: de libera ordinariorum aliorumque collatorum sal:
tem in ipsorum sex Mensibus collatione: et praecludenda via
his: qui Sacerdocia: cum per virtutem non possunt, variis
artibus illa praeocupant, quasi Iure haereditario consequi ni:
tuntur. Quo quidem Priuilegio: si concessum a vestra Sanc.te
sic obseruetur: et interpretetur: vt et ego peto: et res Eccle:
siastica: ac dignitas vestra S.tis postulat: nihil efficatius
futurum arbitror: cum ad hostium: censorumque Ecclesiasticorum ora
comprimenda: tum ad religionem existimationemque ac obser:
uantiam debitam erga vestram Sanc.tem retinendam. Quare
vt tandem votis meis vestra Sanc.tas: in reficiendo inter:
pretando: ac ampliando ipso Priuilegio annuat: et subscribat
etiam atque etiam supplico, ac me Regnumque: et Dominia mea
illi rursus vti Patri clemen.mo omni deuotione commendo.
Optoque vt Christus Dominus: pro incolumitate rei Christianae

et optatis meis. servet quam diutissime vestra Sanctitatem sanam sospitem: et faelicem. Datum Vilnae Die [21] Septembris. M° D° xxxiij. Regni mei xxvii°.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Protectori

Scribimus Sanctissimo Domino nostro, petentes ab eius Sanctitate vt Priuilegium ordinariis Regni nostri concessum: ita prouidere dignaretur: ne illi ab aliquo derogari: aut aliter interpretari possit. De coadiutoriis enim: et regressibus: accessibus: ingressibus: aliisque modis: quibus Sacerdocia irretiuntur, sic petiuimus, et intelleximus: vt prorsus nullius essent momenti: nisi noster, ordinariique: et Capituli in Regno meo consensus accederet, propterea quod nulla via commodior est indignis hominibus. ad Sacerdocia perueniendi: et probos: ac quietos homines turbandi quam eiusmodi reciacula. Haec tamen audiuimus ita isthic interpretari vt obtenta absque consensu nostro, ordinarii, et Capituli, valere nihilominus possint in Mensibus Pontificiis: cum res prorsus esset indecens et indigna, vt quam fenestram eius Sanctitas talibus Sacerdociorum aucupibus recte occluserit in ordinariorum, in suis patefactam esse velit. Quare plurimum rogamus vestram Paternitatem, agere dignetur apud eius Sanctitatem, vt Priuilegium ita interpretari ampliare: et obfirmare dignaretur. vt neque ab aliquo infringi possit in posterum: neque coadiutoriae regressus: accessus ingressus: in quibuscunque dignitatibus. etiam post Pontificales maioribus: et Principalibus Canonicatibus. et Prebendis omnium Metropolitanae[2] Ecclesiarum[1] Cathedralium[3] Collegiatarum ac Parrochialium: ad quoscunque collatores: etiam

laicos: et Collatores Regni nostri pertinentium: aliaque omnia qui:
bus viuentium possessorum sacerdocia praeoccupantur: tam in
ordinariorum: quam etiam in eius sanctitatis Mensibus quidquam valerent,
nisi cum nostro: ordinariique et Capituli sui consensu. Cum autem
nos id non nobis. sed pro religione: pro rei Ecclesiasticae commo:
do: ac ornamento: proque existimatione: ac obseruantia debita erga
illius Sanc.tem retinenda petimus, merito eius Sanc.tas concedere
nostrisque iustis precibus annuere debet non grauatim. Quod ut Stas
sua faciat: vestra Re.ma D. operam suam adhibere velit.
Valeatque fel.me et negocia nostra: et subditorum nostrorum: habeat
semper commendata. Datum Vilnae Septembris. Mo D.
XXXIIJo.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici
Clementi VIJo

SAnct.me. Accepi tandem litteras Breuis Sanc.tis vestrae:
quibus clementer: et paterne annuens precibus meis: de refici:
endo, et in locis ambiguis declarando Priuilegio ordinariis Re:
gni mei concesso. Scribit Sanc.tas vestra: se id iam mandasse
Datario suo: ut in ea re desiderio meo satisfieret. Pro qua illius
benignitate, semper quidem michi perspecta et cognita: sed
nunc plane confirmata: quantum possum: maximas ago et habeo
vestrae Sanc.ti gracias: eamque vicissim omni veneratione: et
obseruantia mea: quod et hactenus erga sanctam istam sedem
semper feci, mereri curabo. Sed quia hinc natae fuerunt
tot preces meae apud vestram Sanc.tem. quod Priuilegium ipsum
variis isthic interpretationibus, et inuersionibus arctatum, et
labefactatum, non modicas difficultates, et impendia pariebat.
quod non fuisset, si ita plana, et extensa essent omnia:

vt vestrae Sanc.ti persuadetur: nulla alia interpretatione: et declaratione indigere. Proinde posteaquam Sanctitas vestra: vt Priuilegium ipsum reficiatur annuere: idque negocii Datario suo est dignata: Supplico illi, vt iam tandem: quo ita fiat mandare dignetur: ne michi sit necesse: iterum Sanc.ti vestrae molestiam exhibere. quod nisi viderem valde vtile: et honestum esse rei Ecclesiasticae: nisique metuerem: ne si Priuilegium istud: ita imperfectum: et ambiguum relinquatur: errores prioribus peiores: in Regno meo pariat: nunquam id a Sanc.te vestra: tanta sedulitate peterem. Metuo enim: ne qua in posterum difficultas: et contencio, ratione ipsius Priuilegii: inter Ecclesiasticos: et seculares contingat: neue successores mei causam aliquam haberent: minus reuerendi, obseruandique sedem Apostolicam: quam ego consueui. Vbi concessiones huiusmodi: pro bono statu: ac dignitate Ecclesiarum impetratas viderent his impetrationibus: et cauillis, quibus hoc tempore fuerunt obnoxias. Quo fit: vt cupiam vehementer Priuilegium ipsum: ita vti opus est: et rei Ecclesiasticae expedit: planum, et firmatum: quasi monimentum aliquod: et meae honestatis. meae voluntatis. erga rem Ecclesiasticam: et Sanc.tis vestrae perpetuae erga me pietatis. posteris meis relinquere: qui nescio an tam benignos postea habituri sunt Pontifices Romanos quam ego Sanctitatem vestram erga me experior. Quare nunc iterum Sanc.tem vestram oro: vt me in re tam vtili: et honesta, voti compotem esse velit: vtque vestra Sanc.tas hoc ipsum Priuilegium ita refici: et interpretari iubere dignetur: vt Doctor Stanislaus Lemitenciarius: et Joannes Vilamowski: quibus id negocii apud vestram Sanc.tem: curandum mandaui declarabunt. Quod vero quidam ex ordinariis Regni mei: apud vestram Sanc.tem sit delatus, nomine venditi consensus in Coadiutorias: et regressus. Id si ita esset minime probare: neque ferre possem: sed michi id nunquam est auditum: neque quod sciam arbitror esse aliquem inter ordinarios ipsos: vel tam turpiter lucri cupidum: vel

vel tam egenum : vt id facere necesse habeat . vnde confectu id esse arbitror a quopiam improbo homine , qui vt impediret Priuilegii expeditionem : non veritus est apud Sanc.tem vestram rem impudentissimam comminisci . Quod si tamen ea ipsa res vera esset : vt nusquam non sunt vicia : idem contingere posset . in sacris : et promissionibus ipsorum : tamen ob vnius : aut duorum culpam : facultas : et Priuilegia aliis omnibus merito diminui . non debent . Sed neque Camerae : neque officiariis vestrae Sanc.tis quidquam emolumenti decederet : cum consensu quocunque modo hic obtento , Nihilominus tota res isthic esset expedienda : idque quo cauetur : ne homines indigni se se ingerant ad Ecclesias : non esse contra libertatem : sed esse in commodum : et ornamentum Ecclesiasticum censeri debet . Quare vt non obstantibus omnibus istis commentis . et difficultatibus : quae hac in re ingeruntur : vestra S.tas mandare dignetur pro meo desiderio Priuilegiique firmitate : declarationem : et extensionem oportunam : et quae non esset temporaria . facere . Id a vestra Sanc.te : omnibus quibus possum precibus rogo : et obsecro . Eique me Regnum : et Dominia mea rursus quam diligent.me commendo . Valereque illam . et praeesse fel.me desidero . Datum Vilnae Die Octobris 29 XI M° D° xxxiij Regni mei . Anno xxvii .

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici

SAnct.me , ref. Puderet me commendare tociens vestrae . S Reuerendum Dominum Episcopum Vigermien. non solum sine fructu : sed eciam sine responsione aliqua : nisi hoc ipsum : quod vestra Sanc.tas : nihil respondet : spem nonnullam mihi preberet : illam silere potius in ea re : vt oportune faciat .

quam vt meas preces non admittat. Cum vero me moueat eius virtus: tum propensio erga me: et meam gentem ipsius D. Episcopi: vt a cepto officio non desistam. Supplico vestrae Sanc.[ti] vt iam tandem rationem tot mearum precum habere dignetur hominemque sibi alioqui meritiss.mum promouere: ad Sacrum Car.[lium] ordinem non grauetur: in qua dignitate commodius vtiliusque et vestrae Sanc.[ti] inseruire: et nobis beneuolentibus commodari et gratificari possit: quam graciam ego inter alias per Sanc.[tem] vestram in me praestitas: non postremam reputabo: ac omnibus meis obsequiis: quibus potero demereri erga vestram S[tem] diligen.me curabo. Cui me etiam atque etiam ex corde commendo. Datum. 1534

Sigismundus primus Rex Polonie
Hippolito Cardinali S. Laurentii in
Damaso

SIgismundus Dei gracia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae etc. Dominus et haeres. R.mo in Christo Patri domino Hippolito: miseratione diuina Sancti Laurencii in Damaso Diacono Carli Medices. Sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario: amico char.mo: ac honorandi. Salutem: et omnis faelicitatis continuum incrementum. R.me in Christo pater: et Domine amice char.me ac honorandi. Declarauit nobis venerabilis Doctor Stanislaus Basilicae beati Petri de vrbe minor Paenitenciarius: et negociorum nostrorum: apud istam sanctam sedem curator et gestor: diligenciam: et operam vestrae R.mae D. quam in aliis rebus et negociis nostris: tum de ampliando: et in locis ambiguis illustrando Priuilegio ordinariis Regni nostri concesso: apud Sanct.mum Do: nostrum adhibuit: vt eorum sentenciam: quibus Sanc.tas sua Priuilegium ipsum reuidendum et excuciendum dederat. qui quamuis planum esse: neque

vlla vel ampliatione : vel declaratione indigere censeant : res tamen : et difficultates : quae isthic ex varia eius interpretatione per hoc tempus ingerebantur, Satis arguunt tale non esse : quale nunc ipsi asserunt : neque ad perpetuitatem satis momenti : firmitatisque habere potest breue istud. quod ipse Sanct.mus D. noster nunc misit. Proinde cum iam tandem eius Sanc.tas precibus nostris annuerit : vt ipsum Priuilegium : et clarum sit per omnia : et firmum. idque negocii vt desiderio nostro satisfieret. Datario suo dederit : rogamus plurimum R.ma D. vestram : efficere dignetur : vt iam tandem hoc ipsum Priuilegium : ita extendatur : et reficiatur. Sicuti Doctor Stanislaus Paenitenciarius : et Wilamowski R.mae D. vestrae exponent : quo et perpetuo sit firmum : et nulla deinceps peruersa interpretatione labefactari possit. Quod nos vicissim D.ni vestrae R.mae omnibus amicitiae officiis referre curabimus. De venditis hic consensibus : nos nichil audiuimus : neque factum credimus. Sed id commentum apparet ad impediendam Priuilegii ipsius ampliationem quod si tamen ita esset : vt nusquam non inuenitur haec labes : idem in Sacris et prouisionibus committi posset. non esset tamen aequum : vt ob vnius vel alterius culpam caeteri facultate et Priuilegio suo fraudarentur. Proinde rogamus iterum R.ma D. vestram : vt Praelatos Regni nostri hac suspitione : apud Sanct.mum Do: nostrum liberare : et quo iam tandem hoc negotium : non obstantibus commentis istis effectum sortiatur impetrare dignetur. Quod adeo non erit aduersus libertatem Ecclesiasticam : vbi praecludetur via hominibus indignis ingerendi se se ad Ecclesias : quemadmodum isthic praetexitur : vt etiam cessurum sit in magnum rei Ecclesiasticae commodum et ornamentum. Felicissime valeat vestra R.ma D.o et nos diligat. Datum Vilnae die Octobris . Anno Domini M.o D.o xxxiiij.o

Tomicius Eps Crac.
Cricio Epo Ploc.

R.me Domine. R.mus D. Hippolitus Sancti Laurencii in Damaso Diaconus Cardinalis: et sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius: adeo charus esse dicitur Summo Pontifici vt eum non minus amet illius Sanc.tas quam seipsu. Quare admonitus sum: vt scribi facerem ad illu litteras Regias quo suo patrocinio efficeret: apud ipsu Sanctis.mu Dominu: vt Jus patronatus perpetuu nonnullorum Sacerdociorum: in Kielcen: et Visliciem Collegiatis Ecclesiis duobus Capitaneis Episcopatus mei pro tempore existentibus: concedere illius Sanc.tas: et Rdn.dum Dominu auditorem Cameræ Apostolicæ: ad Car.lem proueheré dignaretur. Audio enim quod multu delectatur Sanc.tas sua cum ad eum scribunt Reges: et Principes Christiani: et opera illius in suis: et suorum negociis deposcunt. Spero quod per eius intercessionem obtinebimus id quod optam9. modo ipse solus priuatim non in publica signatura: det ad signandum supplicationem: quam litteris Regiis includam. Et proinde: ita ei scribat R.ma D. v. vt primæ preces Regiæ habeant apud eu suu effectu.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Summo Pontifici.

SAnct.me. Habeo non paucos: in Aula: et Cancellaria mea Secretarios prouectæ ætatis: et adolescentes nobiles.

quibus: in officio scribendi dictandiq[ue] non incommode utor
His quoniam est animus Ecclesiastici ordinis professioni se addi:
cere. et ego in Ecclesiis Cathedralibus: et earum Diocesibus
pauciores collationes habeam, quam ut omnibus de mei Juris:
Patronatus sacerdociis provideri possit. Supplico vestrae Sanc.tti
dignetur mihi concedere facultatem nominandi: certas per:
sonas michi gratas. ad sex Ecclesias Regni mei Cathedrales
videlicet. Gnesnen. Metropolitanam: Cracovien: Wladislavien:
Posnamen. Plocen: et Varmien. ita ut in his singulis Ecclesiis:
binis personis: tam de dignitatibus: seu Praelaturis: quam de
Canonicatibus: et Prebendis: provideri possit. quo eedem per:
sonae per me nominandae: institutu professionis Ecclesiasticae
melius in animo firmare. et ardentibus studiis ordinem hunc
prosequi valeant. In quo Sanc.tas vestra: non tam personis
nominandis commodare: quam rem longe mihi grat[issi]mam
praestare dignabitur: quam vicissim illi officiis omnibus:
et observantia mea diligenti: mereri semper curabo. Com:
mendo me rursus: Regnumq[ue]: et Dominia mea: in gracia
vestrae Sanc.tis. Crac[oviae] xx octobris 1531. Regni
mei xxv.

Ex l[ite]ris Tomicii ad Cricium

De inscriptione: quae in monumento meo insculpi debet: ne:
scio quid aliud ex meo iudicio D. vestrae R[everendissi]mae scribere debeam.
quam: q[uod] illam centum: et octoginta tantummodo litterarum
esse velim: et non carmine numerosam: sed prosa oratione
simplicem: et ad veterum inscriptionum puritatem accedentem.
Haec autem in lapide tumbae: vel in lapide supra sepulchrum
insculpetur: sicut commodius architecto videbitur
Mitto autem D. vestrae R[everendissi]mae id quod vel quidpiam aliud ad
hunc sensum: et morem sculpi posse videtur in lapide sepulchri.
quod vestra D. R[everendissi]ma: pro suo ingenio et prudencia emendare

vel aliud quod ei magis sculpendum videbitur concipere: et ad me scriptum: quamprimum mittere velit. Crac. xxiiij Maii M° D. xxxii°.

Petrus Tomicius eps Cracc. vicecancell. Stanislao de Rzeczicza Poenitenciario Romano.

Expectamus declarationem voluntatis Sanct.mi Domini nostri quem in Protectorem Regni huius a Regia Mte recipi vellet quam nos declarationem: pro nostra erga Rp.m Do. Cardinalem Sanctorum quattuor defunctum obseruantia: ad viuentem illius nepotem Rmum Do. Antonium Car.lem Pistorien traduci: et accomodari magnopere optaremus: idque ita futurum esse non diffidimus. Cumprimum autem nobis de volun.te Sanct.mi Domini constiterit: facile quod reliquum est: in confirmando Protectore perficere curabimus.

Meminisse vos putamus: quod M.tas Regia nominandi facultate: per Sanct.mum olim Leonem Papam x. sibi ad hanc nostram Cracouien Ecclesiam concessa: et per hunc Sm Do. nostrum Clementem reualidata: nominauerat Do. Hieronimum okun: qui quoniam non sortito effectu eiusdem nominationis suae ex hac vita decessit. iterum M.tas sua petit facultatem sibi dari: aliam personam nominandi. Iusque primae nominationis reualidari: et M.tas Regia scribit ea de re: ad Rmum Do. Cardinalem litteras. Scribit etiam: et illud Ius nominationis: quod post mortem domini Joannis Szamboczki Paenitenciarii reualidatum erat ad personam Domini Joannis Sbaski: quodque propter non acceptam Prebendam cum vacatio per mortem Domini Raffaelis Coteczki contigerat euanuit. reualidetur. In qua expeditione: quia celeritas obesse posset Iuribus nostris, cum duo Canonici Ecclesiae nostrae: nunc

nutent : rogamus a vobis : vt carum reualidationum expeditionem : quanto ingeniosius potestis ; cunctacione, in longum trahatis : idq[ue] in primis curetis : ne quis cognoscat : ex composito id vos facere.

De Monitorio pœnali per Do. Episcopum Posnanien. [Jo. Latalski] contra quasdam sibi suspectas personas de nece Lukomski expedito, non visum est nobis : vt illud retinere deberemus : sed tamen per interpositas personas prouidimus : apud ipsum Do. Episcopum : ne quid iure Monitorii contra decorum : et dignitatem suam : et omnium nostrum agi per: mittat. Sed si forte obaudita admonitione nostra : aliquid in vrbe instituere : contra aliquos ex nostris addictis ceperit curæ sit vobis illius institutum pro virili vestra impedire : et illi resistere, nosq[ue] de hoc certiores facere. Nam cum intellexerimus quid ille moliatur, litteris Regiis : et nostris vos instruemus quid deinceps facturi eritis.

Interim vobis negocia quæ occurrent nostra imprimis : et de: inde seruitorum nostrorum Maczieiowski. Izdbienski : Lubowiczki et kiijewski commendamus. De quibus ipsi per litteras suas facient vos certiores. Bene valeatis : et nos diligatis. Cracouiæ vi Maii. M^o D xxxii^o.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali Protectori Pistoriensi

Rx^me in Christo Pater. Concessa fuit a Leone Summo Pontifice. Ser.^ma dominæ Bonæ Coniugi nostræ : facultas nominandi aliquas personas : ad nonnullas Ecclesias Cathe: drales Regni nostri. hæcq[ue] eadem facultas : quo ad Ecclesiam Cracouien. certo modo antiquata : iterum ab hoc viuente San^mo Domino nostro : per reualidationem non multo ante fuit restituta Cuius vigore : cum M^tas sua Hieronimum okun, Secretarium

572

nostrum secundo nominauerat ad ipsam Ecclesiam Cracouien. et ille prius quam vacatio occurisset mortuus sit · iterum facultas illa dicitur extincta · Quare D · v · Rma rogamus : velit a Sanct.mo Domino nostro impetrare : vt haec facultas iterum reualideto et Ser.me Coniugi nostrae potestas denuo tribuatur : gratam sibi et nobis personam nominandi

Caeterum erat adhuc anterior penes nos facultas : ad aliud vnum Can.tum et Prebendam Ecclesiae Cracf. personam nobis gratam nominandi : quae primum in nomine Joannis Zambocski morte · Deinde nunc in Joannis Sbasski : certa negligencia nullo defectu gracia accepto : extincta habetur · hanc etiam : vt in integrum a Sanct.mo Domino nostro resti: tui : et in faelicem Naropinski transferri D · vestra Rma impetret ab illa rogamus : ita tamen vt primo loco sit ea facultas quae Ser.mae Coniugi nostrae concedetur · Faciet in hoc nobis D · vestra Rma

· Petrus Tomiczski Eps Cracc · Viceecancell.
Cardinali Protectori ·

Rme in Christo Pater : et Domine Domine colen.me
Gratam esse operam D.ni vestrae Rmae quam in promouenda illa hic : apud Regem meum praestiti : vehementer laetor : et simul gaudeo : meo me efficio D · vestrae Rmae voluntati satisfecisse erga quam Patrui eius summa pietatis : nullum me patitur studii laborisque munus : aut tempus praetermittere · Cuius tanta est · tamque iucunda : apud omnes eius Regni ordines memoria : vt vel ob hanc solam : eciam si nullae causae accederent : nihil dubitarem D · v · Rma : fore omnibus gratiss.ma · Cum vero cognoscet illam prout ego confido : ad exemplum desideratiss.mi Patrui sui, amanter se in omnibus Regni publicis : et personarum priuatis negociis accomo:

dare: polliceri ausim illos eadem obseruantia: qua patruum D.^mis^ vestrae Rev.^mae^ sacre coluerunt, illam quoque veneraturos esse.

De me autem affirmare hoc certe possum: quod omnem operam meam, laborem curam studium, sim libenter ad illius augendam: amplificandamque dignitatem semper accommodaturus.

Cum vero M.^tas^ Regia inter caetera negocia: quae nunc: et ad Summum Pontificem: et ad D. vestram Rev.^ma^ scribit, hoc vnum etiam Ecclesiae meae negotium commemoret: et commendet: vt scilicet duo sacerdotia Ecclesiae meae Cathedralis Cracov, hoc est Scholastria, et vnus Canonicatus ac Prebenda quam ego dote carentem dotare vellem in Iuspatronatus Capitaneo Castri mei: et Ecclesiae meae Bodzan: czmiensium perpetuo conferantur. D. vestram Rev.^ma^ maiorem in modum rogo, dignetur operam suam diligentem: in ea re ita impendere vt ego voti mei compos esse possim, et per hoc quod primus precibus meis a D. v. R.^ma^ petita obtinuerim: omnibus declarare valeam, cum apud illam: tum apud istam sanctam sedem, de qua assidue in hoc Regno optime mereri non cesso: mei et precum mearum iustam et piam haberi rationem: presertim cum ea quae ego postulo: non ad vllum priuatum meum commodum: sed ad firmandas recte in hoc Regno communes Ecclesiasticas rationes conuertere intendam, sollicite prospiciens: vt per promotionem ad Sacerdotia eorum: qui et dignitate eminent: et authoritatem habent: futuris temporibus Ecclesiastica bona firmius et facilius in hoc Regno defendantur. Quod ego patrocinium et operam: quam in hoc negotio D.^nem^ vestram Rev.^mam^ praestitisse cognouero illi vicissim omni studio: industria: et facultate mea demereri semper curabo. Cui me et officia mea diligen.^me^ commendo, et Deo. Deum precor: vt illam loco patrui dilect.^mi^ nobis sanam: et foel.^ma^ seruare dignetur. Datum Cracouiae xii Iulii. M^o^ D^o^ xxxii

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Hieronymo epo Vigornien Cameræ
Appce Auditori.

Rde in Christo Pater: et Domine honorandme. Cum declarasset
michi D. Stanislaus Rzeczicza Regiæ Mtis: apud istam sanctam
sedem negotiorum sollicitator; quo affectu: quave animi propensi:
one: et Regiæ Mtis negocia: et gentem hanc Polonam. R. D.
v. suo loco quem isthic pro virtute: et meritis suis insignem ob:
tinet prosequatur; adamavi equidem ego hanc singularem Rdæ
D. vestræ benignitatem: eamque Mti Regiæ domino meo clemenmo
declaravi: vt non incognita illi esset spontanea R. D. vestræ
humanitas: pro qua vt aliquam gratitudinem Mts suæ Ser.mæ
cognoscere inciperet R. D. vestra: obtinui illi litteras suæ
Mtis ad Cæsaream et Catholicam M.tem commendaticias.
De quibus Do. Doctor Stanislaus Penitenciarius per litteras mo:
nuerat: quas nunc presentibus annexas: simul cum illarum
exemplo D. vestræ Rmæ mitto: nihil diffidens hanc quantu:
lamcunque operam meam: gratam et acceptam illi futuram. quam
ego amplioribus adhuc officiis et commendatione auctiore pro:
mouere et cumulare apud Ser.mum Regem meum non desinam.
Cæterum cum michi ipsi: non modo iucundam sciam beneuolentiam
R. D. v. sed eciam illius patrocinium isto in loco summe necessarium
cognoscam. maiorem in modum ab illa rogo: vt me et beneuolencia
sua prosequi: et negocia quæ isthic nomine meo intercurrerent: pa:
trocinio suo subleuare velit. Dabo enim ego operam: vt omnia be:
neficia: quæ in me contulerit: in gratum hominem contulisse. R.
D. v. experiatur. Cuius beniuolentiæ me commendo. Cracoviæ
xii Julii. Mo D. xxx ii o.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Antonio Cardinali Pistorien. Protectori

R.me in Christo pater: et Domine domine colen.me. Post servitutis meae humilem commendationem. Magnum quidem attulerat mihi dolorem mors R.mi D. Laurencii miser. di: Sanctorum quattuor Cardinalis: quem in me semper graciosum: et singulari pietate propensum agnoscebam in vita. Sed cum D. vestram R.ma: et virtute: et doctrina laudatiss.ma: in locum illius non solum dignitatis sed etiam faelicitatis qua in vita fruebatur successisse audivi: non minus cepi ex accessione D. vestrae R.mae voluptatis: quam ex morte illius Patrui contraxeram doloris. Quare gratulor plurimum D. vestrae R.mae: ob hanc suam: in amplissimos honores et officia provectionem: et eam ipsam precor illi esse faustam et diuturnam. Non dubito enim illam: si patrui consilia: et totius vitae rationem sequi voluerit: omnium de se expectationi: et desideriis nostris satisfacturam esse. a qua ego pro parte mea nihil optaverim magis: quam ut patrui exemplo me gracia et benevolencia sua complecti: meisque officiis ita ut ille est usus uti dignetur. Certo enim hoc de me D. vestrae R.mae polliceri ausim quod nihil sit tam arduum: tam difficile: quod non libenter eius causa subirem. ut saltem eius graciam in loco patrui promerear.

Scripserat ad me Stanislaus Rzecicza: Mandato R.mi Domini olim Cardinalis: iam tum fere morientis: ut operam meam: apud Ser.mam Domini mei M.tem facerem: Ne cuipiam alteri preter D. v. R.ma munus Protectoris Regni huius committatur. quod ego non minus diligenter: quam officiose praestiti: et dubio procul pro desiderio illius D. R.mae perfecissem: nisi M.tas sua partim ut consuetudini suae satisfaceret: partim ut R.morum Do:

minorem Carlum idipsum per intercessionem Ser.mae Coniugis suae domina Reginae petentium displicentiam deuitaret: maluisset rem hanc de protectione: ad arbitrium iudiciumque Sanc.tis Domini nostri deferre: sicut ex litteris M.tis suae ad Sanc.tem suam scriptis planius cognoscet D. v. R.ma: quae si rem: et M.ti suae: et nobis ex: terius gratam facere volet: se nominari a Sanct.mo Domino nostro curare dignetur. Et ego quod reliquum erit apud M.tem suam fidis: sime et sinceriter exequar. Commendo me graciae: et paternae beneuolenciae D. vestrae R.mae. quam semper fel.mam esse: et multos in annos: recte saluam: et incolumem vehementer desi: dero. Datum Crac. octobris. M.o D.o xxxi.

Sigismundus primus rex Polonie, Summo Pontifici.

Sanct.mo quam mihi in modernis deprauatis.mis temporibus cordi sit et curae status Ecclesiastici. arbitror vestrae Sanc.ti satis constare: vel ex ipsis meis petitionibus: quas frequenter non in aliud facere soleo: apud vestram Sanc.tem: quam ad rem Ecclesiasticam Regni mei vel ornandam: vel roborandam. cuius mei studii magno mihi est adiumento, R.mus Dominus Petrus Episcopus Cracouien. et Regni mei vicecancellarius inter publicas functiones vndequaque prospiciens: quid pot.mum ipsi rei Ecclesiasticae conducat. Arbitratur is non vulgari orna: mento: et vtilitati futurum Ecclesiae suae: quae in loco est totius Regni digniore: vt Scholastria ipsius Ecclesiae Cathedralis, et Can.tus: ac Prebenda: quae monetaria dicitur: et quam do: te cassam ipse dotare vellet: Capitaneo suo Bodzanczinen. iure patronatus perpetuo ascribantur: quod et mihi valde plane probatur: videturque rebus ipsius Ecclesiae non parum multum expe:

dire: vt deinceps Capitaneus Episcoporum: qui rerum temporalium Ecclesiae curam et tutellam gerit: vt honoratior habeatur apud alios seculares: et sit Ecclesiae cum amicis suis deuinctior. Quare supplico vestrae Sanc.tati: vt cum id illi: et leue sit concessu et absque vllo detrimento: cedat vero in vtilitatem: et ornamentum Ecclesiasticum: et status Pontificalis eius Ecclesiae: dignetur huic petitioni ipsius domini Episcopi: vnaque et meae non grauatim annuere. Eaque duo Sacerdotia: hoc est Scholastriam: et Can.tum ac Prebendam eius, Capitaneo Bodzanczinen in iuspatronatus concedere: quo et ipsum Do. Episcopum reddet vestra Sanc.tas in eius cura de rebus Ecclesiasticis alacriorem: Et mihi rem faciet grat.ssimam. Dominus Deus seruet vestram S. sospitem: et semper faelicem. Beatissime Pater. Cui me meaque omnia: etiam atque etiam diligent.me commendo. Datum Cracouiae xii Die Iulii. Anno Domini. M°D°xxxii.

Sigismundus primus Rex Polonie Antonio Cardinali Pistariensi Protectori.

Rme resp. Inter huius tempestatis vndas: quibus fluctuat et quassatur Ecclesia: nihil arbitramur magis conducere quam Statum Pontificum: qui rem Ecclesiasticam manuteneret vndique fulcire et ampliare: quo fit vt nos quibus potissima cura est: statum Ecclesiasticum Regni nostri incolumem conseruare, Soleamus plerumque a Sanct.me Do. nostro petere: quae ad augendam dignitatem et auctoritatem ordinariorum huius Prouinciae pertinere videntur. Quibus propter Romana impedimenta: et raro facultas datur viros idoneos ad Ecclesias suas permouendi. Et multum illis plerunque molestiae et negocii etiam per leuissimos homines exhiberi solet. Quare cum huiusmodi preces nostrae

perferentur isthuc ad Sanc.^mum Dominum nostrum ref. vestra R.ma
P.tas pro sua virtute: et prudentia; proque ea qua in nos est propensi:
one illis patrocinari dignetur. Impresens autem hoc ab illa
postulamus: vt quod eius San.ti scribimus de Iure patronatus
Scolastriæ ac Canonicatus: et Prebendæ Ecclesiæ Cathedralis
Cracovien concedendum Capitaneo Castri Bodzanecen: R.di Do:
Episcopi Cracovien et Vicecancellarii Regni nostri: qui Can.tum
ipsum et Prebendam quæ monetaria dicitur; fundo suo caren:
tem dotare vellet: operam faciat R.ma D. vestra: vt illius
Sanctitas annuere dignaretur. hac enim re et nihil illi decedet: et
statum ipsius Domini Episcopi: et successorum eius non mediocriter
ornabit et iuuabit. Referemus hanc operam vestræ R.mæ P.ti
nostra vicissim gratificatione: et officiis amicitiæ nostræ mutuæ
Cui nos ex animo commendamus. Et valere illam fel.me deside:
ramus. Datum Cracf. Die xii Iulii Anno domini. M°D.xxx ii°.

Bernardo Maciegiewski Iudici
petrus Tomiczki Eps

Mathia drzewizki

GEnerose Domine amice char.me. Obliti fuimus vobis presenti
committere: vt ageretis nostro nomine: cum R.mo Domino
Archiepiscopo Gnesnen designato. ne quid negociorum in vrbe Mi:
chaeli Paczanow committat: quem M.tas Regia litteris suis
ad Summum Pontificem: et ad Dominum Car.lem Protectorem
datis, ex vrbe exigi: et huc ad sacerdocia sua remitti postu:
lauit, nolens eum tum propter illius scelerata facta. in qui:
bus est cum turpitudine sua reprehensus: tum etiam propter
cæteras litium quas in Regno excitat turbas vlterius in vrbe
ferre. Quare presentibus id a vobis rogamus: vt P.tem suam
admoneatis. ne factis vel scriptis suis in ea re eum voluntate

M^tis^ Regiæ dissenciat: quinetiam litteris suis expresse viro docto et probo Doctori Rzecicza: et M^ti^ Regiæ grato declarare velit, Nihil sibi deinceps commune esse cum Michaele vello. Neque illum pro sollicitatore suorum negotiorum reputare. vt ista domino Cardinali Protectori ostendere doctor Rzecziecza possit. Valeatis fœlicissimus et incolumis. Meque domino Archiepiscopo designato comendetis. Datum. 1531 1532?

Petrus Tomiczski eps Crac. vicecancell.
Vicarijs ecclie Collegiate kielcen.

Honorabiles domini: fratres in Christo dilecti. Mortuus est hac nocte praecedenti venerabilis dominus Petrus Brzesek Canonicus istius Collegiatæ Ecclesiæ kielcien. Cum autem is Mensis Marcius sit Summi Pontificis. nos non nostra ordinaria: sed eiusdem Sanct.^mi^ Domini nostri Summi Pontificis auctoritate nobis concessa; de Can.^tu^ istius kielcen Ecclesiæ vacante. venerabili domino Stanislao Rzecicza Juris vtriusque Doctori. et Basilicæ beati Petri: de vrbe pænitenciario vigore reseruationis illi factæ prouidimus: volumusque: et mandamus vobis. vt eundem dominum Doctorem Rzecicza ad Can^tum^ hunc nunc vacantem recipiatis quam primum. et nullum alium preter illum: cum sciamus illum potissimum Jus habere: recipere ad Ecclesiam audeatis: et aliter non faciatis. Et bene valete. Datum Cracouiæ v. Marcii. M^o^ D^o^ xxxiij.

P. Tomiczki Eps. Crac. Vicecancell.
Steffano Visenski Capit.o Kelcensi.

Stephane. hac nocte Dominus Petrus Brzesek: Canonicus Sandomiriensis. excessit e vita. Cum autem vacaverit Cantus istius Kielcien. Ecclesiae. per illius mortem. nos de illa Domino Doctori Rzecicza Poenitentiario Apostolico providimus auct.te Apostolica: et vigore gracie et reservationis illi concessae. cuius nos sumus exequutor. Mandamusq tibi vt illum. in Ecclesiam recipi: et ad possessionem Proventuum dicti Can.tus admitti iubeas: ipsumq contra alios quoscunq expectantes Apostolicas in possessione eiusdem ipsius Can.tus tuearis et defendas. Nam scimus eum ad eundem Can.tum melius et pocius Jus quam quemcunq alium habere. et aliter non facias pro gracia nostra. Datum. 1533

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stanislao de Rzeczicza Poenitencionario.

Venerabilis Domine: frater in Christo char.me.
Quod Mense Septembri proxime lapso litteris nostris polliciti sumus: nos missuros esse litteras Regias in manus Joannis Wilamowski: quibus et apud Summum Pontificem; et apud R.mos D. Cardinales negotium extensionis: et interpretationis Privilegii nostri promoveretur: hoc etiamnum mente retinemus: damusq operam, vt hae ipse litterae quam diligen.me et efficaci in rem nostram argumento conficiantur: et manu Regia subscribantur. Quas vt primum nobis ex Lithuania allatae fuerint isthuc in manus Joannis Wilamowski.

et vestras mittere curabimus, Interim vestri erit officii: rem
hanc pro ingenio: et industria vestra: apud R.mum D. Cardinalem
Hyppolitum de Medices promouere: et supplicationem ad eas
clausulas, quae interpretatione: et extensione indigere videntur
scribi facere.

Reseruatio Juris patronatus et presentandi Sacerdociorum in Kiel:
cen. et Visliciensi Ecclesiis duobus Capitaneis nostris concessa:
simul et id bullae exemplum quod huc misistis in omnibus no:
bis satisfacit et bene placet: quod cum litteris: quas per
primam occasionem mittere erit commodum vobis remittemus.
Mandatum autem Procuratorium: ad consenciendum M.tis Regiae
et nostro nomine: in praedicta Jurispatronatus et presentan:
di reseruationem. simul cum litteris ad D. Philippum de Senis
Clericorum Camerae Decanum: non longe ante ad vos per Ban:
cum misimus.

D. Czermyenski satagit multum et nos urget de Custodia Kiel:
censi: in qua ut Coadiutor deputatus fuerit: ostentat consensum
a Domino Rayski praestitum dudum in vita fuisse, et se admitti
ad possessionem dictae custodiae necessanter petit. Quare
rogamus a vobis ut prouideatis: ne consensus praedictus in librum
Camerae aut Cancellariae apostolicae inscribatur: neue alius
quispiam quam cui nos prouidimus ad Custodiam Kielciensem
Jus obtinere possit.

De Scholastria Plocen: res sic habet: Gorski noster: ab illa est
repulsus nulla ei data contentatione, hocque non alia ulla ex causa
nisi quod Juri Gorski dicunt obstare regressum domini Gamrat Episco:
pi Camenecen: pro quo regressu D. Episcopus Plocen. illi hone:
stam dedit contentationem: utcumque regressum ipsum dominus
Camenecen nondum expediuit: neque expedire intendat: vi:
dens nullum sibi obstare competitorem. Quod iam aliquoties
scripsimus, nunc repetimus: et a vobis rogamus: ut Elogia: et
inscriptiones domorum hostiorum fenestrarum: et aliarum parcium

domus vel ciuitatis nobis quamprimum transmittatis.

Mortuo Plebano Ecclesiae in oppido nostro Jasthrzambie: nos putantes de eadem Ecclesia disponere potuisse: Plebanumque illius Mense nostro ordinario: mortuum fuisse. prouidimus de illa domino Nicolao Mikolaiewski probo: et nobili sacerdoti: et qui multis annis seruiuit: cum magna hominum gracia: et fauore: in Ecclesia Isslew. is cum cittatus sit nuper: ad instantiam cuiusdam Boniecski pro ea ipsa Ecclesia: nos vero non libenter videremus: ut quispiam nobis ignotus illam obtineret: habet enim admodum exiles Prouentus: et continuam Plebani residentiam requirit. rogamus vos plurimum, defendatis causam domini Mikolaiewski praedicti et diligenter prouideatis, ne quid contra eum per audientiam contradictam obtineatur. Cum enim trahetur isthic ea causa. poterimus interim claudere os dicto Boniecski: obiecta ei aliqua offa: seu contentatione: ubi constare nobis poterit de Jure ipsius. Rem nobis in hoc gratam facietis

Cum sint isthic nunc boni frigiones: seu rechmatores: ut nobis scripsistis, nos vellemus ut cum aliquo eorum magis in arte hac perito conueniretis: ut faceret nobis clipeum, serico, et auro elaboratum posterioris pluuialis Ecclesiastici appendicem. facturus posthac et alia plura: ubi labor et ars illius nobis placuerit. Postulamusque a vobis: exploretis animum alicuius frigionis: an hunc laborem suscipere voluerit necne. Nos autem mittemus ad vos per alium nuntium Mensuram eiusdem clipei: et quas imagines in illo habere cupiamus vobis perscribemus. Cracouiae Die xiiij Octobris. M° D° xxxiii.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Antonio Cardinali Pistoriensi Protectori.

Rme. Accepi ex litteris vestrae Rmae D. et aliorum quibus iterum novis cuneis rem agunt isti qui Privilegiorum ordinariis huius Regni concessum oppugnant: et quo minus oportuno modo extendatur: aut interpretetur obstant: et impediunt. Ego vero plurimum miror: ut cum unusquisque recta ratione considerare potest: hic nihil aliud agi: cum a nobis: tum a Principe nostro nisi de conservanda dignitate: et bono statu ordinis hic nostri Ecclesiastici: neque hinc Camerae Apostolicae quidquam detrahi: cum non tollantur Coadiutoriae regressus: et hoc genus alia: neque aliis praecludi aditum ad Sacerdocia: cum viris bonis consensus nunquam denegabitur: quam his: qui Ecclesias nostras dehonestant, extimationem sedis Apostolicae minuunt: et materiam secularibus incessendi et contemnendi nos prebent: qui cum alia via nequeunt hic ubi cogniti sunt: coguntur illic ubi ignorantur se se indignis artibus ad sacerdotia ingerere, habeant tamen isthic tantam fidem: tantamque facultatem et nostras: et Regias preces et quidem iustas: et rei Ecclesiasticae conducibiles: impediendi: et irritandi: presertim artibus tam indignis. Quod enim aiunt Episcopum quendam Regni nostri centum aureos a consensu extorsisse, commentum esse impudens adversus honorem et dignitatem nostram minime dubitari potest. Nullum enim ex nobis scio tam egentem: tamque cupidum, qui hinc lucra aliqua venaretur, cum hic ea res celari non possit: et esset contra honestatem et bonos mores. Sed etsi maxime id aliquis committeret: uti fieri non potest: quin sint in omni ordine hominum vicia: nihil hinc tamen Camerae

Apostolicæ decederet. Quocunque enim modo hic consensus obtineretur nihilominus ut Romæ compositio: et expeditio fieret: necesse esset. Quare plurimum rogo vestram R.mam D. agere velit apud Sanct.mum D. nostrum ut eius Sanc.tas attendat deuotionem erga se Principis nostri: cum suapte natura optima tum nostra cura: et persuasione insitam, quod ea quæ alibi: et his maiora tolluntur, prohibentur: et abrogantur hoc aduersissimo Ecclesiæ tempore ipse ab eius Sanc.te humiliter duntaxat petat: et petat non in aliud: quam in commodum et dignitatem Ecclesiasticam: ne ubi consideraret M.tas sua pluris valere apud eius Sanc.tem artes et conatus leuium et improborum hominum: quam suas preces suamque de re Ecclesiastica curam: hunc animum et studium suum prorsus remitteret: ordinemque nostrum tantis periculis: totque odiis secularium bona nostra inhiantium expositum desereret. quod ego qui propius considero: quid nobis potissimum sit metuendum: pro meo debito: meaque summa de re Ecclesiastica sollicitudine: vestræ R.mæ D. scribo, ut illa quod pro officio suo debet: ac pro sua virtute facit: de ampliando declarandoque opportuno modo so ipso Priuilegio nostro: facere, et curare apud eius Sanc.tem non desinat: quo et religioni Statuique nostro Ecclesiastico: non vulgariter commodabit: et Principem nostrum: nosque omnes ordinarios: hic sibi plurimum deuinciet. Cupio demum R.mam D. vestram valere fel.me. Cui me: et mea obsequia ex corde commendo: Die secunda Decembris. M.D.xxxiij.

P. Tomiczki Ep's Crac. Vicecancell.

Cardinali Protectori

R.me re.e. Quas gracias agam vestræ R.mæ D. pro singulari eius erga me beniuolentia: quam michi tot argu:

mentis declarare, et exhibere non cessat: proq eo studio: et
patrocinio: quo res meas Ecclesiaeq meae iuuare et promouere
apud Sanct.mum Do. nostrum dignatur, equidem non reperio
verum enitar vicissim omni studio et facultate mea: tam pro:
pensum eius in me fauorem semper referre. vt autem hanc
animi mei intentionem: et gratitudinem erga se vestra R.ma
D. clarius cognoscat: impetraui a Mte sua Regia: vt mittere
ei iusserit in presens dono trecentos aureos, non dubito quin
et munus hoc licet exiguum a Mte sua: et meum studium gratum
sit habitura. Quam plurimum rogo adhibere velit operam suam
vt Priuilegium ordinariis Regni huius concessum per Sanct.mum
Dominum nostrum ita interpretetur: amplietur: et extendatur
vt deinceps nullo vnquam tempore cauillari: et infringi possit.
nosq ordinarii liberam collationem sacerdotiorum: in sex Men:
sibus nobis reseruatis quocunq modo vacantium habeamus.
Sunt enim et nunc non-nulli: qui hoc ipsum Priuilegium nostrum limi:
tare: et cassare in nonnullis articulis in eo descriptis conten:
dunt. quorum temerariis et improbis conatibus: vt R.ma D.
vestra sua autoritate obsistere: meq et Ecclesiam meam in
sua protectione commendatam habere dignetur. etiam: atq
etiam plurimum rogo. Non agitur enim hic vllum priuati affectus
negotium: sed facit hoc: et pietas Principis nostri: et summa
mea aliorumq Ecclesiasticorum sollicitudo de statu nostro in
hoc Regno conseruando. qui acriter quassatur cum domi a
plerisq seditionem in nos molientibus, tum ab externis cir:
cumquaq nostros, suo exemplo corrumpentibus, quibus nos
quidem pro virili nostra obstamus: sed si deerit nobis gratia
et fauor ipsius Sanct.mi Domini nostri. metuimus ne non
tempestatibus istis perualere possemus. Curandum est enim
potius: vt osores nostri quod turbent: quodq merito vitupe:
rent non habeant: quam vt non vituperent, etc. quod diffi:
cillimum est, prohibendum. Iterum me nepotemq meum Dominum

Episcopum Plocen: bonum meum servitorem Rmae D. vestrae plurimum ei ex corde commendo. Quam Christus Dominus servet quamdiutissime sospitem et felicem. Datum Cracoviae Die Decembris Anno Domini M° D. xxxiij.

Sigismundus primus rex Polonie Antonio Cardinali Pistorien Protectori.

Sigismundus Dei gracia. Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae, Russiae: Prussiae Masoviae etc. Dominus et haeres.

Rx.mo in Christo Patri domino Anthonio: miseratione divina tituli Sanctorum: quatuor Coronatorum Cardinali Pistoriensi: Sanctae Romanae Ecclesiae: Summo Penitentiario: et Regni nostri Protectori: amico char.mo: ac honorando. Salutem et omne bonum. Rx.me in Christo Pater: et Domine amice char.me ac honorande. Commendavimus pluribus iam nostris litteris, San.mo Domino nostro. Reverendum dominum Hieronimum: Episcopum Vigorniensem: et Camerae Apostolicae auditorem: De cuius praeclara virtute: et meritis: multa praedicari: audivimus: ac etiamnum audimus. Supplicavimusque illius Sanc.ti ut illum ad Sacrum Cardinalium ordinem proveheret: et illi hanc graciam vel nostra causa exhibere dignaretur. Quamvis autem non dubitemus eius Sanc.tem: id non gravatim: ad preces nostras esse facturam: et quod sciamus ipsum Do. Episcopum Vigorniensem: esse gratum illius Sanc.ti: et benemeritum: cupientes tamen ut vestra quoque Rx.ma Do. in hac petitione nostra nos adiuvet: et calcar suae persuasionis addat, plurimum illam rogamus: et ipsamet etiam illum Sanct.mo Domino nostro diligent.me commendet. Quo beneficio quantum illum R.ma Do. vestra sibi obligatum reddet: quantum

ordini suo commodabit: ipsa quae propius hominem nouit me:
lius intelligere potest. Nobis certe rem faciet longe grat.ma
~~ipsa quae propius hominem nouit melius intelligere potest. No:~~
~~bis certe rem faciet longe grat.ma~~. quam illi vicissim omni
studio et gratificatione nostra referre curabimus. Valeat et
sit foelix vestra Rma D. et nos diligat: ac Sanct.mo Do:
mino nostro frequenter commendet. I 1534

Sigismundus primus rex Polonie Antonio Cardinali Pistoriensi Protectori.

SIgismundus Dei gracia Rex Poloniae Magnus Dux lith:
uaniae: Russiae. Prussiae. Masouiae etc. Dominus et haeres:
R.mo in Christo Patri Domino Antonio miseratione diuina
tituli Sanctorum quatuor Coronatorum: Cardinali Pistorien.
sanctae Romanae Ecclesiae Summo Poenitentiario: et Re:
gni nostri Protectori amico char.mo ac honorando. Salutem
et omnis boni continuum incrementum. Rx.me in christo
Pater: et Domine Amice char.me ac honorande. Lata est
hic non pridem: per Reuerendum dominum Andream Epis:
copum Ploce. pro nobili Nicolao Gorski sententia in cau:
sa Ecclesiae Parrochialis in Gorra: contra Bernardum eius
aduersarium: qui et suapte natura ad litigandum propensus:
et inquietorum hominum suasionibus animatus: cum sententiae
contra se latae acquiescere nollet: ab ea prouocauit: cau:
samque isthic ad Curiam Romanam deuolui procurauit: vt
illum litibus: et impensis implicaret. Is Nicolaus Gorski
cum sit iam a pluribus annis seruitor et scriba Cancellariae
nostrae: et ad tuendum ius suum isthuc proficiscatur. Postu:
lamus a D. vestra Rma: vt illum et eius causam commen:

datam apud se habere: eiq authoritate: et patrocinio suo ita adesse velit: ut et sententia ipsius Reuerendi domini Episcopi Ploceñ: de consilio primariorum hic apud nos Iurisperitorum iuste ac legittime lata approbetur: et ille malis articulis aduersarii sui in causa sua iusta non periclitetur: neue ob moras et dilationes ad graues impensas deducatur. Et quia existimamus eundem Bernardum principaliter super attentatis acturum et processurum esse: quo Ecclesia in Gora: et Prouentus eius sequestrentur. Postulamus a Do.ne vestra R.ma operam suam facere velit: ne Sequestrum contra Notarium suum procedatur. Nam ille, si quid contra eum decernetur poterit satisfacere eidem aduersario suo: de Prouentibus aliorum Sacerdociorum: et patrimonii sui. Faciet nobis in hoc rem gratam D. vestra R.ma: quam illi vicissim beneuolentia: et gratificatione nostra Regia referre curabimus. et optamus vestram R.mam D. bene ac faelicitter valere. Datum Vilnae Die xxix. Nouembris. Anno domini. M.o D.o xxxiij. Regni vero nostri anno xxvii.o

P. Tomiczki Eps. Crac. Vicecancell. Cardinali Protectori

R.me. Declarauit michi per litteras suas Doctor Stanislaus Paenitenciarius Apostolicus: iniuriam et contumeliam, Rn.di Domini Episcopi Sidonien: quam molesto admodum accepi animo: cum ob veterem meam erga illum beneuolenciam, tum quod addictus sit R.mae D. vestrae, cui ego propter eius eximias virtutes: et dignitatem: cuperem in rebus omnibus inseruire: et gratificari. Egissem igitur e vestigio: cum Regia: et Reginali M.te: ut haec ipsius domini Episcopi Sidonien

iniuria : sarciretur ex eius sententia : nisi M.tes suae procul hinc abessent in lithuania : egi tamen per litteras diligen.me neq dubito : quin ea res non sit M.tibus suis placitura : sintq facturae id quod et ipsas decet : et R.ma D. postulat. quam plurimum rogo : vt deinceps iam vti velit meis obsequiis : quaecunq in re illa ex vsu suo fore putabit : quae comperiet ad minimam quamq significatem semper prompt.ma . Ac dignetur vicissim me : et mea Ecclesiaeq meae isthic negotia : quae illi declarabit : et proponet Doctor Stanislaus Penitenciarius Polonus yt comendata habere : et vbi opus esset sua authoritate : suoq patrocinio adiuuare : quod illam pro eius benignitate : quae ab omnibus praedicatur facturam confido : ac pro eo me illius bonae graciae dedico : et commendo. Valereq illam fael.me desidero. Crac. Die Decembris. M.o D. xxxiij

Petrus Tomiczki Ep̃s Crac. Vicecancell. Joanni Vilamowski nuncio suo Romam misso.

Vilamowski. Etsi meminimus nos ad te dudum scripsisse nos mittere propere velle in manus tuas. Regias quasdam litteras : Summo Pontifici : et nonnullis R.mis Dominis Cardinalibus ferendas : tibiq vt illas Patauii expectares mandasse. hoc tamen vt nisi nunc praestaremus. Summi Pontificis fecit ab vrbe discessio. audientes enim illius Sanc.tem in Liguriam seu Sabaudiam : vt cum Christian.mo Rege Galliae conueniret profectum esse : non expedire putauimus vt litterae in absentia sua Sanc.tis ad te deferrentur. Quamuis vero de reditu eius Sanc.tis : etiamnum nihil certi habeamus : nacti tamen certum hunc nuntium D. Joannem

Olanthse Pharmacopolam Ploceu: litteras omnes de quibus tibi dudu scripsimus, ferendas illi tradidimus: quas cu tu de manibus eius accipies: mox cum illis Romam proficiscaris et ita vt inscriptas inuenies tam Summo Pontifici: quam aliis dominis Cardinalibus vna cu domino Doctore Rzecicza reddere cures. vbi vero necdu reuersus sit in vrbem Roma Summus Pont: et Doctor Stanislaus illius Sanctis aulam sit sequutus. cures easdem litteras: ad manus illius transmittere. Caeteru si nec Pontifex rediit: nec D. Doctor illu sit sequutus, consules cum ipso domino Doctore: an in manus R.mi D. Cardinalis Protectoris litteras ad Aulam Sum̄i Pontificis mittere: an vero reditu Sum̄i Pont: cu illis expectare debeas: expendens inter alia: quam difficilis sit omniu reru in vrbe absente Summo Pont: expeditio. Reddet etiam tibi D. Joannes aromatarius Ploceu: trecentos aureos Hungaricales: quos ad intercessionem nostra Mtas Regia: R.mo Domino Cardinali Protectori mitti dono mandauit. quare tu illos ita integre: et in eodem auro simul cu Doctore Stanislao D. suae R.mae offeres: et trades: vel si et ipse absens fuerit, consules ab eo per litteras: aut dominus Doctor Rzecicza consulat, cui illos numerari: vel quomodo ad se transmitti cupiat.

Praeterea domino Lasaro Bonamico: litteras Regis Iuuenis et aureos centu reddes quos illi mitti nos impetrauimus bonam rationem suae singularis virtutis et erga nos non vulgaris propensionis habentes.

Commendauimus causam tuam: R.mis Dominis Sanctoru quatuor Cardinali: et Vigorniensi Episcopo: auditori Camerae Apostolicae: apud quos: si tu tibi deesse nolueris: bonu te patrocinium habituru nihil dubitamus.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell Cardinali Protectori

Rme in Christo Pater : et Domine Domine colen.me.
Humilem commendationem. D. Samuel Maciejowski Ecclesiae meae Canonicus : et Regiae Mts Secretarius inter omnes optime de me bene meritus : commisit Domino Doctori Stanislao Paenitenciario : et Joanni Vilamowski : ut necessarias sibi dispensationes : et reseruationem aliquam sua persona dignam : apud sanctam sedem Apostolica obtinerent. In qua re : cum Joannes Vilamowski patrocinium Rmae D. vestrae postulabit, illam plurimum rogo : dignetur illi ex affectu adesse. Nam quidquid ea in re vel consuluerit vel praestiterit domino Samueli praedicto : in me collatum arbitrabor. Hoc loco etiam et Joannis Vilamowski causam : quam ratione Canonicatus Gnesnen : cum suo aduersario est habiturus. D. vestrae diligen.me commendo. Et ut patrocinio suo illum subleuare dignetur, magnopere ab illa rogo. Quod vero reliquum est, me amori, et beneuolentiae D. vestrae Rmae commendo. quam Christus Dominus seruet quadiutissime sanam et faelicem. Datum Craccs. Die v Decembris. M D xxx iiii.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan: Cardinali Protectori

Rme in Christo pater : et domine domine colen.me.
Humilem commendationem.

Ante duos Menses dedi et scripsi litteras : ad D. vestra R.ma de multis rebus : et aureos Hungaricales trecentos a R.a M.te ad ~~numerandam~~ remunerandam illam impetratos misi : quae cum sperem reddita iam esse integre : vestrae R.mae D, eorum qui illic scripta sunt in presens nichil repeto, Hoc tantum ab illa impense rogo vt in extendenda : et interpretanda Bulla ordinariorum opera et patrocinium suum : cum M.ts Regiae domini nostri postulatione ita coniungere dignetur : vt et secundum ea quae prius M.tas sua scripsit : et secundum hanc minutam : quam presentibus inclusam mitti mihi mandauit : et Bulla ipsa interpretari : ac extradi et M.tas sua : quae non nisi res aequas et honestas petere solet : a Sanct.mo Domino nostro exaudiri possit. Hanc enim minutam M.tas sua Regia cum omnibus Regni Praelatis vidit et probauit.

Amplius etiam rogo : a vestra R.ma D. dignetur domino Sta.o Paenitenciario homini tam apud M.tem Regiam : quam apud Praelatos et Proceres Regni gratiss.mo, supplicationes super sacerdotia : quae vacarunt per mortem olim Nicolai Poplawnieski signatas : citra aliquod soluendae pensionis onus restituere. In posterum vero eam curam pro suae Protectionis officio adhibere quam defunctus : et desideratiss.mus Patruus sui in sacerdociis Regni huius adhibere solebat : nemini(que) externo reseruari pensiones in Prouentibus Sacerdociorum Regni huius vestra R.ma D. paciatur. hac enim re, sicut et illius olim Patruus multam sibi cum apud Regiam M.tem tum apud omnes Regni ordines gratitudinem comparare poterit. quod ego pro mea erga illam obseruantia : atq(ue) animi propensione, et affectu cum primis optarem. Alia quae longum videbatur in litteris D. vestrae R.mae annotare id D. Stanislao Paenitenciario : et Joanni Vilamowski Seruitori Regio perscripsi. In quibus cum illi opem D. vestrae R.mae implorauerint. plurimum illam rogo : adesse illis non dedignetur. Cuius

ego me beneuolenciae iterum atque iterum commendo: et vt sit quam diutissime incolumis et faelix a Deo optimo Maximo precor et opto. Datum in oppido nostro Kielcze. Calend. Februarii. Anno domini M° D° XXX iiij.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.
Stanislao Rzeczicza penitenciario Romano

VEnerabilis domine, frater in Christo char.me
Acceptis iam ante aliquot Menses litteris vestris: quas Seruitori domini Decani Gnesnen ferendas ad nos dederatis: et intellectis ex eis rationibus: et causis: quibus vos adducti litteras Mtis Regiae quae visae sunt vobis durinsculae scriptae reddere Summo Pontifici: et Rmo Domino Carli Protectori non censueritis: diligentissimam tum fecimus operam: vt denuo litterae secundum annotationem suasionemque vestram nomine Regio confectae ad vos mitti potuissent. Quas sane iamdudum misissemus: nisi allatae interim aliae a vobis ex vrbe Roma litterae: vna cum breui Apostolico negotium Priuilegii ordinariorum Regni continente nos in eam deliberationem adduxissent: vt vno negotio, et quas prius parauera mus litteras, et quibus nunc iterum M.tas Regia super Breui ad se dato, summo Pontifici respondet absoluamus et simul ferendas committamus. quo magis animus Summi Pontificis binis de eodem negotio litteris acceptis permoueri possit. ad id sine cunctatione praestandum. quod Mtas Regia de interpretando: et ampliando ordinariorum Priuilegio toties postulat: et non sine sua indignitate petit
Et tametsi quidem incertum habeamus: an sit Romae

Summus Pontifex: vel si non sit: quam cito sit illuc reditu:
rus vt tamen vlteriori vos expectatione responsionis no:
strae: et earu litterarum de quibus qd mitti per manus Vi:
lamowski debeant scripsimus non teneamus, mittimus illas
in presenciarum: vna cum exemplis litterarum: quae exem:
pla vos simul cum Joanne Vilamowski perlegetis: et litte:
ras obsignatas Summo Pontifici: et Rmis Hippolito de
Medices: ac Sanctorum quattuor Cardinalibus: et Rmo
domino auditori Camerae reddetis. Agentes tum: et
quolibet alio tempore summo studio: et cura vestra: vt
Mtis Regiae postulatis in ampliatione, et interpreta:
tione Priuilegii: tandem sine vlteriori dilatione satis:
fiat. quod qua ratione: et in quibus Priuilegii locis fieri
debeat: vos accepto: et commonicato Consilio: cum Rmo
domino Auditore Camerae: et Domino Laberto: refe:
retis, et declarabitis. Nam vt videbitis in exemplo
litterarum Mtas Regia se refert: ad Joannis Vilamo:
wski: et vestram relationem.

Caeterum etiam cognoscetis ex predictis litterarum exem:
plis, q Mtas Regia postulat a Summo Pontifice: con:
cedi: et indulgeri prorogationem Jubilei prius: ad Vilnen
et Plocen Ecclesias: vt se post conflagrationem repara:
re possent concessi: ad quam rem etiam vos et industria
vestram ita accomodetis: vt Mtas sua voti sui in hoc
compos esse possit.

Cognouimus ex litteris vestris: et relatu D. Bartholomei
Gandkowski, Rmu D. Cardinalem Protectorem alie:
natum ab hoc esse: vt Priuilegium nostrum interpretetur
ac extendatur vbi opus quippe qui hoc Breui quod nu:
per Mti Regiae per Summum Pontificem est missum.
et quod nobis non satisfacit rem omnem absolui: et rebus
nostris bene consuli posse censet, et Mti Regiae ac no:

bis persuadet. Quare et nos animum illius conciliatum in hoc
et in aliis quae occurrerent nobis faciamus. Impetravimus a
Regia Mte vt illi trecentos Aureos Hungaricales muneris
loco: nunc dari mandaret: quos nos a Domino Boner accep:
tos: vobis cum presentibus mittimus: vt illos vicissim vos
et Joannes Wilamowski D. suae Rmae reddatis, et nomine
Regiae Mts: et nostro illam rogetis: vt patrocinium suum quanto
magis intendat: ne non sit nunc iam tandem aliqua difficultas
interpretationem: et ampliationem Priuilegii nostri: simul et
prorogationem Jubilei ad Plocen et Vilnen Ecclesias obtinendi.
Arbitramur vos exemplum Breuis quod Summus Pont: nuper
ad Ram Mtem misit habere non potuisse, quoniam illud nobis
non miseratis. quare illud nos vobis nunc mittimus: vt cognosca:
tis Priuilegium nostrum: hoc ipso Breui: et nunc et in posterum
tutum esse. ab impugnatione rabularum non posse.
Persuademus enim nobis id vos quoque de inualiditate ipsius
Breuis sensuros esse, quod nos et reliqui domini Episcopi Re:
gni atque prudentes viri senciunt.
Cum Supplicatio reseruationis et donationis Jurispatronatus et
presentandi duobus Capitaneis nostris: ad duas Collegiatas Ec:
clesias iam dudum signata sit: ex qua diplomata et litterae
Summi Pontificis ad perpetuitatem confici debent: rogamus
a vobis vt illa ipsa diplomata conscribi facere: iuxta exem:
plum a domino Lamberto confectum quod vobis ~~com~~ re mittimus. et
cum diligentia expedire curetis: quibus caueatur: ne vllo
vnquam tempore Capitanei nostri in collationibus Sacerdotiorum
tam kielcen: quam Vislicien Ecclesiae quouis exquisito co:
lore impediantur: et vt ipsa Juris Patronatus illorum: et
presentandi reseruatio: firma semper: et inuiolabilis per:
maneat: pro quibus diplomatis: vt in meliori qua possint
forma expediantur, Mittimus vobis cum presentibus
centum quindecim aureos Hungaricales, mittimus etiam

et mandata cum instrumentis quae ad consenciendum in reseruationem Juris Patronatus praedicti nomine Regiae M[ajesta]tis et nostro facta sunt. quae tametsi iam ante semel vobis miseramus: ob varios tamen casus: qui vt non reddantur litterae contingere solent iterum mittere voluimus: vt ad rem bene et celeriter conficiendam: nihil prorsus nobis deesse vel impedimentum afferre posset

R[egia]lis M[ajes]tas hera nostra contendit vt D. Faelix Naropinski praeferatur Andreae Czarnkowski in assequendo Canonicatu hic in Ecclesia nostra: et propterea nominare non vult vigore Breuis Apostolici ad se missi ipsum Andream Czarnkowski: quoad faelix Naropinski reualidatam habeat suam nominationem. Cum autem vt scitis M[ajes]tas sua Reginalis post mortem Raphaelis Cothecski: repulso domino Sbayski: qui priorem nominationem Regio nomine habebat. Vilhelmum Jarocski vigore posterioris suae nominationis: per authoritatem in Canonicatu collocarit: in contentionemque [illegible] laesi animi domini Sbanski de reliquis sua et ipsius Sbanski nominationibus: quae tum adhuc ad Ecclesiam nostram extabant: hanc dispositionem fecerit: vt Sbanski commutatis secum nominationibus ex Jure nominationis qua ipsa sola M[ajes]tas Reginalis eum nominauerat esset vel ipsemet solus: vel cui Jus suum faueret primus ad Canonicatum vacaturum expectans: non sine iniuria equidem hoc foret: si nunc Czarnkowski eum Sbanski Canonicatu a nobis post mortem domini Samocski accepto Jus suum fauit repelli: et posterior contra promissionem factam in assequendo Canonicatu haberi debeat. Quare a vobis plurimum rogamus vt per patrocinium domini Auditoris Camerae efficere curetis ne nominatio Faelicis Naropinski: tam citto reualidetur. Nam per eiusmodi reualidationes nominationum R[egia]lis M[ajesta]tis quae dudum aliquoties contentationibus acceptis sunt absumptae: aliorum reseruationibus et gratiis iniuria: et impo-

dimentu afferatur. Iactat quidem dominus Naropinski missam sibi esse supplicationem signatam super nominatione re: validata: et iam patrocinio R^lis Mtis procuravit se a Rege nominari, hanc tamen nos supplicationem non credentes ex: peditam nominationem de illo factam admittere noluimus praesertim cum sciamus Mti Regiae: hoc tempore nullum ius ad nominandum aliquem competere, Post mortem enim Joannis Sabocski Penitenciarii: nominaverat Mtas sua Regia dominum Sbaski, qui nusquam adhuc expresse ei sibi fa: ctae nominationi cessit neque cessurus est nisi coactus: vel cum viderit Czarnkowski in Iure suo: secundum R^lis Mtis pro: missionem non impediri, quae tamen translatio ex persona D. Sbaski: in personam D. Faelicis Naropinski ne fiat invito et non consenciente Sbaski, totis viribus et quantum maxime po: testis impediatis.

Dominus Czirmienski praedicat se plenum ius habere ad Custo: diam Kielcen: post mortem domini Joannis Raiski in Mense Pontificio vacantem: fortasse exinde opinionem concipiens quod sit factus certior supplicationem suam: et consensum a Do: mino Raiski in vita adhuc praestitum: apud Dominum Datarium inter supplicationes retentas esse. Nos tamen nobis persua: demus illum Custodiam praedictam evicturum non esse, partim quod dominum Philippum de Senis: ad quem paulo ante scripsimus credimus non permissurum ut Consensus domino Czirmienski ad coadiutoriam in custodia Kielcen: et Domino Gamrath Episcopo Camenecen: ad regressum Scolastriae Plocen prae: stitos: ad iniuriam servitorum nostrorum extendantur: et in libros Camerae iam post mortem eorum: quorum nomine sunt praestiti inscribantur, partim vero: quod neque dominus Epi: scopus Camenecen: neque Czirmienski ad ea obtinenda R^ae Mtis ordinarii: et Capituli consensum habuerunt.

Utrumque tamen est a vobis enixe rogamus diligentem faciatis

operam: ne prouisio per nos de custodia kielcen facta irri:
ta fiat, et inanis, neue Stanislaus Gorski seruitor noster in
Scholastria Ploccen: ad quam sibi soli ante omnes Jus melius
competit alia ratione periclitetur. presertim cum dominus
Gamrath nihil aliud producat: nisi verba de regressu: quem
non habet: neque vt credimus etiam exempla supplicationis
habere poterit. Summus enim Pontifex: in litteris et breui
suo quod Regiae Mti praeterita aestate misit, declarat se man:
dasse Datario: ne coadiutorias regressus: accessus: si qui
forte per imprudentiam ad importunam cuiuscunque instantiam
concederentur emitti permitteret, nisi in quibus Regis or:
dinarii et Capituli accederet consensus. Cuius rei custodem
et obseruatorem diligentem dominum Datarium credimus futurum.
Coadiutoriam quam in Parrochiali Wawrzinczicen scribitis do:
mino Bernardo Wapowski, Cantori Ecclesiae nostrae de con:
sensu possessoris signatam esse, scitis indebitam esse, namque nos
iam pridem: quod non ignoratis vniri illam curauimus: non
sine magna sollicitudine, et sumptu nostro Suffraganeo in
Cracf. Episcopatu pro tempore existenti, quare a vobis roga:
mus: vt omni diligentia expeditionem litterarum praedictae
coadiutoriae impediatis: ne postea aliquod negotium: cum qui:
busuis morosis, et importunis hominibus habeamus.
Habuistis per non modicum tempus pacificam in koslow possessio:
nem: qua nuper nulla legittima de causa: nulloque iure exibi:
to: ac ostenso: sed absolute de facto: et iussu: ac mandato
domini Episcopi Posnanien: in fauorem Michaelis estis spolia: Jo. Latalsky
tus. Quare vestrum erit: vt in iudicio rotae ita super spolio
et iniuria vestra agatis: vt et aduersarium poeniteat tentasse: et
dominum Episcopum pudeat admisisse: vel imperasse possessionis
vestrae spolium.
Caeterum et a possessione Ecclesiae Parrochialis in Gora, post
mortem domini Poplaunic3ki vacantis, repulsus est per Bar:

tholomeu Ganthkowski : qui sibi nullu aliud Ius ad illam competere affirmat : nisi q sperat Rmu D. Cardinalem Protectorem sibi de illa cum vos illi renunciaueritis : et obtinere illam, presertim sub graui pensione annua. non curetis promisuru esse. Quare declaretis nobis velitis nec ne vestro nomine hanc parrochialem accipi. Nam vbi vrm — in hoc animi et mentem cognoscemus : facile pœnali Monitorio quoscunq occupatores a possessione repellemus. Suademus tamen vobis, ne vos ad soluenda quamcunq vel minima pensionem de Prouentibus prædictæ Ecclesiæ submittatis. Nam pœnas graues in Statuto Regni contentas euadere nequaqua poteritis. Cum Summus Pontifex. Mti Regiæ in suo Regno: et vniuersa Gnesnen prouincia Prouentu denarii sancti Petri ad certu tempus donare. pro reparandis Castris hostiu finibus adiacentibus. dignatus sit, Plane non vult Mtas sua. vt vel minima pars ex hoc prouentu clericis cameræ tribuatur: Quare nos Mandato suæ Mtis parentes, et ad illud etiam aduertentes, q Summus Pont: in litteris donationis suæ. nihil pro clericis Cameræ reseruauit: non retinuimus pro illis hactenus. ex præteritis contributionibus quidqua. Veru vt deinceps. quid sumus ea in re facturi melius deliberare possimus. a vobis rogamus perscribatis nobis: quid vos factu optimu: et necessariu senciatis.

Dominus Nicolaus Mikolaiewski. qui in ciuitate nostra Illsen per multu tempus viceprepositurræ offitiu sustinuit: et cui nos de parrochiali in oppido nostro Jasthrzabie prouidimus credentes illam in Mense ordinarii vacasse: vocatus est in Ius a quodam Bomiecski: quem nos propter mores eius incognitos. habere illic nollemus. quare a vobis rogamus: vt illu in iudicio rotæ: et in audientia contradictaru. ita deffendatis. ne aduersarius quid contra illu obtinere possit. quo illu possessione prædictæ Parrochialis

deturbaret. Cupientes declarare obseruantia, et propensionem nostram erga R.mu D. Auditorem Camerae: impetrauimus denuo, in commendationem D. suae ad Summu Pontificem a Regia Mte litteras quas et illaru exemplu: cu presentibus, et illi, et vobis mittimus. Satisq confidimus q cu D. sua R.ma illas cu precibus coniunctim Summo Pontifici offerre dignabitur: ea quae optat: et virtus eius meretur nosq ardenti animo desideramus consequi facile poterit. Nos vero ex illius D. accessione letabimur multu: et procul dubio: et Mtas Regia: et R.mi D. Regni Episcopi omnes letabuntur. cui vos per omnem occasionem: res et negotia nostra Ecclesiaeq nostrae. simul et officia: vires et facultates nostras, qua diligen.mo commendare curetis.

Supplicationes signatas restituere dignaretur: et vt eam rationem circa sacerdotia Regni retineat: qua scit defunctu olim patruu suu obseruasse: qui non permittebat vnqua pensiones hominibus externis: in sacerdociis Regni huius reseruari: et hac re se et suam protectionem cum Regiae Mti tum omnibus Regni incolis: faciebat gratam: quibus meis litteris D. sua R.ma permotam nihil dubitamus in omnibus vestrae voluntati satisfacturam esse. At quonia vos alias iam duas parrochiales obtinetis, non ingrata equidem rem nobis faceretis: si domino Bartholomeo Gandkowski Parrochialem in Gorra, quae in prouentibus tenuis est fauerctis: qui etiam se et suas rationes protectioni nostrę dudu tradidit. vbi tamen id contra mentem vestram esse debeat aduersari voluntati vestrae: nedu in hoc, verum et in aliis quibusuis fortunaru vestraru occasionibus volumus: quin etiam vt solemus Ius vestru pro viribus defendemus.

Cum nuper in conuentu Piotrkouiae octo essemus: contulim9 cum R.mo domino Posnaniew Episcopo: quid fuerit in

causa quod possessionem Parrochialis in Coslow admini vobis iusse-
rit. cuius D. R.ma pro more et consuetudine sua id se unquam
fecisse constanter negauit. quin ex contrario testatus est
se multum vobis debere propter humanitatem quam fratri
suo domino Georgio isthic declarastis ac exhibuistis. Ac
tum e vestigio Capitaneo suo Coslouiensi aduocato dedit illi
in mandatis: vt de prouentibus Parrochialis prædictæ nemi-
ni preter vos respondere permittat. Vnde iam persuadere
vobis poteritis quod in possessione prædicta nihil sit impedimenti
intercessorum: sicut et in parrochiali in Crobia: liberam etiam
et a nemine impeditam possessionem habetis.

Minuta interpretationis bullæ ordinariorum: et nobis. et
cæteris dominis Regni Episcopis ac Prælatis bene placet. quam
de consilio vestro litteris nostris inclusam ad R.mum D. Cardina-
lem isthuc mittimus. in qua tametsi non displiceret: vt Sacerdo-
tia etiam apud sedem vacantia inclusa fuissent. quia tamen id
aliter. R.mo D. Auditori: et domino Lamperto videtur nihil
repugnamus illorum sententiæ subscribere: vt quidquid hac
in re factum fuerit: boni consulemus

De inscriptionibus hostiorum. fenestrarum: et variarum domus
partium. item de Elogiis in sepulchris in fontanis excisis ite-
rum vobis

Domini Episcopi Sidoniens iniuriam quam se accepisse a domino Lodouico Aliphio gubernatore Ducatus Baren scribit multum doluimus : et ut tantam illius D.mis contumeliam multam M.tas Reginalis non praetermitteret multum ab illa per litteras rogauimus . Sed heu quid nobis hic procul sit a quouis temerario nebulone metuendum : cum talia in faucibus pene et sub alis Apostolicae sedis impune in Episcopos patrari audiamus : et cum iam etiam in his : quae vel princeps noster pro nobis : proque tranquillo statu Ecclesiarum Regni sui : apud sedem Apostolicam impetrat impediamur . utcunque tamen est nos tum amore domini Episcopi Sidoniens : et illius Praelati R.mi D. Cardinalis Farnesii : ad quem etiam prout consuluistis litteras nostras dedimus , ~~tamen~~ tum odio tirannidis quoties opus fuerit scribemus : et intercedemus apud Reginalem Mtem : ut hoc grande nephas iusta animaduersione expietur : et de illata contumelia domino Episcopo satisfiat .

Accepimus R.lem Mtem nos criminari et accusare : quod nostrates Cortisanos impediamus : apud Summum Pontificem negracias : reseruationes obtinere possint : quam rem etsi nulla iniuria affici R.lem Mtem videamus : non interest cuius : Ecclesiasticas nostras rationes curare : ea tamen re non mediocriter permouemur : cum intelligamus : non abs alio nisi a Michaele Paczanow haec in nos ad Mtem Reginalem scripta esse eius enim opera Mtas sua tam in suis : quam in clientum suorum negociis vtitur : ut tamen nos non videamur Michaeli cedere velle : et eius ~~beniguitate~~ iniquitate a nostra sententia depelli rogamus a vobis diligenter insistatis : ne graciis : et reseruationibus multis onerentur Ecclesiae nostrae : et ne Mtis Reginalis nominationes : toties iam per contentationes : a nominatis acceptas consumptae : ad iniuriam aliorum reualidentur : praesertim cum Mtas sua : non sponte sua sed ad importunam petitionem : nonnullorum interdum reua:

lidationibus eiusmodi a sede Apostolica petere soleat, et plu:
rimi adhuc sunt servitores nostri: qui gracias reservationes: et
nominationes quae non sunt sortitae effectu obtinent. Est autem
non parua iniuria: cu uno et eodem iure renouato: et in integru
multoties restituto. Succedentes expectatiuae locis suis extur:
bantur: sicut nunc et Joanni Wilamowski: et Andreae Czarnko:
wski contigit: qui reualidatis nominationibus: et pro quibus
iam accepta est contentatio in assequendis vigore suaru graci:
aru: et reservationu sacerdociis impediantur. Vidimus litte:
ras: quas Rev.mus Dominus Cardinalis Sanctoru quatuor R.li
M.ti scripsit: et quibus certiorem facit suam Mtem q a Summo
Pontifice impetrarit: vt facultas nominandi a Bonae Memoriae
Leone Pontifice: Mti Regiae concessa reualidetur: qua Mtas
sua: ad instantem petitionem Reginalis Mtis: vellet Faelicem
Naropinski: ad Ecclesiam nostram nominare: et efficere: vt in
assequendo Canonicatu vel Praelatura, Andreae Czarnkowski
praeferatur: de qua re litteras hactenus non esse expeditas
nos speramus: Et propterea rogamus a vobis: operam fa:
ciatis: vt expeditio illarum impediri possit: ne tam aper
ta iniuria Andreas Czarnkowski afficiatur: et nos
exinde aliquod quod nollemus negociu habeamus.

Dominus Maciejowski indiget dispensationibus: ad incompati:
bilia: cupit etiam impetrari sibi reservationem aliquam singularem
ad aliquot Dioeceses: tam propter se: quam propter aliquot fratres
nobiles adolescentes: qui initiari sacris cupiunt. In hoc vos cu
Joanne Wilamowski: ita illi inserviatis: vt cognoscat et nostra
commendationem: et operam nostram fuisse non vulgarem. prae:
sertim cum et ipse omni genere officii vos sibi studet devincere
et nihil praetermittere: quod ad cumulandu honorem: et dignita:
tem vestram pertinere possit.

1533

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Doctori Stanislao de Rseczicza Poeniten-
cionario.

Venlis domine frater in Christo char.mo. Tametsi paulo ante scripserimus ad vos: tam de litteris Iurispatronatus ad duas Collegiatas Ecclesias: quam de bulla ordinariorum interpretanda: et expedienda: quae scripta nostra: simul cum aureis trecentis per nos Rmo Domino Cardinali Protectori a Ra Mte impetratis: et cum fasciculis litterarum isthuc missis, vos iam accepisse nihil dubitamus. Nunc tamen nuntium iterum nacti: rem hanc quam cordi habemus repetere volumus. Rogamusque iterum a vobis: ut litteras reseruationis Iurispatronatus: secundum minutam quam vobis remisimus: et Bullae interpretationem: atque extensionem: secundum minutam: quam mittimus cum presentibus utramque: a domino Lamperto conceptam et scriptam expediri curetis.

In negotio Stanislai Gorski: Seruitoris nostri quid agi debeat plane nescimus. Dominus enim Episcopus Plocen: nepos noster data non mediocri contentatione domino Episcopo Camenecen pro iure regressus: quem ad Scolastriam Plocen ipse se habere praetendit, vosque de illo nos pluribus litteris nostris fecistis certiores ad aliam contentationem Gorski faciendam adduci aliter non potest nisi prius cognitum sit et exploratum vel regressum expediri non posse: vel Ius Gorski inter Regressus preualere. Metuit siquidem ipse dns Eps ne cum Nepote suo iure Gorski in Scolastria firmare vellet: alter quispiam Ius a dno Camenecen Epo consequutus, illum demum ab ipsa Scolastria exturbet. Ceterum et de Iure Nominationis Angeli Baren quo mor dns Corzbog Scolastriam acceptauit, plus sibi dns Eps Plocen persuadet quam de iure Gorski presertim cum se edoctum esse dicat, quod nominatio illa neque consumpta est neque renouata. In hiis enim nos cum nos ita dubii haereamus ad vos totius causae negotium referendum duximus, ut vos pro peritia et experientia omnibus concurrentibus iuribus, nos pro stantibus, quid vel tuto vel iuste in utramque partem complecti possit vel statui debeat. Nos enim interea et Gtor noster quiescens, et responsum vestrum expectare decreuimus.

Domini Samuelis Maczuiowski: amici vestri negotia: quae prioribus litteris vobis commendauimus nunc iterum diligenter commendamus: et postulamus a vobis ita vos in illis recte curandis geratis: ne et in expeditione, et in amico vestro erga illum offitio: desiderare quidquam nos et ille possimus.

Aduocauimus ex Gimnasio Patauino: Doctorē legū quem in studio Crac[oviensi] impensis nostris fouere et tenere volumus: vt Institutiones Justiniani Imperatoris primū: Deinde leges profiteatur. Quia vero vt scitis pauci apud nos sunt Scholares: qui non sint clerici: et sacris iniciati: Rogamus vos impetretis M[aies]tis Regiæ et nostro nomine indultum Apostolicū per Breue: vt omnibus etiam clericis: et in sacris ordinibus constitutis Instituta Justiniani: et leges audire in studio Cracouien[si] liceat. Cupimus enim ex animo: vt hic quoq[ue] in Regno nostro Juuentus nostra Polona: cū in legibus in quibus ciuilis prudencia consistit: tum etiam in aliis ingenuis disciplinis erudiatur: ad quod nos operam et impensam nostram impendere non grauabimur.

Caputium ad pluuiale secundū forma[m] quam vobis misimus laborari et eleganti Phrigio labore: et arte faciatis: et cū perfectū fuerit ad nos transmittatis.

Cum vacasset nuper Canonicatus in Ecclesia Wladislauien[si] per mortem domini Erasmi medici: acceptauit illū Albertus Kiewski: Seruitor noster vigore nominationis Regiæ al quem cū dominus Rilski vigore nominationis Regiæ Jus se habere prætenderet: iniit concordia[m] cū illo Kiewski: promisitq[ue] se obtenturū: et impetraturū illi: apud sedem Apostolica[m] translationem ~~nominati~~ nominationis Regie de Wladislauien[si] ad Posnanien[sem] Ecclesiam. Quare vos rogamus plurimū: vt eandem translationem nomine Regio impetrare curetis: ita tamen vt ea nominatio domini Rÿlski: cū translata fuerit non præiudicet seruitoribus nostris: qui ad Ecclesiam Posnanien[sem] per Regiam M[aies]tem sunt non pridem nominati. Et bene valete. Datū in Kielcze Calend. Februarii Anno M°D·xx iiii

1534

Petrus Tomiczki Eps Crac. viceecancell.
Doctori Stanislao de Brzezicza.

Venerabilis domine frater in Christo charss.me. Accidit nuper qd Valentinus de Paczanow viccarius quondam Ecclesiae Sandomiriensis de homicidio manifeste accusatus et condemnatus, vel per alterius cuiuspiam subornationem, vel sponte sua ad lacessendos iniuria homines incitatus, cittari fecit nuper dominum Joannem Osmolski, consanguineum D. Samuelis Maciciowski, ut sexagesima die in Urbe responsurus contra se agentibus compareat, quae cittatio per quendam clericum facta est in Ecclesia Parrochiali Lublinensi, et non in loco alicuius ipsius domini Osmolski beneficii, praeterea Citatio non fuit valvis Ecclesiae affixa, neque illius copiae relictae. Qua in re utcumque nihil periculi nos advertamus, cum et omnes tres Parrochiales quas obtinet dominus Osmolski sint Iuris patronatus laicorum, et super illis retinendis est sufficienter a sede Apostolica dispensatus, tametsi bullam dispensationis hactenus non redemerit. Quia tamen ipse Osmolski metuit ne per praedictum homicidam nequam sacerdotem in aliquam non necessariam difficultatem coniiciatur. A vobis rogamus ut nomine ipsius Osmolski cum Mandato quod vobis cum praesentibus mittimus ante iudicem comparatis et curam habeatis, ne per contradictarum iudicium adversus illum procedatur. Ubi vero quod non credimus res haec serio et non in terrorem tantum agi incipiat, nos certiores de hoc facere non negligatis. Dabimus enim operam ut et pecunia, et instructio necessaria ad causam hanc vobis mittatur. Interim sanam et faelicem esse optamus
Datum in Bodzanecin Die xxiij Februarii Anno 1534

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Cardinali Protectori.

Rx. me in Christo pater et Domine domine colen. me humilem commendationem. Dominus Abbas Tinecen ordinis sancti Benedicti Praelatus in mea Dioecesi ut loci amplitudine ita Principum eius regni gracia, inter caeteros sui ordinis excelsior, nuper per religiosum quendam eiusdem professionis fratrem suum ad Rmum dominum Camerae Apostolicae auditorem inique delatus, et subinde litteris monitoriis ad respondendum in urbem vocatus. Permoleste ferens se iudiciaria contentione, cui non asueuit, preter spem et preter omnem causam prouocari, ad me quem superiorem suum profitetur confugit, simulque postulauit, ut in tuenda innocentia, et quiete sua consilio et opera illi non deessem. cuius ego probitatem cum non minus quam istuis delatoris contumatiam et peruersitatem nossem, ad ea quae a me postulauit praestanda, et quae vel tacente illo sponte mea facturus essem, facilem et promptum me obtuli. Quare D. vram Rmam obnixe rogo, ut Monacho isti insolenti, et qui ob multa scelera perpetrata, et licentem supra modum vitam suam, Praepositura regulari in Tuchow per sententiam viccarii mei Cracovien generalis est priuatus, et ad fratres in Monasterium redire frustra missus, fidem non habere dignetur, neque permittere ut D. Abbas vir alioqui quieti et paci deditus ab Monacho nequam, vago, et per inobedientiam aliaque improba facinora religionem contemnente turbetur.
Ubi enim hoc tempore cohertio sceleratorum monachorum vel impedire tur, vel adimeretur Praelatis, et regularis

disciplina facile concideret, et per rem tam mali exempli scandalum in populo augeretur. Qua in re quidquid D. vra R.ma ita egerit, ut dominus Abbas ab impetitione iniqua et non necessaria absoluatur, hoc ego officiis et obsequio meo referre et mereri illi semper curabo. Cuius fauori et beneuolentie me et eadem ipsa officia mea diligen.me commendo, optans ex animo, ut Deus omnipotens vestram R.mam D. in recta valetudine, et multa felicitate, quam diutissime seruare dignetur. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao de Rzeczicza Poenitenciario
Romano.

VEnerabilis domine frater in Christo char.me. Accepimus non pridem litteras vestras datas Romae XXiii Januarii quas attulit Cracouiam ex Venetiis Joannes Atlense Aromatarius Plocen. ex quibus gratum et iocundum fuit nobis cognouisse quod litterae Regiae et nostrae, quas per eundem Joannem Aromatarium miseramus, sint ad vos perlatae et vobis redditae.
Quod autem non bene speratis quod prorogacio graciae Jubilei ad Plocen. et Vilnen. Ecclesias, igne absumptas impetrari possit absque litteris Regiis ad Summum Pontificem, quae non sunt missae. Nos eum morem hactenus obseruamus quod non de omnibus negociis ad Summum Pontificem nomine Regio scribere solebamus. Nolentes illius Sanc.tem magnis alioqui et continuis curis districtam lectione litterarum occupare. Sed pleraque ad R.mum D. Cardinalem referebamus, quae ille demum cognita mente et voluntate M.tis Regiae curare solebat. Quando vero vos putatis et censetis litteras Regias ea in re necessarias esse, nos illas quamprimum mittere curabimus.

Interim tamen vos non desistatis petere dictam jubilei prerogatio:
nem, simul et alia curare, de quibus prioribus litteris abunde
scripsimus.

Sciatis autem q̄d alia fuit Supplicatio ex qua formata et scripta
fuit Bulla ordinariis Regni huius concessa, quã illa quã nobis
per D. Bartholomeũ Gandkowski misistis. Cum enĩ pr͞ima illa
Supplicatio quã dominus Gandkowski attulit et reddidit nobis et
aliis Prelatis Regni, ac etiam ipsi Regie Mᵗⁱ non placuisset,
scripta fuit isthic alia et ad nos transmissa, quam cũ nos posthac ma:
nu Regia subscriptã quam ad Summũ Pontificem misissemus
e vestigio fuit signata, et secundũ illam litteræ expeditæ, eam
suplicationem, seu potius verũ illius exemplũ nos mittimus vobis
cum presentibus ex qua cognoscetis vanos ac inutiles esse conatus
illorũ qui bullã et graciam ordinariis regni huius concessam in:
fringere et irritam reddere contendunt
Queritur Dominus Gandkowski q̄d excommunicantur Procura:
tores ipsius, qui proventus ecclesiæ in Gora eius mandato, sine
omni Jure, et iniusto titulo occuparunt, et distraxerunt, adornatq;
propterea profectionem suã Romã, sperans quod eandem Eccle:
siam sit a Rᵐᵒ domino Protectore impetraturus

Scripsimus vobis de rebus aliis per dominũ Noskowski qui circa
initiũ quadragesime Cracovia discedens, recta isthuc est pro:
fectus, per quem minutã reformationis bullæ ordinariorũ
misimus per dominũ Lambertũ abreviatorem confectam, quæ no:
bis satis placet, cũ Rᵐᵒ domino Auditori, cuius iudicio nos mul:
tũ tribuimus, ac ipsi quoq; domino Lamberto et vobis bene, et
pro rei necessitate scripta esse videatur.

Evocatus est dominus Abbas Tinizen, per quendã fratrem sui
Monasterii ad iudiciũ Rᵐⁱ domini Auditoris Camere et mi:
nus iniuste, is enim frater propter eius grandes excessus et mul:
ta crimina, ammotus est a Præpositura Regulari in Thuchow

instituto contra eum legittime processu per vicariu nostrum Cracovien generalem. Nunc vero criminatur Abbatem suu et accusat de multis, volens obtegere sua malitia, et subtrahere se ab eius obedientia. Rogamus vos, suscipiatis patrocinium domini Abbatis Thinicen, et simul cu Rmo domino Protectore diligentem opera faciatis, ut absoluatur ab impetitione monachi sui, et Monachus de sua malitia commodu non reportet, Si enim Monachis patebit via ut excutiant obedientia, et iugu suoru Prælatoru breui Monasteria erunt deserta, et Monachi perfractis repagulis Monasterioru suoru, fuga ex eis elabentur.

Dederamus et miseramus litteras Regiæ Mtis ad Ser.mu et Christianissimu dominu Regem Galliæ in commendationem Rmi domini Auditoris quibus nostræ quoque litteræ erant annexæ, quæ si redditæ sint vobis, aut Rmo Domino Protectori necne, nobis perscribatis.

Promiserat nobis D. Episcopus Posnanien cu Piotrkouie nuper essemus restituere vos in possessionem Ecclesiæ in Koslow, quæ vobis eius mandato est adempta, veru nihil prestitit eoru quæ promisit. quare vos Jus et iusticia vestra in Dei nomine prosequamini, et discatis posthac non conferre beneficia et offitia vestra in homines vanos et ingratos.

Intra paucos dies Deo bene iuuante, scribemus vobis de rebus aliis per aliu nunctiu. Fel.me valete. Ex Cracia Die xxix Marcii Anno Domini M D xxx iiij.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Vilamowski nuncio suo Romam misso.

Vilamowski. Boni consulimus et tibi non imputamus, quod non expectatis nostris et Regiis litteris Roma te contuleris ita exposcentibus tuis priuatis rationibus. Gratum etiam est nobis quod eodem Regiae et nostrae litterae sint ad vos opportune perlatae. In quibus si tibi aliqua non arrident praesertim quod non pecierit Mtas Regia vt et Episcopus qui pro consensu ad vnam Coadiutoriam praestito centum aureos accepisse dicitur, simul et ille, qui eam fabulam isthic diuulgauit, indicarentur suae Mti mirari non debes. Decet enim Principes Christianos scribere cum modestia et honestate ad sedem Apostolicam, vt se ad non necessarias atque indignas expurgationes non submittere. quisque namque prudens et Actionum Romanarum non ignarus satis intelligere potest, quod etiam si aliquis Episcopus Regni venderet consensus suos et Capituli sui, nihil propterea deperiret officialibus Romanis apud quos petenda est compositio pro Coadiutoriis, et litterae redimendae, annataque soluenda. Atque ideo non fuit visum nobis rem per malum ac sceleratum hominem confictam multis excusationibus elidere.

Litteras Regias ad Summum Pontificem pro petenda prorogatione gracia Jubilei ad Vilnen et Plocen Ecclesias non misimus quidem quoniam necessariae non videbantur cum Rmo domino Protectori ea de re fuerit scriptum. Mittemus tamen illas per primum Nunctium

Tui et fortunarum tuarum cum se offeret occasio, benignam rationem habere volumus, haec enim est precipua cura et sollicitudo nostra, vt multis bene faciamus, eorumque fortunas alleuemus. Non semper vero datur nobis potestas et occasio

vt id facere possimus. Quare tu expectes tempus tuum, et esto bo-
no animo, et Deum precare pro longa valetudine nostra. Curabimus
enim vt te quoque non negligamus et fortunas tuas suo tempore auge-
amus

Euocatus est ad iudicium Rx.mi Domini Auditoris camere Apostolice,
Dominus Abbas Thinicen per quendam fratrem sui Monasterii,
qui propter gravia sua scelera et excessus fuit per vicarium nostrum
generalem Cracouien amotus a Praepositura regulari Tuchouien
et ad Monasterium redire iussus, querit nunc modos et vias quibus
se a coercione, et obedientia sui Abbatis subtrahat, et libere
absque Monasterio diuagari, et genio suo indulgere possit.
Commendamus tibi hoc negotium domini Abbatis, volumusque vt
vna cum domino Doctore Rzecicza cures, quo a falsa crimi-
natione sui Monachi absoluatur, et potestas illi relinquatur
corrigendi illum et alios Monachos. Alioqui sublato hoc vnico
retinendi Monachos in officio et obedientia vinculo, breui peri-
bit et dissoluetur omnis ordo et congregatio Monachalis. Bene
vale. Datum Craco[e] Die xxix Marcii. Anno Domini M.D.xxxiiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree Cricio Epo Ploceñ.

Rx.me in Christo pater, et domine nepos char.me. Proficis-
cente isthuc ad D. vram Rma Alberto Lubomieczki seruitore
meo, committere nolui quin illam eo internuntio, et verbis et litte-
ris viserem. Et quidem que ipse dicenda accepit, verbis co-
ram explicabit quae vero litteris congruunt ego scribo presenti-
bus, et primum D. vestram Rmam fraterne atque amice vti nepotem
charissimum saluto, illique omnia fausta et ampla a Deo opt. Max.
precor. Deinde illam certiorem facio quod recens ex vrbe Roma

a Doctore Rzecicza litteras accepi, quibus scribit se nihil posse in impetranda prorogatione Jubilei, ad Ecclesia D. vestræ Rmæ et Vilnen efficere, cum hac de re Mtis Regiæ ad Summu Pontificem litteras non habeat. quare D. vestra Rma rogo, ut binas litteras ad sanctitem sua de nomine Regis scribere velit. vnas de suo prorogandi Jubilei negotio hoc argumento conceptas. q Mtas sua primu agat Sancti suæ gracias pro Jubileo tu ad Vilnen tu ad Plocen Ecclesias igne absumptas. et quaru restaurandaru Mtas sua summo studio et deuotione tenetur concesso, et ante biennium progato. Deinde q suplicet Sancti sua. vt cum ipsa Mtas sua in prædictaru Ecclesiaru reparationem, magnam partem proprii sui sumptus fecerit. S.tas quoqz sua sedis Apostolicæ liberali concessione et prorogatione graciæ, suoqz ipsius fauore illam adiuuare dignaretur. Nam tametsi Mti suæ nihil possit contingere optatius, quàm vt prædictas Ecclesias suo tantu sumptu pristinæ integritati et decore restituat, quia tamen continuis bellis ab anniuersario hoste Tartaro et aliis quamplurimis hostibus impedita est. impendiu in re vtraqz tam magnu suppeditare simul nequit. Alteras vero pro meis rationibus quibus certo judicio prospicere studeo in hanc sententia confectas. q cum Mtas sua in Sacerdotiis et presertim insignioribus in Diocesi Cracouien vbi potissimu immorari solet consistentibus, magnam persepe a secularibus hominibus aduersus cleru hoc tempore furore quoda incensis, et a militibus in bellu proficiscentibus magnam vim iniuria atqz rapina committi aduertat. propterea q cum domino Episcopo. tanqua ecclesiastico Prælato contentionibus violentis se immiscere non liceat aliis nemo sit qui seculari potestate, et vindice manu rem Ecclesiastica tueatur. Suplicandu suæ Mti Sancti duxerit prout in presentiaru suplicet. vt San.tas sua duos Sandomirien Collegiatæ ecclesiæ Canonicatus et prebendas, et duas parrochiales ecclesias in bonis Episcopatus Cracouien con:

sistentes . iconomo et praefecto seu Castellano Arcis et bonorum Episcopi Cracovien Illensi nunc et pro tempore existenti . in eius patronatus perpetuum concedere et reseruare suo Privilegio dignetur qui hoc beneficio et gracia auctus aduersum violatores libertatis Ecclesiasticae . et prouentuum occupatores atque raptores se opponere et sacerdotia more aliorum secularium patronorum animosius et maiore affectu tueri atque defendere possit . quod Mtas sua omni studio obseruantia et facultate sua illius Santi semper mereri curabit .

Excessit nuper e viuis dominus Palatinus Cracf probus et integer regni consiliarius . et singularis meus amicus cuius vtcunque ego mortem deplorem . et illius amicitiam desiderem nolens tamen domini Palatini Russiae fratris mei rationibus sub hac occasione vacationis deesse decreui post paucos dies proprium meum ad Regiam Mtem mittere nunctium . per quem pro viribus agam et contendam . vt Mtas sua in illo consolando et ornando benignam rationem habere dignetur .

Mitto D vestrae Rmae exempla litterarum quas a domino Castellano Cracovien ex Constantinopoli recens accepi . ex his D. vra Rma intelliget omnia quae nunc in illis aguntur regionibus . Praeterea etiam illi mitto commentariolum D. Joannis Campensis in epistolam beati Pauli ad Romanos et prouerbia Salomonis nuper aedita

Rogo autem plurimum vestram Rmam D. vt in eam sententiam quam scribet Summo Pontifici pro concedendo et reseruando jure patronatus ad duos Cantus et prebendas Ecclesiae Sandomirien et ad duas ecclesias parrochiales in bonis Episcopatus mei consistem Capitaneo seu Castellano arcis Illsen scribere etiam non grauetur litteras ad Rmum D. Protectorem Regni . et nonnullos Cardinales . qui autoritate et gracia valent apud Summum Pontificem vt suo consilio et patrocinio iuuent petitiones et iusta desideria M.tis Regiae .

Ceterum scripsit mihi Doctor Rzecicza non habere se copiam bullæ concessionis iubilei et prorogationis illius posthac factæ, et proinde mittere velit ad me vestra R^ma D. sub manu publica transsumptum bullæ suæ et brevis Aposto: lici quo prorogata fuit gracia Jubilei vt nihil sit quod nos in eo quod petimus et optamus impedire et remorari possit. Quod reliquum est me amori et benivolentiæ fraternæ vestræ R^mæ D. commendo. quæ vt sit fælicissima et quam diutiss. me sospes atque incolumis ex animo opto. Datum in Arce mea Bodzan: czinensi Die xviij Marcii Anno M D° xxxiiij.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Summo PONTIFICI

Sanctiss.^me ac Beatiss.^me pater et Domine Domine clemen.^me. Post humilem mei regnique ac Dominiorum meorum commendatio: nem et oscula pedum beatorum / gracia jubilei quam vestra S. ad restaurationem Ecclesiarum Plocen. et Vilnen. primum per annum unum certis diebus concedere. Deinde ad alterum per dies duntaxat quadragesimales extendere dignata fuit, meæ petitionis causa non eum quem sperabam successum habuit. Primum enim tardius allata fuit quam vt debite publicare potuerit. Deinde supervenit generalis jubileus vestræ S. adversus Thur: cos qui sub ipsam quadragesimam in illis Diocesibus inciderat, quem vt cætera vestræ S. mandata ordinarii regni et Do: miniorum meorum sunt diligentiss.^me exequuti. Proinde Supli: co vestræ S. vt quum ego gravissimis alioquin sumptibus cum ad alia tum ad defensionem subditorum meorum ab incursi: onibus infidelium obrutus, iuvo tamen fabricam ipsarum Eccle: siarum non vulgariter. Vestra etiam S. non gravetur de inex:

inexhausto isto fonte graciæ suæ, huic tam pio operi subueni: re et opitulari, graciamqз ipsam Jubilei ita vt primu concessisserat adhuc ad duos duntaxat annos extendere, quo ipsaru Ecclesiaru fabrica cum ea qua cepta est dignitate perfici possit in honorem Dei, et vestræ S. memoria, quo faciet vestra S. vere et clementis, et summi Pontificis officiu.

Cæteru quum nusqua istis presertim temporibus desint homines prophani, qui bonis Ecclesiasticis valde inhient, etiam Ecclesiasticis regni mei, presertim sub tempus bellicæ expeditionis magna negotia ab hominibus militaribus exhibentur, bonaqз illoru et miseri coloni vexantur ac iniuriis afficiuntur, quod cu alibi sæpe in aliis Diocesibus contingat, tu vero in Cracouien sepissime, illic enim et sacerdotia sunt ampliora magisqз insignia et impetui predæqз militu magis obnoxia, q illac potissimu iter est bellis. Etsi ego ad defensionem Ecclesiastica debitu meu scio et presto sedulo illud, quia tamen nec vbiqз custodes habere possu, neqз facile in tumultu bellico hii coherceri possunt, qui ad cohercendos hostes variis locis proficiscuntur. Non video aliam firmiorem continendæ licentiæ militaris rationem, qua si contra illa vicissim presidia secularia parentur, et habeantur, quibus authoribus domini Episcopi, cui violenter aliquid agere phas non est sit suffulta, quare magnopere vestræ S. supplico vt tres Canonicatus et Prebendas apud Ecclesia Collegiata Sandomirien, item parrochiales Ecclesias in bonis Episcopatus Cracouien Aeconomo seu prafecto arcis Illsen ipsius domini Episcopi Cracouien pro tempore existenti, donare et im Jus patronatus perpetuo asscribere digneto quo Ecclesia ipsa semper habeat viru aliquem non vulgaris authoritatis, quem tanto beneficio tantaqз v. S. gracia auctu et obstrictu, temeritati violatoru libertatis suæ opponere possit, qua benignitate vestra Sanctas non paru multu consulet ipsius Ecclesiæ tranquillitati atqз in turbinibus belli

quando inciderint certiss.mum ei presidium parabit. Et me quoque sem:
per alioqui eidem deditissimum, vnaque et Praelatos omnes regni mei
perpetuo sibi deuinciet. Dominus Deus diu seruet incolumem
et foelicem vestram Sanc.tem pro incolumitate rei Christianae.
Cuius clementiae me iterum regnumque et dominia mea humiliter com:
mendo. Datum vilnae Die   Maii Anno domini M.D.XXXIIII

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alexandro Epo Ostiensi Cardinali
Fernesio

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lith:
uaniae Russiae Prussiae ac Masouiae etc. Dominus et
haeres. Rssmo in Christo Patri Domino Alexandro misera:
tione diuina Episcopo Ostiensi Sanctae Romanae Ecclesiae Car:
dinali Farnesio amico char.mo ac honoran.mo. Salutem et
omnis foelicitatis continuum incrementum. Reuerendissime in
Christo Pater et Domine amice charss.me ac honoran.me. Conces:
serat iampridem Sanctss.mus Dominus noster ad preces no:
stras graciam Jubilei Plocensi et Vilnensi Ecclesiis exhustis,
quod vestra Rma D. scimus esse non ignotum. Rogamus plurimum
vestram Rmam D. vt in primis eius Sanc.ti amplissimas gracias
nostro nomine agere dignetur, pro summa ista illius erga me
benignitate, quam quantumcunque saepius interpellemus, nunque
tamen in petitionibus nostris apud eius Sanc.tem frustramur,
Deinde quoniam illa Jubilei gracia prius per Sanc.tem suam
Ecclesiis ipsis concessa, non perinde atque sperabamus illis com:
modo fuit, tum quod serius allata erat, quam vt debite potuerit
publicari, tum quod etiam id fere temporis, sub quadragesimam
ipsam alia Jubilei gracia aduersus Turcas in illis ipsis Dio:
cesibus inciderat. Non mediocri vero studio et desiderio tenemur

vt eaedem Ecclesiae quam honorificentiss.me restaurentur atque pristinae dignitati et decoro restituantur. Ad quod et nos quoque non parum impendii fecimus de nostris facultatibus. licet aliis gravissimis sumptibus in propulsandis infidelium incursionibus a finibus Dominiorum nostrorum nunquam non destinicamur. Proinde supplicamus Sanc.ti suae vt quo fabrica ipsarum Ecclesiarum ea qua iam cepta est dignitate perfici posset. Graciam Jubilei ita vti initio S.tas eius concesserat ad biennium adhuc extendere et prorogare dignetur. qua in re promouenda vt vestra R.ma D. pro sua solita erga nos beneuolentia dignetur nobis apud eius Sanc.tem patrocinio suo non deesse magnopere rogamus. Supplicamus item eius Sanc.ti de tribus Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis Canonicatibus et prebendis ac parrochialibus ecclesiis in bonis Episcopatus Cracouiensis Acconomo seu Castellano arcis Illzew qui nunc est et pro tempore existenti in iuspatronatus perpetuo ascribendis. videmus enim quantum sit ex re Ecclesiastica seculares homines euismodi beneficiis reddere Ecclesiis deuinctos vt viros idoneos habeant. quorum patrocinio in rebus dubiis et turbulentis quae nunc sunt si vnquam alias turbatiss.me vtantur. et qui bona illarum ab iniuriis rapinisque hominum militarium vindice manu tueantur et defendant. Id vero maxime in Diocesi Cracouiensi est necessarium quae et opinioribus sacerdotiis est ornata. et per eam militibus quoties itur ad bellum semper est profectio. quare plurimum rogamus vestram R.mam D. vt hoc ipsum quoque negotium commendatum habere et nostras preces apud Sanctiss.mum D. nostrum quo effectum sorciantur adiuuare dignetur. faciet nobis vestra R.ma D. rem multo gratiss.mam. quam illi vicissim omni beneuolentia et gratificatione nostra referre curabimus. fael.me valeat vestra R.ma D. et nos diligat. habeatque nos et negocia nostra commendata. Datum vilnae Die Maii Anno Domini M.o D xxx iiij Regni nostri xxviij

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Cardinali Protectori

R[everen]d[issi]me in Christo Pater et Domine domine colen.[d]me. Post sui hu:milem commendationem. Ferme duo effluxerunt anni, q[uod] Venerabilis D. Joannes Sdzarowski Canonicus Posnanien[sis] vir genere nobilis et amicis potens, cum ita apud suum Episcopum et Venerabilium confratrum Capitulum insimulatus esset q[uod] cuiusdam homicidii in illa Diocesi Posnanien[si] per nonnullorum eius necessa:riosque insidias perpetrati conscius esse deberet multa et priua:tim et publice in hoc regno egit, quibus et suspitionem male ac per inuidiam de se concitatam abolere, et famam integritatemque suam tueri ac defendere posset, qui quidem cum ante annum inno:centiam suam certis documentis p[rae]sulí suo declarasset remque de qua cum omnibus transegerat sopitam omnino credidisset Ecce sibi nihil tale opinanti per inimicorum ut arbitratur iniquam subornationem denuo ea de re ab ista sancta sede negotium exhibitum esse comperit. Nam ex officio fisci Apostolici Procuratoris se per edictum in urbem personaliter euocatum esse certior est ab amicis factus. qua in re cum ipse a me ad tu:endum honorem suum patrocinium postulasset, egoque viderem non tam in hoc verti aliquam castigationis necessitatem, quam vindictam ex odio parari, negare illi operam meam non potui. quam obrem D. vestram R[everendissi]mam obnixe rogo dignetur cum R[everendissi]mo Domino Audi:tore Camerae penes quem eiusmodi iudiciorum est potestas super hac re colloqui et efficere ut homo innocens non necessaria de honore suo impetitione absoluatur, vel si id tam facile fieri ne:quit saltem impetrare ut hic in regno et presertim in mea Diocesi eius negotii cognitio committatur. Nam ad maleuolorum

accusationes et iniqua nocendi studia. Domini innoxio iter tam longum subire et sumptus non necessarios facere durum admodum et plane difficile videtur. quo rem piam suo officio dignam et mihi apprime gratam D. vestra Rma facere dignabitur quam ego illi omni benemerendi officio et sedula servitute referre curabo. quam servitutem et me ipsum D. vestrae Rmae ex animo commendo. simulque opto. ut Deus omnipotens D. vestram Rmam diu sanam et semper falicissimam servare dignetur. Datum Cracoviae Die v. Septembris Anno Domini M D xxxiiii

Petrus Tomicius Epus Crac. vicecan:

~~Cardinali Protectori~~

Auditori Camere apostolice

Rme in Christo Pater et Domine Domine colen.me. Cum nunc Mtas Regia a regno absit et ego sim in presens solus qui officium Cancellarie regni sustineam. curritur sepe ad me a plerisque qui vel consilio vel patrocinio ad explicanda et sublevanda negotia sua indigere solent. De quorum numero etiam unus est venerabilis D. Joannes Sdzarowski Canonicus Posnanien. qui nuper edicto Judiciali D. vestrae Rmae ad instantiam Phisici Apostolici Procuratoris est in urbem personaliter evocatus de re hic in regno multis subsellijs contra se criminaliter acta. et non solum transacta verum etiam in Juditio Episcopi sui ante annum definita. Is cum et ipse certo sciat. et ego coniectura perspiciam malevolos suos qui eum detulerunt: non id requirere et castigationem facinoris. de quo insimulatus existit rationibus communibus consulatur. sed elaborare ut alieno judicio et per calumniam ei noceant. in quem sui concepti odii domestico judicio citra infamiam animadvertere non potuerunt confugiendum ad D. vestram Rmam ea in re

aequum putavimus. a qua ego et Canonici praedicti nobilis bene morati viri et meo nomine plurimum rogo ut iudicio suo isto ad quod homo innocens delatus est causam iudicatam liberare dignetur, vel si fortasse malit illam denuo cognitione excutere, committere id negocii alicui in mea Dioecesi non gravetur ut Canonicus qui nihil eiusmodi difficultatum meruit simul et sumptibus non necessariis, et longi itineris molestia, liberetur, ego vero habeam quo illi ex humanitate et benevolentia D. vestrae Rmae intercessione mea comodare et prodesse possim, quo rem piam et mihi plurimum gratam facere D. vestra Rma dignabitur. quam vicissim illi omni studio et gratificatione amica referre curabo. Cuius me amori et benevolentiae commendo. et ut illi Deus omnipotens longam vitam et summam in rebus omnibus faelicitatem tribuere dignetur. ex animo opto. Datum 1534.

Sigismundus primus Rex Polonie
summo Pontifici

Sanctissime ac beatissime in Christo Pater et domine Domine clementissime Post humilem mei Regnique et Dominiorum meorum commendationem et oscula pedum beatorum. Mortuus est Mense praeterito Reverendus Dominus Joannes Episcopus Culmensis. integer et fidus Regni mei Consiliarius cuius virtutem et totius vitae rationem cum ego non michi solum sed etiam Ecclesiae cui praeerat magnopere utilem noscerem. non magis de illo amisso molestus quam de sufficiendo simili in locum eius viro fui sollicitus. quare cum meorum subditorum de me merita et cuiusque mores mecum perpenderem ex omnibus ad obeundum hoc Episcopale munus aptissimum magisque meritum Joannem Dantiscum oratorem iampridem apud Caesaream Maiestatem ad ipsum Episcopatum nomino. Sanctitatique vestrae gratum

meum indicavi. quem in praesens ad hunc

michi esse et ad sustinendum officium pastorale idoneum declaro
ac testificor. Simulque illi supplico ut citra moram et difficulta:
tem praenominatum Joannem Dantiscum Secretarium meum ad va:
cantem Episcopatum Culmensem promouere et confirmare digne:
tur cum reseruatione sacerdotiorum quae hactenus obtinuit, ne
Episcopatu illi dato et ablatis sacerdociis permutationem
tantummodo et non liberalem concessionem fecisse illi vide:
rer. quod ego S^ti vestrae perpetuo studio obseruantiaque mea
bene mereri diligen.^me curabo. Cui me et Dominia mea iterum atque
iterum tanquam patri clemen.^mo commendo illamque fel. maesse
et supremo cui praeest munere quam diutissime fungi ex corde de:
sidero. Datum Crac.^e v Maii M^o D xxx Regni mei xxiiij

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

Rx^me in Christo Pater et amice domine noster char.^mi ac ho:
norande. Audita morte R.di Domini Joannis Episcopi Culmen
Probi et officiosi Regni nostri Consiliarii. Nos prouidere cupientes
ne Ecclesia illa pastore suo diu careat. Nominauimus et comenda:
uimus ad Episcopale munus Sanct.^mo Domino nostro Joannem Dantiscum
Secretarium nostrum et qui Oratorem nostrum iampridem apud
Caesaream M^tem agit. virum non plus nobis gratum quam istius:
modi dignitate dignum. quare D.nem vestram R^ma rogamus
ut illum San^mo Domino nostro commendet nomineque nostro illius
Sanc.^ti supplicet ut eum citra moram ita ut nos per litteras
petimus confirmare dignetur cum eius etiam sacerdotiorum re:
seruatione quae hucusque undecunque quesita obtinet. In hoc
enim S.tas sua et D^o vestra R^ma plurimum nobis gratifi:
cabitur cuius nos operam sicut diligentem agnoscimus ita
etiam cumulato studio et gratificatione nostra referre cura
bimus.

Valeat optime et sit semper fœlix D. vestra Rma et nos mu:
tuo sicut facit amet. Crac. v Maii MDXXX Regni
nostri XXiiij

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecan:
Andreę Cricio Epo ~~Posnaniensi~~ Plocen

Rme in Christo pater et Domine nepos charss.me Nudius tertius
primo ad me rediit puer meus. filius Domini Castellani Visnen
cum litteris D vestrę Rmę. ex quibus cum cognoui illam exem:
plum litterarum Lasari Bonamici ad Ser.mum regem Iuuenem scri:
ptarum non accepisse illud nunc ad illam mittendum duxi vt
si illi visum fuerit. perspecto illius litterarum instituto et argu:
mento latius super his quę scripsit. pro honore et dignitate
Ser.mi Regis Iuuenis respondere possit.

Cęterum his diebus accepi a Rmo Domino Cardinale Prote:
ctore et Doctore Rzeczicza litteras quibus significarunt mihi
id maxime obstare quominus Priuilegium nobis ordinariis con:
cessum extendatur et interpretetur. quod fama non obscura
sit in vrbem perlatum quendam ex regni Polonię Episcopis pro
consensu in coadiutoria prestito centum aureos exegisse et re:
cepisse. quę res cum multum Romanos officiales propterea offen:
dat quod precipi sibi a nobis lucra dudum vsurpata moleste ferant
A. Dne vestra Rma plurimum rogamus conficere velit ad Rmum
D. Carlem Protectorem nomine meo litteras quibus excusem
confictam hanc de nobis calumniam. et persuadeam ab hiis hoc
aduersum honorem et dignitatem nostram excogitatum esse quibus
id maxime curę est. ne Priuilegium nostrum ad hanc interpreta:
tionem quę nobis prodesse illis vero obesse perpetuo posset
perducatur.

Preterea Scripsit ad me Doctor Rzeczicza quod Rmus D. Carlis

Fernesius ostien Episcopus illum ad se vocarit commiseritque ut
mihi perscriberet atrocem iniuriam, R.di Domini Cipriani Epis:
copi Sidonien Prelati sui domestici qua a domino Lodouico cum
eius Mandato per satellites captus et carcere detentus esset
paucis retro Mensibus est affectus. simulque a me postularet age:
rem apud R.lem M.tem ut illi pro tanta contumelia illata sa:
tisfieri mandaret qui R.mus D. Cardinalis Fernesius quoniam
in urbe multum authoritate valet, et est Collegii R.morum Domino:
rum Car.lium Decanus, rogamus a D. vestra R.ma ut ad illum
etiam nomine nostro conficiat litteras declarans illi, quod Doctor
Rzecicza mandata suae R.mae D. nobis perscripserit, et quod
ego casum R.mi Domini Episcopi Sidonien molesto fero animo
Denique quod non grauatim operam et patrocinium meum apud R.lem
M.tem impendam ut illi pro hac iniuria satisfieri mandet,
sed et in quacunque alia re possim illius R.mae D. aut eius serui:
toribus hic seruire et gratificari offero me paratum et beneuolum.
rogo autem eius R.mam D. ut illa vicissim mea et Ecclesiae meae
negotia habere dignetur apud Sanctam sedem Apostolicam com:
mendata

Quae D. vestra R.ma optauit de prorogatione Jubilei in Regiae
M.tis litteris adscribi, feci non grauatim, et eius rei expeditio:
nem Doctori Rzecicza sollicitandum commisi.

Magnopere mihi displicet et molestum est quod contributio quae diu
collecta esse debuit, culpa opulentiorum et cum authoritate Prela:
torum in Dioecesi D. vestrae R.mae hactenus collecta non est.
pudor est enim haec quae vniuersa decreuit synodus tanto tem:
pore non reddere, et metuendum in posterum ne non consenciant
Capitula ad instituendam tum Contributionem cum et nobis et
reipub: maxime videbitur expedire. quare D. vestram R.mam
rogo ut operam faciat quo suae dioecesis diuites Sacerdotiorum
possessores iuste et cito id quod debent contribuant. Nam ubi
ipsi Prelati vel absunt, vel sunt negligentes, eorum factores et

negotiorum gestores censuris Ecclesiasticis ad soluendum Contributionem D. vestra R.ma cogere poterit. Cuius amori et beneuolentiae me commendo. diutissime 3 illam sanam et semper felicissimam esse ex animo opto. Datum in Kielcze XXVII Augusti M D XXX iij

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici
Clementi septimo

Ea est nunc temporum ratio ut non desint homines prophani qui bonis Ecclesiasticis valde inhient. ex quo fit ut Regni mei clero praesertim sub expeditionis bellicae tempus, et multa et magna ab ordine militari negotia facessantur. bonaque illius et miseri Coloni hostilem prope in modum vexentur. id tum alibi saepe tum in Cracouiensi Diocesi contingit saepissime, in qua sacerdotia impressioni praedaeque militum magis sunt obnoxia, quod per eam iter esse ~~esse~~ fere militibus consueuit. Neque vero vel quid mei sit in defendendis Ecclesiasticis officiis nescio, vel illud sedulo praestare non conor. sed cum nec Custodes vbique possim collocare, neque liceat bellico in tumultu in quo ad multa conniuere necesse est satis in eos seuere animaduertere, qui ad coercendos et propulsandos Christiani nominis hostes varijs ex locis proficiscuntur Alia michi via est et ratio excogitata, qua tantis malis mederi possim. Visum est enim ad rem vehementer pertinere, ut ad secularem licentiam refrenandam et milites in officio continendos ab ipsis potissimum secularibus satis firma praesidia compararentur quibus domini Episcopi authoritas, cui vi et armis contendere per leges Ecclesiasticas non licet, quo vero libentioribus animis propugnationem istam bonorum Ecclesiasticorum susciperent atque ad eam rem obstricti essent quodammodo et obligati

fuit michi deliberatum. jus patronatus Ecclesiarum quarundam eis concedere. qua de re nihil statuendum tamen putaui. nisi pro meo amore proque perpetua mea erga sedem Apostolicam obseruantia prius de ea ad S. vestram retulissem cui magnopere supplico. vt animi mei propositum confirmare velit. vt tres Canonicatus ac Prebendas Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis oppidi, cuius ad me proprietas pertinet. tum nonnullas etiam parrochiales Ecclesias in bonis Episcopatus Cracouiensis oeconomo seu Praefecto Arcis jllzensis donare et in Jus patronatus sempiterno tempore adscribere dignetur Ad multa id et San^tti^ vestrae et ordini Ecclesiastico Regni mei pertinebit. quid enim ordini Ecclesiastico vsu venire potest vtilius quam si habeat aliquem hominem secularem et magnis bus clarum et autho^te^ preditum non vulgari. qui S^tis^ vestrae meoque beneficio auctus atque ita sit Ecclesiis obstrictus vt bona earum ad Mensam Episcopalem et aliorum pertinentia, contra omnes improborum impetus qui iura Ecclesiastica violare audeant tuenda sibi necessario et deffendenda existimet. Tum autem tranquillitati Ecclesiae hac ratione consuletur. habitura enim est et certum et firmum presidium. si quando belli tempestates impendebunt quae solent in regno meo esse frequent^mae^ propter crebras hostium jnfidelium in fines meos incursiones. Me vero San^ti^ vestrae aliogui dedi^ssimum^. atque vna Prelatos regni mei omnes in perpetuum sibi hoc beneficio deuinciet atque obligabit. Dominus Deus diu seruet incolumem et foelicem vestram San^tem^ pro incolumitate reip.^cae^ Christianae. Cuius clementiae me Regnumque et dominia mea humiliter commendo. Datum vilnae octobris M D xxxiiij. Regni nostri xxviij.

† obligatus

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori.

Sigismundus dei gracia Rex Poloniae Magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae etc dominus et haeres.
Rme in Christo pater. Suplicamus Sanct.mo Domino nostro vt tres Canonicatus ac Prebendas Ecclesiae Collegiatae oppidi Sandomiriensis, cuius ad nos proprietas pertinet, tum et parrochiales nonnullas Ecclesias quae partim in nostris regiis partim in Episcopatus Cracouiensis bonis sunt, Economo siue Praefecto Arcis Jslzew: dignitates vero Can.tus ac prebendas Ecclesiae Cathedralis Scarbimiriensis: et item nonnullas parrochiales Ecclesias oeconomo seu Praefecto Arcis Slawkouiensis, in jus patronatus sempiterno tempore velit adscribere. Id quod vt nos faceremus qui sumus eorum sacerdotiorum temporales dominus ~~quibusdam in locis~~ quibusdam in locis non alia vlla re adducti sumus, nisi quod Ecclesiastici commodi rationem nobis esse ducendam existimauimus. Esse enim id ex re videmus Ecclesiastica, vt homines seculares, id genus beneficiis deuincti reddantur Ecclesiis atque obligati, ne desint vinceis Domini viri idonei quorum in dubiis et turbulentis rebus quales si unquam antea nunc vel maxime esse videntur fide et patrocinio vti liceat qui bona earum ab iniuriis et rapinis militum sicubi res flagitet vi et manu asserere et vindicare non dubitent. quod in primis in Cracouiensi Dioecesi necessarium est per quam militibus transitus esse solet quoties ad bellum proficiscuntur. non sine magna bonorum Ecclesiasticorum calamitate et ruina. quare quae aequiora petimus non priuatae nostrae vtilitati sed pub.cae Ecclesiasticorum

ticoru commodo et emolumento prospicere cupientes, hoc nobis molestius accideret, si quemadmodu in interpretando Priuilegio ordinariis Regni nostri concesso aliisq nonnullis in rebus, repulsam saepe passi sumus, ita hanc quoq tam iustam rem a San.te sua precibus nostris impetrare non possemus. Neq satis mirari possumus, si non perspicit hoc San.tas sua de hiis quae precario postulamus, posse nos iure nostro quidquid voluntas nostra tulerit nullius consensu requisito statuere. Nos tamen ita vt a maioribus nostris factitatu, et nobis quasi per manus traditu esse scimus eum honorem Sedi Apostolicae semper voluntarii detulimus, vt singulis de rebus Ecclesiasticis ad eam potiss.mu referremus neq factu mutamus, atq adeo facimus id, et facturi deinceps sumus perlibenter: sed eum qui nobis vicissim debetur honorem nobis isthic non haberi, id vero quin grauiter et iniquo feramus animo, obscure ferre non possumus, nisi forte solis id vobis licere existimatis, vt eum Consulem esse negetis cui Senatores ipsi non sitis. Ita ad nos allatu est non solu iustis nostris atq hiis honorariis precibus locum isthic persaepe non esse, sed nunctios etiam nostros contemni iam et pro nichilo haberi, id quod a quauis potius alia qua ab ea gente factu oportebat, vbi non orta solu esse, sed vnde ad alios quoq peruenisse dicitur humanitas. Est id nobis valde molestu, sed et hoc minime gratu, q quae paulo ante nobis et Episcopis Regni nostri, beneficio Sanc.tis suae Priuilegia sunt concessa de eoru postea authoritate subito detrahi audimus: et quae hodie rata sunt cras irrita fieri, vt hiis quae ab illius San.te indulta sunt nisi satis et confidere nemo possit. Videtur in ea re San.tas sua, pace illius dixerimus, et sui et nostri decori obliuisci.

Quamobrem vestra R. D. etiam atq etiam vehementer petimus, primu vt honorem nostru et dignitatem curae sibi

velit esse: Deinde quam potest maxima operam nauet, ut quod tantis precibus contendimus id primo quoque tempore a S. D. n. optatum feramus. Priuilegia postremo ut a Sanc.te sua nobis concessa, firma et stabilia nobis maneant: ne paulopost derogatum illis velit quae semel ei authoritate sua sancire placuit et decernere. Sed et hoc silentio pretereundum non duximus: ita nos accepisse, solere R. D. vestram non solum non prouehere negotia nostra apud Sanct.mum Do. nostrum, sed petitionibus etiam nostris interdum aduersari. Nos vero quis nobis eius Protectoris usus esse queat non videamus qui contra rem nostram ipse venire audeat, nedum propugnandae illius ac defendendae curam gerat. Rogamus itaque R. D. vestram officii ut sui meminisse velit atque patrui sui R.mi Domini Laurentii Cardinalis in cuius demortui locum successit vestigia persequatur, quem singularem in nostris regnique nostri negotiis tuendis fidem neque vulgarem diligentiam adhibuisse cognouimus. Factura est vestra R. D. rem et virtute sua dignam et nobis ita gratam, ut eam omni amore nostro et beneuolentia vestrae R. D. referre curaturi simus. quae foel. me valeat et nos ac negotia nostra habeat commendata. Datum Vilnae Die octobris Anno Domini M° DXXXiiij Regni nostri XXVIII

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali protectori
Datario App.co

Supplicamus Sanct.mo D. nostro ut tres Canonicatus ac prebendas Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis oppidi, cuius ad nos proprietas pertinet, tum et parrochiales nonnullas Ecclesias quae partim in nostris Regiis partim in Cracouiensis Episcopatus bonis

sunt Aeconomo suie Praefecto Arcis ss[illegible], dignitates vero et Canonicatus ac Praebendas Ecclesiae Collegiatae Scarbimirien. et nonnullas parrochiales Ecclesias Aeconomo seu Praefecto Arcis Slawcomien in Iuspatronatus sempiterno tempore velit adscribere. Neque vero temere nullaque legittima ratione adducti nobis id a S. sua concedi postulamus. Sed quia Cleri rationibus non alia re provideri posse rectius videmus quam si non conciliando sibi solum secularium studia verum etiam novo aliquo officiorum genere deviuciendos eos curet atque obligandos. Nullum autem vinculum excogitare potuimus arctius quo secularium animi qui quae est temporum iniquitas vel potius pravorum quorundam dogmatum perversitas magis nunc quam unquam antea abhorrere a clero videntur coniungi cum eo possint et connecti firmius, quam si hunc eis honorem habitum velint Ecclesiastici, ut conferendorum aliquot sacerdotiorum potestatem penes eos esse patiantur. Incredibile est quantum sit ea res ordini Ecclesiastico commoditatis allatura. Nam cum obnoxia sint maximeque opportuna iniuriis et rapinis militum, bona Ecclesiastica, qui fere impune grassari in ea hactenus videbantur, quod per leges Ecclesiasticas vim vi repellere Episcopis non liceret, futurum est ut cum ad homines aliquos et natalibus claros et vitae integritate spectatos, honos is delatus fuerit, quoniam iniuriam cleri ad suum aliquod incommodum redundare existimabunt, eius bona non minus quam sua ab omni incommodo detrimentoque sarta tecta conservaturi, atque iniuriam sacerdotum manu quoque si res ita flagitet propulsaturi sint. Cum autem nos tanta cura Cleri rationibus prospicere cogitemus, satis mirari non possumus vos isthic non solum pari studio in utilitates eius non incumbere: cum tamen propius ad vos ea res pertineat, verum etiam tam piis nostris conatibus vehementer obstare. Neque vobis eius interim rei in mentem venire, si quae res magnopere animo nostro insedisset, posse nos praecipue magna Regni utilitate

urgente, honorariis istis precibus posthabitis id quod commodu nobis videretur arbitratu nostro de ea statuere. Nisi forte quid Juris nostri sit et potestatis Regiae nos ignorare putatis. Nos certe morem a maioribus nostris quasi per manus nobis traditu libenter obseruamus, atq3 et habemus et habituri sumus deinceps sedi Apostolicae eum honorem, vt singulis de rebus Eccle^ias ad eam referamus. sed nostri quoq3 honoris et dignitatis rationem istic vicissim non haberi, et totius iam nos honesta petentes, repulsa passos esse, aequo animo ferre non possumus. Primati homines pacientia si saepius laedatur in furorem verti aiunt. quid Regi fieri existimatis? quare D. vram petimus deinceps contra rem et petitionem nostra ne veniat quin potius cu et aequa esse quae postulamus videat et cleri rationibus vel maxime conducere, tam pios nostros conatus prouidere et adiuuare velit. qua re ita nos sibi demerebitur vt omni gratia et beneuolentia nostra Regia D. v. id referre curaturi sumus.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell:
Doctori Sta.° de Rzeczsa Poenitencionario.

Venerabilis Domine frater in Christo char.^me. Rediit ex vrbe Roma Joannes Wilamowski, saluus quidem et incolumis, sed vacuis manibus, quippe qui nichil obtinuit eoru quae habuit sibi commissa in Regiae Mtis et nostris negotiis. certe non bene habet animu suae Mtis q tam parua et propemodu nulla habeatur istic eius ratio, vultq3 adhuc sua Mtas Summo Pontifici et Rmo Domino Car.^li Protectori litteras de hac re suas scribere quae postqua conficientur nos ad vos mittere curabimus.
Bullae reseruationu ad Scholastria et prebenda monetaria

Ecclesiæ nostræ ac item ad duas Collegiatas Ecclesias cum nonnullis aliis rebus per vos missæ sunt nobis redditæ.

Scripsistis nobis iam aliquoties ut dominis Archivistis ex denario sancti Petri Mti Regiæ concesso quidpiam mitteremus id quod tametsi non videatur Mti suæ fore necessarium, et alioqui in brevi prorogationis donationis eiusdem denarii illi factæ non contineatur quod decidere illis pars eius aliqua debeat. ad conciliandos tamen eorum animos præsertim vero domini Philippi de Senis. Nos etiam non explorato in hoc animo suæ Mtis nonnichil eis utique mittemus id quod brevi faciemus. multum tamen eis mittere non poterimus. propterea quod denarius ipse valde iam decrevit, et certe si in urbem Romam perferri deberet et non pendi hic Regiæ Mti omnes solvere illum denegarent. cum in multis iam locis Regni vi pene extundi illum oporteat.

Nescimus quo errore accidit, quod dominus Micolaiewski insufficiens et non bonum Mandatum vobis miserit. utcunque tamen sit factum nos aliud Mandatum illius brevi ad vos mittemus. Siqz adversarius eius Bolanczki huc venerit concordiam inter eos faciendi tentabimus. vos tamen in omnem eventum curate, et observetis diligenter ne quid contra dominum Micolaiewski in audientia contradictoriarum agatur.

De Phrigione seu rechmatore ac scuto ad pluviale nobis faciendo non bene intellexistis id quod vobis scripsimus. Nam nos non ideo picturam scuti vobis misimus, quod simile habere vellemus sed ut Phrigio ipse in scuto quod nobis facturus est non aliam picturam depingat quam quæ in scuto per nos misso est depicta, quare curate ut ipse Rechamator elaboret et faciat nobis otius scutum cum figura sanctorum trium Regum iuxta formam suam quam elegantissimam habere se dicit per egregium et primi nominis pictorem depictam. Nos vero pro labore ipsius id totum

quod aequum et iustum ei videbitur liberaliter ei soluemus. aliis ita vt optat, scuta xxx, modo sit labor singularis.

Nominatio Andreae Czarnkowski valde est irretita per hoc breue Apostolicum nominandi illum priorem ad Ecclesiam nram quam Dominum Narampinski, datum est ad Reginam quae nominare eum non vult, sed contra nititur magnopere, vt dominus Narampinski illi praeferatur. In quo agitur certe ipsi Andreae Czarnkowski non parua vis et iniuria sed nos excogitare non possumus quonampacto releuare illum debeamus. Si tamen vos scire poteritis modum quo iuuari posset. postulamus a vobis vt nobis suggeratis. habebimus autem in bona consideratione et aduertentia id quod Dominus Lambertus consulit faciendum quodque vos nobis perscripsistis

Causam Dominae Crupezina Ciuis Cracoviensis vobis singulariter commendamus quae cum sit iusta non libenter videremus, vt haec bona matrona iniuria et grauamen aliquod sustineret. atque ideo postulamus a vobis vt iuuandae et promouendae eius causae suae curam et diligentiam vestram non grauatim accommodetis In quo rem gratam nobis facietis.

Iam tandem fecimus concordiam inter dominum Cordzbok et Seruitorem nostrum Gorski occasione Scholastriae Plocensis. licet quidem Gorski parua pro suo iure admodum contentationem acceperit, declinans tamen litem quae subeunda illi fuisset cum suo Episcopo conditioni sibi oblatae acquieuit eamque suscepit. quibus autem conditionibus ea ipsa concordia confecta sit id non erit posthac vobis incognitum.

Cum Dominus Datarius adeo mordicus teneat iura et consuetudines Romanas etiam contra preces Regiae Mtis. nos curabimus vt illi sua Mtas scribat, et quemadmodum consulitis mittemus illi pelliceam marduriniam bonam ac elegantem quam fieri iam mandauimus

De pecunia in prorogationem Iubilei ad Ecclesias Vilnensem et Plocensem

per vos exposita impendemus libenter omnem opera nostra
ut vobis soluatur. et cu primu huc ad nos missa fuerit. eam
vobis illico transmittemus. Mittemus quoque vobis propediem de:
bitu quo vobis obligamur hoc est ducatos xxv julios octo. Joan:
nem vero Wilamowski cui quadraginta aureos mutuati estis
in parte aliqua solutionis pro eo vobis faciende etia iuuabimus.

Placet nobis quod super Parrochiali in Koslow concordia inieritis
quae duris quidem conditionibus vobis constat. id quod non acci:
disset si dominus Episcopus Posnanien praestitisset id quod factu:
ru se nobis promiserat. quando tamen fieri aliter res non potuit
non nisi aequo animo vobis ferenda est vos vero scietis quo pacto
posthac erga eos qui fortunas vestras impediunt gerere vos debe:
atis.

Scripsimus vobis antea qualiter dominus Gantkowski excusabat
se apud nos in his de quibus contra eu questi estis. Scripsimus etia
ut illi parrochiem in Gora faueretis id quod tanquam rogati per illu
feceramus. Cum autem ipse ut scribitis se se non bene vobis con:
seruauit. quin eoru quoru potuit odia in vos excitauit. nos non
solu non pulsabimus vos amplius ullis precibus. ut illi iure ve:
stro super parrochiem in Gora cederetis. Sed fauorem quoque et
patrocinium nostru omne ab eo subducemus ex eo quod ipse non stu:
duerit morem gerere et conseruare se his qui nobis sunt grati
quorumque opera et seruitiis nos utimur in conficiendis rebus et ne:
gociis nostris.

Allatus fuerat huc rumor. primu de aegritudine. deinde etia
de morte Summi Pontificis. postquam vero vos scripsistis Sanctitatem
illius conualuisse, fuit nobis hoc nunctiu perquam gratu proque
eo domino Deo summas graciaru actiones referimus.

Rogatis nos ut rationem habeamus diligentiae et laboru ve:
strorum per vos in curandis istic rebus et negotiis nostris
exhaustoru id quod nos ut faciamus. in bona memoria et

consideratione habere semper volumus, tum pro nostra in vos propensione, qua multis nominibus vobis iam demeruistis, tum etiam pro fide et diligentia vestra, qua in conficiendis recte ac sedulo omnibus de quibus vobis committimus naviter praestare hactenus non destitistis, sed nichil esse potest nisi cum tempore. quare sitis bono animo et in aliquantula mora pacientiam vestram obfirmetis. habemus autem nos nominationem ad Ecclesiam Gnesnen quam pro vobis destinavimus etiam a Mte Regia obtinuimus id, ut vos secundo loco ad illam Ecclesiam nominaverit nam ut scitis propter pacificandum Dominum Sbanski in Cantu Ecclesiae nostrae dominum Visoczki nominari primo loco oportuit. Processus nominationis vestrae erit hic circa dominum Doctorem Borek qui illum non segniter exequi curabit modo occurrat vacatio quae caderet sub gracias Apostolicas quod si potestis istic obtinere ut domino Visoczki anteferamini id nos vobis libenter favebimus, atque hic demum pro virili nostra ius vestrum iuvabimus.

Volebamus in hoc gimnasio Cracovien instituere lectorem qui saltem instituta Imperialia legeret in legibus, quas quia non solent audire hic apud nos layci, sed solum audiunt eas clerici quibus auditio illarum ex sacris canonibus vetita est. Scripseramus vobis ut obtinuissetis istic apud sedem Apostolicam indultum quo mediante clericis ipsis facultas audiendi leges Imperiales permitteretur. Verum cum domini officiales illud tam magno aestimant uti scripsistis, et non perpendunt, quod non dant nobis gratis id quod ipsimet gratis acceperunt, valeant cum hoc indulto suo quod dare tantopere degravantur. Si tamen vos per penitentiariam seu per breve aut aliquo alio pacto expedire illud posse intelligitis, postulamus a vobis ut in hoc operam vestram faciatis nobisque deliberationem et consilium vestrum perscribatis.

Quod litteras Regiae Mtis Summo Pontifici et nonnullis dominis Cardinalibus scriptas permoti rationibus non inefficacibus

non reddideritis nos factum hoc vestrum boni consulimus. alias vero litteras in eam sententiam quam retulit nobis Vilamowski conscribi hic curabimus quas acredine quadam inspergemus vobisque posthac mittemus.

et Archid^s Crussvicensis. Quia vero Rmus do. Eps Wladislaviensis

Mortuus est hoc Mense Septembri dominus Stephanus Lochowski Canonicus Wladislaviensis + valde cupit Francisci de Sandomiria Servitoris sui fidissimi fortunas augere. postulamus a vobis ut eidem Francisco Archidiaconatum Crussvicien vacantem apud sedem Apostolicam mox acceptis his litteris impetretis. verum quidem est quod dominus olim Archiepiscopus Gnesnen expediuit bullam generalem qua mediante Archidiaconatus Ecclesiarum omnium Regni Cathedralium et Collegiatarum, Beneficia electiua censentur, et non nisi personae ad Doctoratum promotae ad eos vocandae declarantur. sed ipsemet D. Archiepiscopus illam non obseruauit. neque in usu habuit. utcunque vero sit nos negocium Francisci Servitoris Rmi Domini Episcopi Wladislavien industriae diligentiaeque vestrae commendamus et postulamus a vobis ut securitati ipsius ab omni parte debito modo prospiciatis sic quod Archidiaconatum ipsum Crussvicien secure et citra ullum impedimentum obtineat neque electiuitas beneficii neque etiam id quod ipse Doctoratus titulo non est insignitus obstare ei quidpiam possit. In quo rem gratissimam nobis facietis.

Mortuus est hoc eodem Mense plebanus in villa Colachiche domini Abbatis Thinicen. itaque postulamus a vobis ut plebaniam morte illius vacantem honorabili Joanni Gniadi clerico Nepoti ex fratre praefati domini Abbatis impetretis. et ut in impetrandis his ambobus beneficiis non anticipemur summam curam et operam vestram adhibeatis. Hoc autem impetratio eorum erit commodior et efficatior quod in presentia graciae omnes pendent reuocatae.

Translationem nominationis domini Rilski de Ecclesia Wladislavien ad Cosnamien expedire memineritis, prospiciatis tamen ut

non officiat quidquã Juri seruitorũ nostrorũ ad eandem Ecclesiã
non pridem nominatorũ.

Est Hispanus quidã istic Genesius Sepulueda qui scripsit librũ
contra Erasmũ Rotherodamũ quare rogamus vos vt eum ipsũ vnis
librũ quãprimũ nobis mittatis quo rem valde gratã nobis facietis.

Non erit bene contenta Mtas Regia postquã intelliget Rmũ D.
Carlem Protectorem regni sui non solũ non curare diligenter res
et negotia sua et Prælatorũ ac subditorũ suorũ verũ etiã nonnun:
quã illis impedimenta ingerere id namq3 de sua D Rma hic passim
iam prædicatur. De hoc tamen quinã fuerit animus et mens
suæ Mtis vobis alias perscribemus. Bene valete Datũ Cracovie
Die xx Septembris. Anno M D xxxiiij.

Non placet nobis q nimiũ solliciti estis de prouehendis nepotibus
vestris ad Sacerdotia Ecclesiastica ad quæ obtinenda per tenerã
ætatem nondũ sunt satis apti, facite operã vestrã vt erudiantur
bonis litteris. et moribus dũ iuuenes sunt. Si enĩ profecerint in
litteris, et tales se præstiterint quales vos illos habere et videre
optatis. tum demũ poteritis cogitare de augendis illorũ for:
tunis.

Retulit nobis Joannes vilamowski datam esse istic contra vos
ac etiam contra nos supplicationem quandã. qua vterq3 nostrũ
sugillari deberet. de qua vos quoq3 litteris vestris ad nos datis
nonnihil attigistis. Postulamus a vobis vt exemplũ seu copiã
illius ad nos per hunc nunctiũ Mothiczka transmittatis.

Cæterũ nemini reddatis litteras præsentibus nostris annexas
priusq3 impetraueritis Archidiaconatũ Crusuicen. et Ecclesiã
parochialem in Colachiche; propter quæ potissimũ has litteras
celeriter ad vos mittere curauimus, quas scribi fecimus dupli:
catas vt si vnæ interciperentur, aut quouis casu deperirent
alteræ saltem ad vos perueniant.

Cracouiæ xx 7bris 1534.

Petrus Tomiczki Epus Cracc. vicecancell.
Cardinali Protectori

Rme in Christo pater et domine Domine colen.me. Post officiorum meorum commendationem. Reddidit michi joannes Vilamowski Ser.mi regis mei nunctius litteras a R.ma D vra cum humanitate plenas tum insignis amoris in me notis. In quibus R.ma D. vestra omne studium suum et beneuolentiam omnemque curam et diligentiam in omnibus hiis quae a Sanct.mo Domino nostro impetrata velim conficiendis ad me defert, Dici non potest quam grata michi et iucunda acciderit tam singularis humanitas R. D. vestrae. quominus enim meritum me esse scio vt tanta voluntatis inclinatione in me propenderet. hoc me magis ob insignem istam graciam debere R. D. vestrae profiteor et prae me fero. Cogit itaque me incredibilis amor meus et obseruantia vt quae vel ad R.mam D. vestram vel ad sanctam sedem Apostolicam pertinere existimo ea libere in hisce litteris perscribam. is enim sum semperque fui qui pro eo atque me facere debere intelligo. omnem curam meam et cogitationem in eo semper fixi atque locaui vt et sedi Apostolicae ea quae debetur veneratio a Ser.mo Rege meo praestaretur et ad amorem eius ac beneuolentiam quo R.ma D. vestram complecti intermisit nunquam, maior in dies singulos fieret accessio ac Deo sit gracia immortalis. cuius id potius beneficio. et misericordia singulari. quam vel meritis aliquibus nostris vel opera nostra et labore contigisse arbitror, habemus Regem eiusmodi qui et vitae sanctimonia. et erga sedem Apostolicam obseruantia et erga ordinem Ecclesiasticum studio et beneuolentia cum quouis Principum Christianorum certare. aut absit verbo inuidia

inuidia palma potius omnibus praeripere possit. In vestra vero
R.ma D. non ita videtur voluntas illius immutata, ut aliquid
de studio illo suo remisisse sit existimandus. quare quo sanctior
est Rex, quo nominis Apostolici obseruantior, quo totius cleri
studiosior, quo vestrae etia R.mae D.nis amantior, hoc mihi di:
ligentius a vobis istic fouendus esse videtur, ut eu quem coepit
cursu teneat, atq institutu illud suu moremq laudabilem sibi
iam inde ab auis proauisq suis quasi per manus traditu du
spiritus artus eius rexerit, firmiter et mordicus quod aiunt
retineat. Ita enim nisi me animi mei coniectura fallit intellige:
re videor. sanctae sedis Ap.cae autem ex eo maxime pendere, si ea
qua par est veneratione, Reges, ea, et Principes prosequantur
id si facere supersedeant conuelli eam et labefactari ne:
cesse est. Meu itaq foret consiliu ut omnes omniu Regu
gracias non retinendas solu, veru etiam acquirendas sedi
Apostolicae curaretis. Nunc contra fieri video, atq id pro
mea incredibili erga sedem Romana obseruantia vehe:
menter doleo. Nam ut de aliis rebus taceam, quoru postu:
lationibus iustis fortasse de causis locus datus non est. Rex
meus quam in aequa petitione superioribus temporibus repul:
sam tulit, atq eam animo tulit valde acerbo. Multo autem
id acerbius q quae paulo ante concessa ei fuere a S.mo D.no
nostro Priuilegia, ea non multo ita post abrogata, et antiquata
inducta esse intellexit. Acciderunt ei hec valde molesta,
singulariter enim secu agi existimat. Est tamen adhuc ea
qua semper fuit in sedem Apostolica obseruantia, atq iteru
ea quae iuris sui esse existimat, Precario tamen a San.mo
D. nostro postulat, quae si quod Deus omen obuiat optata
non tulerit, ne multo magis animus illius regius repulsaru
insolens exacerbetur cautio est, precipue cu ea quae petit
non ut suis, sed ut cleri rationibus consulit impetrata
velit. videt optimus Rex infestos esse predis, et ut ve:
rius

dicam latrociniis quorundam agros Ecclesiarum, videt flagrare
illos magno odio atque invidia apud seculares, qui bonis nostris
inhiant. defendit et tuetur quantum potest. Sed an idem stu:
dium ad vindicandas ab iniuriis multorum possessiones nostras
filius allaturus sit, aut posteri eius certum non habet, neque
id praestare potest. Cupit itaque priusquam ex hoc corporis sui
domicilio migret, memoriam nominis sui nobis relinquere sem:
piternam. et viam quandam ac rationem excogitavit, qua bo:
na nostra ab omnis generis hominum iniuriis strata tecta con:
servari queant. Ad ingens certe ordinis nostri dedecus, et
infamiam pertinere videbitur. si in tuendis nostris commodis
nobis ipsis seculares principes diligentiores esse iudicentur
Essetque maxime miserandum. si quos a nobis adiutos oportuit
iis nos nostra vectigalia tueri nostris commodis prospicere
cupientibus adversari vellemus, Quapropter etiam atque etiam
R. D. v. vehementer oro ad tam iustam rem R Mtis no:
mine impetrandam quam ex eius Mtis litteris cognoscet. toto
quod aiunt pectore vt incumbat tum ne circumscribantur atque
oblitterentur concessa R. Mti. et Praelatis regni sui a S.mo
Domino nostro Privilegia, summa cura provideat. inde et
ad sedem Apostolicam maior accedet veneratio. et ad clerum
Ecclesiae meae non mediocris redundabit vtilitas. ac ad amo:
rem R. Mtis in R.ma D. vestra ingens addetur cumu:
lus. Commendo me rursus ex animo vestrae Rmae D.ni,
quam Dominus Deus quam diutissime servet incolumem florentem
et felicem. Cracoviae Die vii Octobris M D xxxiiii.

Petrus Tomicius Epus Crac vicecancell
Datario PAPÆ

Rde domine amice et maior honorande. Cum peruenisset ad aures Regiae Mtis domini mei, preces eius apud S. sedem Apostolicam desertas, neqz eis quidquam loci datum fuisse, opinione omnium maiorem cepit dolorem, neqz adeo se rerum esse imperitum dicebat, vt quid iuris esset, potestatisqz suae regiae, non intelligeret, negabat se vlla religione impediri quominus de regni sui nego:ciis arbitratu suo ea quae vellet precipue aequa et honesta statueret. durius fortasse id accepit quam vos istic fortasse creditis. Non solum irritas apud sanctam sedem Apostolicam pre:ces suas cadere, sed vsqz eo se iam contemni et pro nichilo duci, vt si quae sint hodie a se impetrata priuilegia, cras antiquen:tur illico. Ego vero quamuis Mtis eius animum non nichil exulce:ratum quoad eius a me fieri potest lenire conor et mitigare, merito se tamen succensere magnaqz istic affici iniuria que:ritur. Nam quod toties repulsam patiatur, dignitatem suam et Mtem ledi putat. quod vero quae modo Stmus D. noster concessit ea paulo post abrogat ea re non solum de sua reuerentia de Stis suae authoritate permultum detrahi et imminui. Decere enim eius decreta qui Christi in terris agit vicarium fixa esse et stabilia, et diuturna, atqz adeo si fieri possit sempiterna neqz subinde mutari. quae res, vt contemnantur efficit, dum quae quis hodie impetrauit ea num sint in crastinum duratura certum non habet. Mea est opinio, ad multa Sanmo Domino nostro pertinere Regum vt studia conciliata sibi habeat. Neqz occasionem eis praestet, qua merito possint voluntates eorum a Ste sua abalienari, cum inde fere sanctae sedis

Apostolicae authoritas pendeat, si Reges eam Christiani agnoscant, atque ea qua par est veneratione prosequantur. qua in re Rex meus nemini Regum et Principum Christianorum concedit. sed se propterea minoris fieri oportere aequum esse non putat. si sanctam sedem Ap.cam pro eo atque Regem decet Christianum facit maximi: vereor ne benevolentiae id magis quam iudicii testimonium meum esse videatur, neve minorem ideo authoritatem habeat, quòd Maiestati eius debeo. Sed eum certe Regem meum esse statuo, qui ut vel maxima eius isthic a vobis ratio habeatur, multo sit dignissimus. Est enim antiqua virtute ac fide et pietate princeps, vitae sanctimonia singulari. nostri vero ordinis ita studiosus nihil ut ei curae praevertendum putet quam de nostris commodis non tuendis solum verum etiam augendis et amplificandis dies noctesque angitur. cuius rei vel proxime documentum dedit singulare. Nam cum non ignoraret Princeps prudentissimus ordinem nostrum in summo apud Seculares odio esse et invidia, qui fortunis nos nostris eversos se vero auctos illis cuperent et locupletatos, curavit quidem pro virili, ne quid ab eis detrimenti acciperemus. Sed quam certum illi est summo esse erga nos odio prophanum ordinem inflammatum, tam hoc est incertum an pari sit in nos voluntatis inclinatione propensurus, an idem studium ad nos ab eorum iniuriis vindicandis allaturus aut filius adolescens Rex iam designatus, aut quicunque tandem filio successurus est. praecipue si senum in locum ita ut solet fieri Consiliarii quoque succedant adolescentes. quorum quo sunt corpora firmiora, hoc esse consueverunt animi vires magis imbecillae. quare pro virtute sua et probitate singulari, pro summa in ordinem nostrum benevolentia, pater verus noster que rex optimus beneficentissimusque diu multumque meditando viam tandem et rationem excogitavit, qua conciliatis nobis Secularium animis, bona nostra ab omni periculo sarta quod aiunt et tecta conservaret. Neque nobis solum

verum etiam posteris nostris non vulgarem in nos animi sui propensionem testatam faceret tempore sempiterno. quamlibet hac res pia sit, et ad incredibilem totius cleri Regni huius utilitatem pertineus: facit tamen hoc eius religio singularis ut ne tam quidem sancta de re statuere quidquam velit, nisi de ea ad San^mum D. nostrum prius retulisset. Cui supplicauit diligenter ratum ut esse velit quod de tuendis nostris commodis animo cum suo statutum habet et deliberatum. Totam autem causam D. v. ex litteris M^tis suae ad se datis, ac ex domino Doctore Sta^o Regni nostri Poenitentiario cognoscet, quam ut diligenter sibi habeat commendatam maiorem in modum peto. Scio enim quantum D^o. v. pro virtute sua et prudentia atque usu rerum non mediocri apud S. D. nostrum gracia valeat et authoritate atque in ea fere omnia posita esse non ignoro, quare ut in hac petitione quae propter summam aequitatem facile debet obtineri Regem meum D^o vestra velit adiutum etiam atque etiam vehementer rogo. ita enim de liberalitate hac vestrae D. interpretabimus ut summo nos ab ea beneficio affectos indicaturi sumus, hac una re D^o. v. et sibi graciam Regiam non mediocrem conciliabit et apud nos ac clerum nostrum maximam sibi laudem et gloriam comparabit, et Regium animum S D N. obseruantissimum multo ei magis addictum reddet et consecratum. Alioqui magnum impendere video periculum, ne si frustra se ad sanctam sedem Ap^cam Reges confugere intelligant, a mere suo et potestate Regia presidium petere incipiant. Commendo me beneuolentiae vestrae D. quam dominus Deus diu seruet, in sua gracia sospitem ac foelicem.

~~Petrus Tomicius Epus Crac. vicecancell.~~

Stanislao de Rzeczicza Doctori penitenciario Rom.o

Sigismundus primus Rex Poloniae.

V. Enerabilis devote nobis dilecte. Rediens ex urbe Joannes Vilamonius nihil carum rerum in quarum desiderio et expectatione fuimus nobis attulit. quae res valde nobis molesta accidit. Ista enim ad nos perfertur non solum precibus isthic nostris atque iis quidem honorariis. loci nihil esse apud Sanctam Sedem Apostolicam. verum etiam impetrata aliquando a nobis Privilegia induci iam rursus et antiquari Adeo nec sui decori. nec nostri honoris rationem ullam S. D. mus N. ducere videtur / Etenim quam sit honori nostro adversarium totiens nos repulsam pati idque honesta petentes nos intelligimus. Sit ne vero personae et dignitatis Pontificiae quae paulo ante authoritate eius sancita sunt. non ita multo post abrogare, San.tas sua viderit. Non adeo sumus nulla in rebus intelligentia ut hoc non perspiciamus quae in beneficii loco a S D N. concedi nobis postulamus, ea posse nos nullius voluntate requisita pro potestate nostra Regia nobis ipsis concedere. sed quia mos iste a maioribus nostris per manus nobis traditus est. de rebus Ecclesiasticis ad Sedem Apostolicam referendi. nollemus nos quidem a maiorum nostrorum instituto deflectere. sed id quoque aequum dicimus nostrae isthic etiam dignitatis ratio ut habeatur.

Nunc iterum San.ti suae suplicamus ut tres Can.tus et Prebendas Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis et nonnullas paro.les Ecclesias Economo seu Praefecto Arcis ibidem. et item duas digni.tes. Ecclesiis cuius quod Praepositura spectat ad collationem nostram Regiam. ac Can.tus et Prebendas Ecc.ae

Collegiate Scarbimiriensis et nonnullas parrochiales Ecclesias oecono:
mo seu Praefecto Arcis Slancomiriensis in Iuspatronatus perpetuum concedere dignetur.
Tuum erit ea in re summo studio contendere et elaborare ut
voti nostri compotes efficiamur atque una verbis ipse declarabis
cum S. D. N. tum R D Cardinali Regni nostri Protectori
quam iniquo feramus animo et preces nostras repudiari et
irrita fieri, quae paulo ante concessa nobis fuere Privilegia
Facturus pro fide tua et gracia nostra. Datum Vilnae
octobris M D XXX iiij

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape tercio noviter electo

Gratulatio

CVm aegra esset et prope deposita Christiana resp.ca Principi:
bus eius misera sic ambitione suadente mutuum in exitium immi:
nentibus vulgi atque secularium animis multo maxima partem
incredibili Cleri odio inflammatis, novis subinde Heresion emer:
gentibus generibus, atque iis tam firmas radices agentibus ex:
tirpari ut vix posse viderentur adeo ut sempiternam plerique rebus
Christianorum offusam esse noctem iudicarent, in caelum manus omnes
sustulimus Patrem caelestem totius misericordiae fontem precibus
subinde nostris fatigavimus lucem ut suam oboriri nobis faceret,
qua calligo illa in qua demersa prope fuere omnia discuteretur:
atque inclinatis et lapsis prope iam rebus spes aliqua et presi:
dium salutare adferretur. Ecce autem clemens et misericors
Dominus qui opem suam neminem unquam frustra passus est implo:
rare, respexit vota precantium, et Sanctitatem vestram celitus
nobis demisit quae sapientiae suae luce, procul pulsis tenebris
omnes orbis Christiani partes illustraret. quare ex re credi
non potest, quanto fuerim elatus gaudio. Ita qualem votis

concipiebamus talem Sanctitatem vestram Pontificem nobis desi:
gnatum esse intellexi. Cum enim ad tres istas pestes sedandas
et opprimendas quarum contagione totus fere Christianus or:
bis attactus est, bella Principum: odia et discordias homi:
num: Haereseon noua genera, tres essent res maxime necessa:
riae, pacis et tranquillitatis amor, vitae morumque integritas,
cum doctrina coniuncta prudentia, eas in Sanctitate vestra singu:
las ita esse ad nos perlatum est, vt qua vna sit prae ceteris ha:
rum virtutum insignis, haud facile diiudicari queat, dum Principem
in singulis locum obtinere dicatur. Iam ergo dubio procul bello:
rum plus quam ciuilium vel seditionum potius restinguentur incen:
dia, cum is qui Christi in terris agit vicarium, ad illius cuius
typum gerit imitationem pacis sit rei vnius omnium maxime
expetendae amantissimus, eius inter principes christianos
conciliandae cupidissimus, ad hanc connectendarum inter eos
voluntatum artifex optimus. Iam inter sacrum et prophanum or:
dinem omni deposita simultate maxima futura est animo:
rum coniunctio, atque vt odiis paulo ante ita amore deinceps
ac beneuolentia certabitur, cum virtutis et probitatis vis
esse dicatur tanta, vt eam odisse ne hostes quidem possent,
non possent non amare. cuius cum omnes propemodum nume:
ri extent in capite, fieri non poterit quin ad caetera quoque
membra partes illius inde aliquae deriuentur. Ex quo fu:
turum spes est, vt qui modo, sua fortassis aliqua culpa in sum:
mo versati sunt odio et inuidia iam virtutum suarum splendore
omnium in se iam sint ora atque oculus sui admiratione conuer:
suri, et maiore sui quam dici queat omnes amore inflamma:
turi. Iam pestiferae haereticorum linguae conticescent, cum
eum vnde salus pendet Ecclesiae, et ipsum armis prudentiae
armis doctrinae instructissimum esse audient, et eos in consilium
adhibere, qui sint Zizaniorum euellendorum peritissimi.
Merito itaque Sanctitati vestrae, qua summa possum animi mei

alacritati gratulor, quam Deus tot corporis, tot animi dotibus
ornatam ad summum dignitatis evexit fastigium, vel quod multo
est rectius Ecclesie potius, totiq; gratulor orbi Christiano, cui 9
calamitatum tandem aliquando pater ille misericordiarum miser:
tus eum pastorem dedit, qui tranquillandis principum animis,
conciliandis ordinum studiis, extirpandis e mentibus hominum
pravis opinionibus, in florentissimo statu mansuetudine sua,
integritate, prudentia, temp.ᵃᵐ sit Christianam foelicibus auspi:
ciis collocaturus. id quod vt Sᵗᵃˢ vestra primo quoq; tempore
facere adgrediatur, vt nature sue bonitati obtemperet, vt
eam ducem sequatur, etsi currentem procul dubio, hortor
tamen et rogo plurimum. Nam et laudi Sanc.ᵗⁱ vestre faveo
et eo rem iam propemodum deductam esse video, vt nisi tot
vulneribus Reip: Christiane iustis et presentia et mature
fuerint adhibita remedia, vix ullus postea medicine sit lo:
cus futurus. Tam itaq; id ardenter cupio, vt corpus etiam
meum libens obtulerim, si representari morte mea pax et tran:
quillitas Ecclesie poterit. Equidem quod meum regnum attinet
toties in hoc sum vt pestes istas paulo ante a me memoratas
procul repellam neq; eas in mea vnq; Dominia penetrare patiar etc

finem huius Ep̄le vide in Ep̄la sequenti: penes tale signum ⊕

Ep̄la precedens: nō fuit missa ad Papam: Sequens vero Ep̄la erat missa

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

CVm allatum ad nos esset, ad Sanc.ᵗᵉᵐ vestram totius reip.ᶜᵉ Chri:
stiane gubernacula esse delata, credibile non est, quanto
fuerim gaudio delibutus. Nam quo maiora orbi Christiano
pericula impendere videbam, regibus et Principibus Chri:
stianis, misera sic ambitione suadente, mutuum in exitium
imminentibus, vulgi et secularium animis multo maxima

partem incredibili cleri odio inflammatis. Hereseon nouis
subinde generibus emergentibus, atque altius radices agentibus
quam ut extirpari facile possint. Hoc sum recreatus magis et
exhilaratus, cum eum Ecclesie pastorem celitus esse datum intel:
lexi, qui cum sit pacis amantiss.mus omni genere virtutis orna:
tissimus, armis doctrine, armis prudentie instructiss.mus non
ita magno negocio reip.ce pestes omnes resecare, atque eam
florentiss.mo in statu Christo Duce, et auspice collocare possit
Merito itaque S.ti vestre, ea qua summa possum animi mei
alacritate gratulor, quam Deus tot corporis, tot animi dotibus
ornatam ad tantum hoc quo maius in terris nullum esse potest
dignitatis erexit fastigium. quamquam multo me magis Eccle:
siae gratulari conuenit, cuius calamitatem tandem aliquam
Pater ille misericordiarum misertus eum dedit Pontificem,
qui ad statum illius reformandum non minorem sit volun.tem
quam facultatem allaturus. Neque ei rei preuertendum quicquam
putabit, vt Principum animos tranquillare, ordinum studia
conciliare, prauas ex animis hominum opiniones possit ex:
tirpare. Id quod vt Sanctitas vestra primo quoque tempo:
re facere aggrediatur, atque in eam curam et cogitationem
toto quod aiunt pectore incumbat, etsi currentem procul
dubio, non possum tamen non hortari, et rogare plurimum
Nam et laudi Sanc.tis vestre faueo, que tanta futura est
vix vt coelo capi posse videatur. Et eo iam rem propemo:
dum deductam esse vt nisi tot et tantis vulneribus reip.ce
Christiane inustis et presentia et mature fuerint adhibi:
ta remedia, vix vllus postea medicine sit locus futurus
Tam ardenter rationibus Ecclesie prospectum cupio, vt cor:
pus etiam libens obtulerim, si representari morte mea pax
eius et tranquillitas possit. Equidem quod meum Regnum
attinet totus in hoc sum, vt pestes istas paulo ante a me
memoratas procul repellam, neque eas in mea unquam dominia

penetrare patiar, cum Christiani nominis hostibus michi per:
petuo res est, a quibus minus impenderet periculi, si qua fierj
posset inter Principes Christianos concordia. tum ne quod here:
tici venenatum virus subditis meis afflare possint, ne pravis
animos eorum ac perversis opinionibus imbuant, qua summa
possum cura et diligentia prospicio. In primis autem ea michi
res curae est, ordinum ut sint voluntates coniunctae. quod ut
confici posset facilius via quaedam et ratio est a me excogita:
ta, qua de aliis in litteris ad Stem vestram scripsi, quam ut
iudicio suo confirmare, et primas meas preces benigne ve:
lit exaudire, ea qua par est animi mei demissione Sanc.ti
vestrae suplico ad cuius me fidem et authoritatem confero
illi me, illi filium meum unicum michique char.mum Regem iam de:
signatum, illi Regnum meum et dominia mea omnia humiliter
commendo. Denique precor ut Sanc.tem vestram in singularem
Ecclesiae suae consolationem diu servet sanam et incolumem.
Nam aut ea clavum tenente petri navicula eum quem volumus
cursum tenebit, aut si quod Deus omen obruat haec nos
tanta spes frustrata fuerit, Acta iam et transacta erunt
omnia. Vilnae Die ultima Octobris M D xxx iiii Regni
mei xxviii.

Petrus Tomiczki Epus Crac Viceecancell

Philipo de Senis Prothono:rio App:co Clericorum Camere
app:ce Decano: et Scriptorum Archiuii Curie Romane
Correctori.

Rde Domine Amice honorande. Miratur forte vestra D.
quod illi et dominis Archivistis nichil pecuniae ex denario
Sancti Petri est missum, sed certe non miraretur si sciret
quantum is ipse denarius decreverit. Decrevit namque adeo
ut ne Mti quidem Regiae in eam necessitatem ad quam est

concessus usui esse potest. Cum enim in tota Slesia et magna parte Prussie solui iam dudum desierit. Nobilitas quoque Regni huius adducta exemplo illarum Prouinciarum sibi vicinarum solui illum a subditis suis prohibet nec procul dubio id solueretur si non ad necessitatem fruimentarum Arcium Regni Mti Regie cederet. Ego tamen volens gratificari D. vestre ceterisque dominis Archinistis mitto illis vel inuita et inscia Mte Regia ex eo ipso denario nonnihil pecunie quam numerabit istic dominus Doctor rzecicha penitenciarius lingue nostre Sclauonice, rogoque D. vestras, vt id quod mitto grato animo suscipiant meque de quattuor annis preteritis quittent, ego vero curabo vt de annis quoque consequentibus eis aliquid numeretur et mittatur. valeat Faelix vestra D. R. et me negotiaque mea et Ecclesie mee ac meorum habeat sibi commendata. Crac. Die viij octobris M D XXX IIII.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.
Paulo Pape tercio Pontifici Maximo

SAnct.me ac beatss.me in Christo pater et domine domine clemen.me. Post pedum oscula beatorum. Etsi pater beatss.me per magno sim a Sanctte vestra locorum interuallo disiunctus tanta tamen est omnium mortalium letitia, tanta omnium ordinum gratulatio quod tandem innumerabilium Reip.ce Christiane calamitatum. vberrimus ille clementie fons et misericordie Christus Jesus misertus Stem vestram, que ad illius gubernacula temporibus hisce periculosissimis sederet delegit. vt eorum clamorum et plausuum, qui excelsis illis atque jllustribus in locis fiunt et excitantur, apud nos

quoqꝫ sint sonitus exauditi · que me tenere minus potui · quin commu:ni ista omnium in letitia et gratulatione, quae tanta est, ut post hominum memoria nulla fuisse maior videatur · ipse quoqꝫ pro eo atqꝫ officii mei ratio postulat Sanc.ti vestre gratularer · atqꝫ in:credibilem animi mei letitiam quando quidem coram non possum per litteras saltem illi meas declararem · atqꝫ utinam vel per virium mearum imbecillitatem quae mihi longo sunt et diutino morbo vehementer accise · vel per senectutis onus gravissimum quam morbum ipsum esse verius quam vellem dictum esse compe:rior advolare istuc michi et ad Sacratiss.mos S. v. pedes accidere, eosqꝫ qua par est veneratione deosculari liceret. michil est quod facturus essem libentius. Ex vultu enim atqꝫ ex oculis et fronte ut aiunt · perspicere San.tas v. posset quam fuerim admirabili gaudio delibutus. Nullum certe michi in vita diem illuxisse memini letiorem quam quo primum ad me optatiss.mus de S.te v. ad summum hoc humanarum rerum fastigium evecta Nunctius est allatus. In spem namqꝫ certiss.mam venie:bam, fore ut authoritate, prudentia · gravitate Sanc.tis v.re resp: Christiana constitueretur, aegreqꝫ illi ac prope depositae me:dicina per S.tem v. fieret, cuiusmodi, nullum ut ei periculum esset gravius pertimescendum. Cui enim dubium esse potest quin de sanandis primo quoqꝫ tempore vulneribus, quae et multa sunt ei et gravia superioribus annis imposita, curae sit S.ti v. fu:turum maxime, quae in conciliandis Principum animis proh dolor multos iam annos hostilem plane in modum mutuum in exilium imminentibus: in coniungendis ordinum studiis magno inter se odio dissidentibus: in extirpandis atqꝫ evellendis radici:tus pestiferis ac impiis erroribus · quibus complurium iam sunt mentes imbutae, defixas cogitationes suas est omnes habitura, ut michi non tam Sanc.ti vestrae gratulandum, quam Deo optimo Maximo gratiae videantur agendae. quem, cum nostri iam curam abiecisse putaremus, nos adhuc clementer respicere videmus

In ea enim tempora Pont: Sanc.tis v. incidit ut non tanti ex eo fructus quanti labores et sollicitudines ad San.tem v. sint peruenture neq3 paulo plus sceu oneris quam honoris alla:turus videatur. quae tamen onera et labores pro suo in Ecclesiam Dei amore non minus est libens Stas v. susceptura q3 si optimis temporibus ad eam dignitas allata fuisset. Ea est enim magni:tudo animi San.tis v, id robur, ea constantia, ut nullum sit onus declinatura, nullum discrimen adire recusatura: si possit la:boribus suis et vigiliis reip: Christianae salutem repraesentare eminus clauum St. v. tenente, spes est in Christo Jesu sopitis Prin:cipum discordiis, extinctis ordinum dissidiis, euulsis Haereticorum Zizaniis, meliora fore omnia et tranquilliora, atq3 aurea illa Saturni secula longo tandem interuallo reditura. Id quod ut facilius Sanctas v. confectum nobis dare queat, summis Deum precibus vna cum clero meo vniuerso fatigare nunquam inter:mittam ut Sanc.tem v. sanam atq3 incolumem multos in annos velit esse superstitem quo possit ex animi sui sententia reip: Christianae rebus tranquillandis, atq3 optimo in statu collocandis tanto curam et diligentiam impendere maiorem. Ipse vero quam summa possum animi mei demissione St. v. supplico. ut me clerumq3 meum clementer respiciat. negotiaq3 mea omnia com:mendata sibi habeat. quae cuiusmodi sint D. Stanislaus Rze:cicza penitentiarius Polonus Sanc.tis vestrae Capellanus, meo nomine fusius isthic explicabit. Hoc praeterea S. v. maiorem in modum quaeso. ut munus a me S. v. missum paruum quidem et exile sed ex abundantia quadam amoris mei et beneuolentiae erga S. v. profectum grato atq3 hilari animo accipiat: neq3 tam muneris paruitatem q3 promptam animi mei voluntatem intueri dignetur. Christus Dominus noster seruet q3 diu: Sme v. San:ctem pro incolumitate reip: Christianae ac optatis meis sanam et felicem. ad cuius B. pedes me rursus supplici:ter ac humiliter commendo. Datum in oppido kielcze Die xvi Januarii M D xxx v.

Petrus Tomicius Epus Crac Viceecancell

Hieronymo Epo Vigormen: camere
Appce Auditori.

Rme in Christo pater et domine frater et amice char.me
ac honorande. Is est amor meus erga Rmam D. v. eaqz
gratificandi illi voluntas, vt simul atqz per eum qui in fide mea
est et clientela, Joannem Vilamouium postulata michi sunt Rme
D.nis v. exposita, nihil ei curae praeuertendum putauerim, qua
de satisfaciendo illis angebar. neqz conquiescere prius potuerim
qz litteris a M.te Regis mei impetratis per proprium eiusdem
Nunctium ad potentissimum Angliae Regem nulla mora interpo:
sita perferendas eas curassem. Ecce autem haec mea tam
plena officii sedulitas parum michi faeliciter cecidit. Factus
enim sum postea certior. per Doctorem Stanislaum Penitentia:
rium periculum esse, ne qua ratione profuturum me Rmae D. v.
sperabam ea rationibus illius maxime viderer obfuisse. Id
adeo Vilamouii fortasse mei errore accidit. a quo vt erat
causa apud me informata ita eam Ser.mo Regi meo per:
scripsi atqz in eam sententiam litteras a Mte illius abstuli.
Cepi igitur maiorem qz credi queat animo dolorem. cum
contra a nobis qz rationibus R. D. v. conducere videre:
tur factum esse intellexi. et certe. si quid me proficere posse
sperassem nullis sumptibus pepercissem si qua ratione qui
missus fuit a Mte Regia nunctius, e cursu suo reuocari
potuisset. Sed quo tempore de errore michi nostro signi:
ficatum est, nihil dubito quin iam ille Regis Angliae diti:
onem attigerit, et mandata fortassis exhauserit. Dabo
tamen nichilominus operam. vt errori huic nostro mederi

adhuc possimus. Sed fieri prius a nobis nihil poterit quam Nunctius is cuius reditus in propinqua est expectatione, responsum nobis a Rege Angliae retulerit quo perspecto atque re nata capto consilio curae mihi futurum est, ne fraudi sit R. D. V. ista mea tam ardens gratificandi illi cupiditas, si offensum Regem videro atque illius voluntatem erga R. D. V. immutatam, agam summo studio et diligentia, nullumque non movebo lapidem quo reponi in illius gracia R. D. V. possit, neque aliam in fortunis illius defendendis curam et diligentiam adhibebo quam si meae ipsius fortunae agerentur. Id sibi ut firmiter de me persuasum habeat R. D. V. vehementer peto. Atque ut habeat aliquid quod mei subinde memoriam apud illam refricare valeat misi superioribus Mensibus R. D. V. amoris erga illam mei pignus vestem de pellibus et dorsis variollarum quam ut eo quo datur a me animo accipiat vestra R. D. plurimum illam rogo, meque illi omni quo possum studio commendo. Et valere eam ac foelicem esse summe desidero. Datum in oppido meo Kielcze Die xvi Januarii M D xxx v.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Antonio Cardli Pistorien. Regni Pol. protectori

Rme in Christo pater et domine frater et amice charmae ac honorande. Paucis ante diebus de summo amore et benevolentia R. D. V. in me, permulta dominus Stanislaus Rzecicza poenitentiarius Polonus ad me perscripsit, meque tanto vicissim Dnis V. Rme studio inflammavit, nulla ut cura magis animum meum sollicitum habeat, quam

qua possim ratione mutuam meam erga R. D. v. animi propen:
sionem declarare, quae tanta est, verbis ut eam exprimere satis
nequeam. quamvis enim re qua amore a quoquam vinci honestius
semper duxi. In hoc itaque pulcherrimo certaminis genere
ne posteriores ferre viderer, summa est a me contentione
semper elaboratum. Sed cum D. v. R.ma re ipsa declara:
rit quanti me precesque meas fecerit, atque omnia mea
meorumque negotia, tanta cura et diligentia curaverit,
ut beneficio D.nis v. R. votorum meorum omnium compos factus
sim, pudet me vehementer quod qui re michi bene fecerit, ei
verbis conor satisfacere: ut gratum tamen me et memorem
D.o v. R. cognoscat, cuius rei signum fodera de pellibus mar:
durinis D.ni v. R. muneri mitto: parvum quidem munus,
valdeque exile, cum magna illius in me consistent merita: spes
est tamen in humanitate R. D. v. quod non tam muneris
parvitatem quam amoris magnitudinem ex quo profecta est
considerare volet. Quaeso autem D. v. R. ut eodem quo coe:
pit amore in me semper esse perseveret, meaque et meorum
negotia omnia habeat sibi commendatissima. Cuius fra:
terne benevolentie me ex animo commendo et valere illam
fel.me desidero Datum in oppido meo kielche die xvi
januarii M D xxxv.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell

Antº Carli Pistorien Protectori.

R.me in Christo pater et domine domine cum primis
observan.me officiosissimum mei et observantie meae com:
mendationem. Etsi neque de gracia et clementia in se

Sanct.mi domini nostri neqz de fide et diligentia Rmae D.nis vestrae M.tas regia dominus meus quidqz dubitat atqz futuru omnino confidit, vt quibus de rebus paucos ante dies ad Sanc.mu Dominu nostru scripsit, eas sit non ita magno negotio impetraturus, quo tamen id cupit ardentius. Hoc minus esse potest animo prorsus ab omni metu vacuo, precipue quoties ei venit in mentem, se superioribus temporibus in petitione corrigendae interpretandae et extendendae bullae ordinariis regni sui concessae, repulsa esse passu, quae pectori illius altius est infixa, quã vt euelli facile possit eius memoria, quare sollicita M.tas sua Regia, ne quod in illa petitione priore euenit, idem nunc quoqz ei accideret. Mandauit michi vt hunc eius seruitorem nobilem Andrea Przeczlawski isthuc mitterem, qui daret opera, vt quibus de rebus San.mo domino nostro suplicauit, eas primo quoqz tempore auferre possit et obtinere. quecunqz itaqz vel regio vel meo etia nomine Rmae D. vestrae idem nuncius nunciauerit, iis fidem vt adhibere velit queso, atqz illi opera sua et patrociniu omnibus in rebus prastare. Futuru est enim vt ea re M.tem regia plurimu sibi sit demeritura. Huic etia dedi negotiu, vt omne studiu meu et beneuolentia ad Rma D. v. meis verbis deferret eiqz et ineuntem hunc annu, et multos alios insequentes felicissimos precaretur. Et quonia non desunt homines, qui cu iniris nihil habeant, cui iniuti possint, propinquis tamen meis et necessariis, dominis Samueli Maczieiowski, et Stanislao Pileczki, sacerdotioru quorunda nomine negotiu isthic facessere conantur, etia atqz etia Rma D. vehementer peto, vt eos patrocinio suo subleuatos, et ab omni aduersarioru impetu defensos velit et protectos. quo magis eni rationes eoru curae mihi sunt, eo su D. ni v. Rmae plus debiturus, si illius beneficio ab omni cuiusuis iniuria sarti tecti fuerint conseruati atqz in eo opera mea omnem consuma, magis vt in dies letari

possit R.ma D. v. se tantum hoc in me meosqz offitium collo:
casse. In presentia pignus amoris et obseruantiae meae erga
R.mam D. v. mitto illi munusculum quoddam, tenue quidem
et exile, sed quod si eo quo datur animo R.ma D. v. accipe:
re voluerit, ita sum interpretaturus, vt me non mediocri
benefitio ab ea affectum sim existimaturus. Christus Dominus.
Datum in oppido nostro Kielce Die xxviii Januarii. 1535.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Lasaro Bonamico Lectori Patauino Phi:
losopho

Si tuis ad nos litteris serius respondemus, non modo negli:
gentiae id nostrae, sed ne occupationi quidem tribuas, quae cum
summa sit semper, nunquam tamen esse tanta poterit, nostri
vt amoris in te atqz officii cursum interrumpat: verum cui pro:
cul dubio minime velles, aduersae nostrae valetudini assignabis
qua totos sex Menses tam grauiter, tantoqz vitae nostrae cum
periculo conflictati sumus passim iam vt deflecti fuerimus
et conclamati, vix vt etiamnum persuaderi sibi nonnulli pati:
antur adhuc nobis diuina benignitate lucis huius vsuram esse con:
cessam. quare cum gracia sit superis ex graui et diuturno morbo
refecti tandem sumus et recreati committere noluimus, vt
te responsi nostri expectatione diutius teneremus.
Quod in Hosium istic nostrum tam fueris suauiter effusus, non solum
ex litteris tuis, verumetiam ex sermone illius et praedicatione
abunde intelleximus, fuitqz nobis id gratius quam vt verbis
consequi possimus. Probari tibi mores illius neqz ingenium
displicere, valde nobis fuit cognitu iucundum. Itaqz quamqz
antea quoqz fuerit semper nobis comendatissimus, tamen iudicio

Hoc de illo tuo commendationeqz ista tua minime vulgari tantu accessit ad nostra in illu gracia et beneuolentia, vt augendo illius nullus ia locus esse videatur quin etia quo est nobis a te diligentius commendatus. Hoc adduci minus possumus, vt eu in Italia remittamus, eu presertim ipse quoqz ita sibi a nobis satisfieri dicat, vt facilius Italie se qua nostri desideriu ferre posse affirmet. Deinde vero negat ille se in Italia redire cupere: sed te videre: te audire. te presentem complecti desiderat: cui ? rei eu in patria sibi sua potestatem futura speret Italie se compotem factu putabit, vbi presentis tui potestas data illi fuerit. Nos autem ne spes eum hec frustretur, eu oportunu esse nobis videbitur, summo studio contendemus et elaborabimus.

De libello nobis a te dono misso, magnas tibi agimus gracias cum per aduersa valetudinem nostra nondu nobis perlegere licuit: nunc argumentu operis nos ad legendu inuitat et allicit.

Incredibile est qua nobis gratu id acciderit, q Nepoti nostro Bonaventure Swidue opera tua non defutura pollicearis. neqz ambigimus quidqz quin si vti illa voluisset consiliisqz tuis fidelissimis atqz amantissimis, parere in animu induxisset sue in Italia commorationis, te sibi tanto viro praeeunte fructu aliquem non paenitendu capere potuisset. Nunc ita adfertur ad nos eum istic alias res agere, a litterarum studiis vehementer abhorrere, magnoqz istic eu vite tu discrimine moru versari, quamobrem illu quidem proximo vere reuocare statuimus ? A te vero magnopere contendimus, vt qua illi opera nauare volueras ea Andreas isthic noster vti possit. De quo qz meliores ad nos rumores perferuntur, non minori nobis studia illius et rationes qua Nepotis nostri curae futurae sunt vt qui, qz probatus quisqz hominu iudicio discedat, nonnisiqz arcta nos necessitudine attingat considerandu nobis potius ducimus. Quidquid itaqz in eu officii contuleris id ita accipiemus, in nos

vt collatu illis existimari tu simus: deqz referenda tibi gra:
cia perpetuo cogitabimus vale. Ex arce nostra Bodzanomeu
Die viii Februarii M D XXX. V.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Paulo Tercio

SAnctis.me ac beatis.me pater et domine domine clementis.me
Post pedu oscula beatoru. Non ita multi Menses intercesserunt
eu S.ti v. per litteras gratulatus su quod ad summu hoc in quo nunc
est dignitatis fastigiu admirabili consensione omniu. incredibili to:
tius populi Christiani gaudio et letitia, singulari Dei optimi Max:
erga sponsa sua Ecclesia clementia et misericordia. Sanc.tas
vestra euocata sit et euecta. sed quo plura fuerunt ad me allata
de noua quada et inaudita omniu Principu precipue Christia:
noru letitia et gratulatione. deqz preclaris et prope diuinis
Sanc.tis vestre virtutibus. hoc mihi temperare minus potui
quin non per litteras solu. veru etia per nunctiu meu iteru
atqz iteru illi gratularer. tanta su admiratione. tantoqz
amore virtutu S. v. incensus atqz inflammatus. vt eu id
michi ipsi facere minime sit integru. seruitorem hunc saltem meu
Nobilem Andrea Przeczlawski mittendu putauerim. specta:
torem plausus et letitie. spectatorem laudis et glorie S. v
atqz earundem reru gratulatorem qui viua quodammodo voce
et animi mei letitia qua ex ista S. vestre in tantu honoris
gradu euectione concepi verbis illi meis declararet. et stu:
diu meu omne atqz obseruantia ad illa deferret. Haec vnum
istuc mittendi causa mihi fuit potis.ma obiter vero certis
quibusda de causis. de quibus antea me ad S. vestra
scribere memini, suplicando, vt instaret ei mandaui. quare

vt in his quae Sanc.[ti] vestrae dixerit quaeque meo nomine petierit verbis eius fidem habere, et postulata precesque meas clementer exaudire dignetur, qua summa possum animi mei demissione Sanc.[ti] vestrae suplico, omni officio, omnique studio meo et obseruantia obnixe opera daturus, vt gratum me et huius Sanc.[tis] vestrae beneficentiae memorem esse omnes intelligant. Christus Dominus noster seruet in multos annos vestram Sanc.[tem] sospitem et foelicem. Cuius benignitati me rursus omni quo possum studio commendo. Datum Vilnae Die vi Februarii M D XXXV. Regni vero mei Anno XXIX

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell
Summo Pontifici Paulo TERCIO

SAnctis.[me] ac beatis.[me] in Christo pater et domine Domine clementis.[me]. Post humilem seruitutis meae et orationum commendationem, pedumque oscula beatorum. Simulatque ad Ser.[mum] D. Regem meum fuit allatum S. vestram diuina quadam prouidentia et misericordia Summum fuisse Pontificem designatam nulla mora interponenda putauit quin ad S. v. nuncium suum cum litteris mitteret, quibus illi gratularetur, quod in hoc fuerit amplissimo dignitatis gradu locata. verum nescio quo fato illius euenit vt medio in cursu, nuncius is graui morbo implicatus ita totius corporis doloribus opprimeretur, vt nedum progredi longius non posset, verumetiam vix vlla recuperandae spes salutis subesset. factumque est preter sententiam et voluntatem M.[tis] Regiae vt ad eam litterae, quas ad S. v. scripserat referentur. tulitque eam rem grauissime. Ita cum de studio et

obseruantia erga S. vestram nulli principum Christianorum concedat veritus est ne tempori quidem scripta, sed serius istHic perlata gratulatio secus de se existimandi copiam Sti v. dedisse videre: tur. quapropter e vestigio easdem ad me litteras Vilna, quae ab oppido Hoc meo quingentis passuum millibus abest, remisit michiqz mandauit, vt eas primo quoqz tempore ad S. v. perfe: rendas putarem, atqz eidem morae Huius et cunctationis causas perscriberem, orarem qz ne durius id acciperet, quod aduersa quadam fortuna, non M.tis illius negligentia aliter qz vellemus accidit. id quod ego apud S. vestram obtinere facile michi posse persuadeo. cum pro prudentia sua animiqz aequitate, eorum, quae casu quodam fortuito acciderunt, culpam non putet praestare quenquam oportere. Sed et Hoc S. v. significandum putaui. Nos quoqz nunc verum esse verbum illud experiri. aliquid mali esse propter vicinum malum. Cum enim vicini nobis Germani praui: tatis erroribus pestilentissimis imbuti sint. nulla cura nostra et vigilantia prouideri potest, vt non ad nostram quoqz pro: uintiam eadem paulatim errorum serpat contagio: precipue cum illi summo studio nostris Hominibus ad se venientibus virus suum afflare curent. neqz ei curae quicquam praeuertendum existiment Ex quo fit vt nisi Regem Haberemus: tanta pietate. tanta religio: ne, tanto erga ordinem nostrum studio. vt de caelo quodammodo dela: psus ad nos videatur, effugere nulla ratione possemus, quin eundem in locum res nostrae reciderent, in quo nunc bonam Germaniae partem esse videmus. Sed est. quod Deo gracias agamus immortales, qui nobis eiusmodi Regem dedit et dominum, cui nostra commoda non minori qz nobis ipsis curae sunt. qui se non satis suo functum munere putat, si a Regno ditioneqz sua eos arceat: qui pra: uis erroribus eorum qui in fide sua sunt et potestate, mentes in: ficere possint, sed cum videat Princeps optimus. vel parens potius noster indulgentissimus. beneficentissimusqz magna nos apud multo maximam propHani ordinis partem inuidia flagrare

hostilemque propemodum illum nos odisse, adeo, ut si quando delectus habetur militum atque his per bona nostra sit transeundum non homines iter per ea fecisse, sed calamitosam quandam tempestatem peruasisse videatur. Haec cum videat Princeps pientissimus tantoque nos quorumuis iniuriae magis oportunos esse intelligat quod per leges nostras vim vi repellere non liceat, nostram vicem pro sua dolet iniuria, vi tamen istis malis obsisti non posse, neque pro imperio cogere sibi quenque licere, ut alia quam velit sit in nos voluntate facile perspicit: itaque ad contraria sibi remedia confugiendum esse putat, et quos metu in officio contineri non posse videt, eos ut officiis nostris liberalitateque nobis adiungamus, et quasi deuinctos reddamus, author nobis est. Nullum autem vinculum credit esse aptius ad eorum nobis voluntates coniungendas, neque aliam rationem potiorem qua possint a preda rapinisque militum bona nostra defendi, quam si ius conferendi ea precipue sacerdotia, quorum fructus praeripi a militibus consueuerunt, ad eos transferri patiamur, qui sunt vicinis oppidis atque arcibus praefecti. Ita enim futurum ut hoc nostro beneficio obstricti perpetuam sint nostrorum commodorum propugnacionem suscepturi. Id quod ego in mea Dioecesi non solum paciar libens sed etiam magno me beneficio affectum interpretabor, si res erit eum quem speramus et optamus exitum consequuta. Nihil enim video quod cleri mei rationibus conducere magis possit. Quamobrem Sanctitati vestrae qua summa possum animi demissione mei, supplico, cum tantum Serenissimi Regis mei erga ordinem nostrum studium perspiciat, qui non iisdem finibus beneficentiam in nos suam, quibus vitam cupit terminari, verum etiam in superos relatus, gratam nobis beneficiorum suorum memoriam relinquere cogitat, ut primas illius preces clementer exaudire dignetur. Factura rem et excellenti sua virtute dignam, de qua mira ad nos perferuntur et quam omni studio suo et obsequio, Serenissimus Rex meus totusque in Regno illius ordo Ecclesiasticus referre semper curabit.

Tantum hoc Ser.mi Regis mei studium in cleri rationibus adiu:
uandis, meas quoque solicitudines acuit, quibus angor, quotidie
dum et ipse rationem studeo reperire, qua propbani ordinis in nos
odium mitigetur, et publicae Ecclesiae tranquillitati consulatur
Video autem non sine magno animi mei dolore, nostra propemo:
dum culpa evenire, ut offensos nobis secularium animos habeamus
Nam cum ad indignissimos quosque insignium Ecclesiarum dignitates
deferuntur, tantum ob eorum vitae turpitudinem secularium, non
in eos solum, verumetiam in cunctum ordinem nostrum odium conci:
tatur, ut neque credi neque dici satis possit, cui ego malo fa:
cile obviam ire potero, si me S.tas V. auxilio suo noluerit esse
destitutum. Plerumque enim impurissimi quique ad Sanctam sedem
Apostolicam confugiunt, ubi de vita eorum et moribus iudicium fi:
eri nequit, atque inde quas optant dignitates optatas ferunt
cum magna totius ordinis nostri infamia. Quare S.ti V.
suplico ut michi quatuor aut quinque modo Ecclesiae meae Cracs.
ubi regia est sedes, Canonicatus sine dignitates concedat
et reseruet in Mensibus suis Pontificiis quo possim meo iudi:
cio viris dignis eas conferre. Spes est in Christo, si libera:
litate S. V. consequutus id fuero, facile me clerum cum propha:
no ordine in gracia positurum. quamprimum enim in ea luce
hominum viros vitae dignitate conspicuos versari videbunt
Ecclesiis honoribus auctos et honestatos, ut odio nunc, sic
deinceps amore ordinis nostri ardere incipient. Quare quo res
haec ad maiorem Ecclesiae cum utilitatem tum dignitatem per:
tinet, hoc sibi S.tas V. diuina gracia demerebitur uberiorem
si tam pios conatus meos adiuuare dignabitur. Pro cuius
salute et incolumitate, rebusque omnibus in agendis felicitate
Deum opt: Max: una cum clero meo universo precibus fatigare
nunquam intermittam. Meque et seruitutem meam S. V. qua summa
possum animi mei demissione commendo. In Bodzancin xxiiii
Aprilis. M. D. xxxvi.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell. Datario PAPAE

Rme domine amice char.me et honorande. Quae Ser.mus Rex meus magnis precibus a San.mo Domino nostro contendit, ea ut impetrare possit R. D. V. curae ut sit vehementer rogo. neque enim fieri quidque posset indignius quam et regias et primas preces, et non ad eius aliquam privatam, sed publicam Cleri mei utilitatem pertinentes, ab eo negligi et repudiari cuius hoc proprium esse videtur officium et peculiare ordinis nostri rationibus ut prospiciat, illius utilitates augeat, illum ab omni vi et iniuria cuiusvis sartum quodammodo et tectum conservet. quo plura ad nos de Sanc.tis eius virtute et integritate semper afferuntur. hoc in spem venio certiorem non solum M.tis regiae Domini mei, sed meis etiam privatis quidem precibus, sed incredibili cleri mei cum emolumento coniunctis apud Sanc.tem eius locum futurum. quo nunc tempora sunt difficiliora, turbulentioraque quo magis infensos atque infestos nobis habemus animos ordinis prophani. hoc nobis qui sumus in hac quasi vigilia collocati providendum est diligentius, atque omni cura enitendum et elaborandum, ut restitui cum iis in gratiam possimus. qui nostro certo merito, nos, tanquam alienos contemnunt et hostili prope odio prosequuntur. Mihi dubium non est. quin ubi viderint iidem, qui tanto nunc in nos odio feruntur ad optimum quemque dignitates Eccli.cas in ea praecipue urbe ubi sedes est regia deferri, facile sint voluntatem suam immutaturi nobisque pro inimicis amicis.mi coniunctis.mique futuri. haec ergo sola fuit causa. cur ego Sanctis.mo domino supplicaverim ut

quatuor aut quinqz Cantus in Ecclesia mea Cracouien mihi con:
cedere et reseruare dignaretur, quos ego sub Sanc.tis eius Men:
sibus viris iis quorum spectata virtus est et probata, meo iudicio
conferre queam, cum de vita cuiusqz dignitate, non aeque possit in
Romana curia atqz hic a me, cui mores nostrorum hominum per:
specti sunt et explorati iudicium fieri. Si R. D. vra quod eam fa:
ctura nihil ambigo, cum Ser.mi Regis mei tum meas preces ea
qua valet plurimum apud Sanct.mum Dominum gracia et authori.te
adiuuare dignabitur et a M.te regia summam inibit graciam et
me deuinct.mo sibi reddet deuinctiorem

Petrus Tomicius Epus Crac vicecancell.
Philippo de Senis Decano clericorum
Camere ap.ce Archiuii Scriptorum Romane
Curie Correctori

Rx.me domine amice charss.me ac honorand. Accepi litteras
vestras et singrapham unam qua satisfactum esse sibi suisqz collegis
dominis Archiuistis de denario sancti Petri quadriennio, D.o v. fa:
tetur, mihiqz cauet, neminem amplius eo nomine cuius petitio sit,
petiturum, facturus essem libenter vt plus centum aureis D.ni vre
de quadriennio exacto et praeterito misissem, sed propter tempo:
rum iniquitatem permultum de ea pecunia diminutum, quae nomine
denarii sancti Petri confertur. Nam tres populosissimae prouinciae
Prussia Pomerania et Slesia, quoniam ab authoritate summi Pont:
desciuerunt, vectigal etiam hoc pendere iam inde ab annis pluribus
destiterunt, quin et nobiles Regni huius neqz ipsi adduci facile
possent quidquam vt tribuerent, neqz colonis id suis essent facere
permissuri, nisi scirent ad arcendos a finibus Regni Christiani
nominis hostes, eam pecuniam vtcunqz modicam conuerti: quare
quod a nobis datum est, boni quaeso consulite, quod certe inscienter
Regia M.te domino meo datum est.

Quod tam officiose studium ad me suum D° vra defert est mi:
hi grat.mum. de meo vicissim erga se amore et beneuolentia hoc
sibi velim persuadeat. omnia me quecunqz potero causa R. D. v.
facturum semper libent.me. Hoc tempore aliud non habui quo
meum in illam animum testari possem. quam vestem hanc pelliceam
de dorsis variollarum. quam vt grato animo suscipiat rogo. meqz
mutuo amore suo prosequi nunqz intermittat. resqz ac negotia
mea. seruitorumqz meorum habere velit istic commendata.
Bene et feliciter valeat D. vestra. Datum in arce mea Bodzanci:
nona Die Mensis Aprilis. Anno Domini M D. XXXV.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.
Lasaro Bonamico Lectori Patauino Philosopho

Qui fuit a nobis superioribus diebus in vrbem missus is ad
nos Patauio multa de singulari tua humanitate scripsit quem:
admodum cum nepotem istic nostrum videres. et ex morbo. et ex
rei nummarie difficultate. vel potius penuria grauissime labo:
rantem. opem ad illum tuam et liberalitatem vltro detuleris,
gracior quam credi possit nobis accidit. voluntas ista tua prae:
clara. erga nos nostrosqz tua habitur a nobis opera. vt eius
nos memores fuisse. re ipsa quandoqz experiare. Nunc ei cuius
curae nepotem nostrum resqz eius omnes commisimus negotium de:
dimus. vt si quam adolescenti pecuniam tradidisti. eam tibi nulla
mora interposita persoluat. Nos autem reddita licet pecunia
pro isto tamen tuo officio. et habituri tibi semper sumus gra:
ciam et debituri. Vale.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Cardinali PROTECTORI

Rme in Christo pater et domine domine obseruandissime. officiosissimam obsequiorum meorum commendationem. Est istdic homo natura controuersus Michael, qui non alia ex re maiorem capit voluptatem quam ex vexandis hominibus vitamque suam omnem in hiis artibus consumpsit, quibus quos velit possit circumscribere et fortunis suis atque honoribus euertere: is ne ab ingenio suo naturaque discedat olim sopitos nunc suscitat ignes.

Fuit ei ante decem plus minus annos lis et controuersia cum D. Benedicto Isdbienski, qui in fide mea est et clientela, de Can.tu Cracouiensi, cum utraque pars in me compromisisset, iuribus visis utriusque perspectis, cum viderem nihil Michaelem iuris habere, contra eum sententiam tuli, Cantoriamque Cracouiensem domino Benedicto adiudicaui. cui sententiae cum stare Michael non recusaret: factum est postea opera Rmi D. Cardinalis patrui Rmae D. vestrae, ut omni lite iureque cederet. Nihilominus fuit causa haec extra rotae iudicio disceptata, et lis secundum D. Benedictum pronunciata, silentiumque Michaeli presenti et iudicium illud accipienti indictum, qui solenniter promisit non se deinceps amplius Can.tus istius Cracouiensis nomine ullum D. Benedicto negotium exhibiturum, neque a lata iam sententia appellaturum, quae omnia clarius Rma D. v. cognoscet ex processu Juris, qui a domino Benedicto Romam est missus./. Securus iam esse is videbatur, cum nouum de repente incendium a Michaele excitatur atque noua Canonicatus eius nomine actio ei intentatur. Ea enim est hominis natura ut vitam sibi putet acerbam, si sit ei a litibus quiescendum, et a vexandis

hominibus supersedendum, et ne nulla prorsus adductus causa videretur ad nouum, veteri de re, domino Benedicto negotium facessendum quod tot annis quieuisset, quod nihil sibi amplius Canonicatus huius nomine controuersiae cum domino Benedicto futurum promisisset, quod omni iure cessisset, ea se omnia vi et metu coactum fecisse comminiscitur quasi vero aut possit vis vlla et metus in eos cadere, qui Romae degunt, cum ea vrbs commune sit omnium eorum asylum, quibus vis aliqua maior, aut metus alicuius periculi impendet, aut causam adferre queat vllam qui minus hoc tempore quam antea metuendum sibi putet. Aliud agit astuta vulpecula, aliud simulat, sperat homo in vexandis et spoliandis hominibus exercitatus aliquid se terrore litium abradere posse. Pensionem quam debet D. Benedicto sibi remissam iri ab eo confidit, si Judicii denunciatione eum terreret. Videt Rma D. V. importunitatem hominis ne dicam improbitatem, qui non ad aliud a natura factus videtur quam ad turbas et seditiones inter homines concitandas, quam eius tantam importunitatem, vt reprimat R. D. vestra, vt eum viris bonis nulla de causa negotium facessere ne paciatur, maiorem in modum quaeso. Est enim incredibile quantum sit hominis istius controuersi cunctorum apud nos odium: qui suis istis moribus importunis Romanae quoque Curiae magnam conflauit inuidiam, cum non desuit, qui non alios Romae graciores esse dicant, quam id genus homines, qui pericula quibusuis creant innocentibus, et malis istis artibus suis Curiam locupletant, nostrosque homines sumptu exhaustos atque exinanitos misere cruciant et affligunt, vt ferre se iam posse negent has eorum rapinas et crudelitatem, deque ratione aliqua ineunda cogitent, qua possint tot et tantis hisce malis se liberare. Si quisque in toto Regno hoc, ego sum Romanae Curiae commodorum studiosissimus, quanto diligentius R. D. vestram commonendam esse duxi, ne per quos homines magnas Romanae Curiae vtilitates importari plerique existimant, per eos multo

per vos multo plus detrimenti quam emolumenti curia accipiat
Monet nostros homines vicinorum exemplum. his cui Michael novum pe-
riculum denunctiat. est quidem in fide mea et clientela. sed idem
ante annos complures Regiae M.ti fuit a me comendatus. cumque
sit homo naturali quadam solertia preditus Iuris imprimis peritus
huius nostri presertim. Regia M.tas illius opera sepe multumque utitur
est apud illam honesto loco numeroque. tantaque in eum voluntatis in:
clinatione propendet. ut ad quod faciendum. multi eam suis co:
hortationibus impellere conantur. a iure suo et potestate Regia
presidium sit petitura prius. quam ut servitorem suum a postremo ho:
mine summa per iniuriam vexari paciatur. quare R. D. vestram
iterum atque iterum maiorem in modum hortor et oro. ut Romanae
Curiae rationibus diligentius prospiciat. quae ut salvae diu esse
possint metuo. si tanta haec perditorum et profligatorum hominum
audatia compressa non fuerit. Urgent multi atque instant
ut Regiae M.ti persuadeant. quo pravos istos mores ulcis:
cendo de suo more decedat. Sed quo minus id facere in animum
inducat. eam naturae illius bonitas impedit. tum meas quoque fa:
cit paucorumque aliorum abrogata ad quam cohortantur plurimi re fa:
cienda dehortatio. Verendum tamen est ne fiat aliquando quod
dicitur in furorem verti lesam sepe paciential. Me gratiae R.
D. v. commendo. quam ut Deus in multos annos incolumem
servet et faelicem. ex animo precor et opto. Datum ex Kielce
Die x. Maii. M D. xxxv.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell

~~Cardinali PROTECTORI~~

Hieronymo de Genutiis epo Vigornien
Auditori Camere ap.ce

Rx.me in Christo pater et domine amice charissime et observand.
Iterum homo importunus Michael meis facessit negotium,

qui qua est ingenii perversitate, mortis instar esse putat a litibus quiescere. Itaque iam olim restinctum incendium denuo excitat, et quem multis annis quiete possedit D. Benedictus Isdbienski Cant.m Cracovien. eum per iniuria eripere ei contendit. Non esse puto opere: pretium, ut altius omnia R.ma D. v. domini Benedicti iusta repetam, cognoscet omnia facile ex processu Juris in hac causa quem ipse Roma misit. Neque id necessarium esse puto, multis ut precibus a R. D. v. contendam meorum ut iustitiam adiuvare dignetur, cum hoc et pro virtute sua, et pro amore in me mu: tuo non vulgari aeque factura sit libenter, atque peti potest a me et postulari. Sunt fortasse, qui a perditis et profligatis hominibus eiusmodi cuius generis est Michael magna ad Ro: manam Curiam commoda redundare sibi persuadeant: sed ii mea sententia plurimum errant, tanto enim sunt apud nos omnes adversus id genus homines odio inflammati, ut periculum esse videam, ne magno hii Romanam Curiam detrimento afficiant, dum improbitate sua nostros homines illius quoque incredibili odio incendunt, qui non alia cogitatione magis versantur, quam ut ab eorum se rapinis et crudelitate vindicent, et quasi in li: bertatem asserant. Est vero istud ferendum, ut postremi homi: nes honores iis praeripere vel potius eripere conentur? ma: lis artibus suis, qui bene nati sunt, beneque morati, bene de pa: tria mereri semper studuerunt, laboribusque et vigiliis suis eos sibi pepererunt, cum isti contra eiusmodi sint, ut neque genere, neque moribus, neque meritis in patria, qui vel conferri cum his possint digni videantur labores vero suos et vigilias non in alia re consumpserint, quam in vexandis deglubendis et spoli: andis hominibus, qui quo maiorem rebus iis Romanae Curiae invidiam conflant et odium. Hoc ut evitatur quaeso diligentius R. D. v. ut eorum audacia comprimatur, et dominum Bene: dictum Isdbienski, qui in fide mea est, et clientela, Regiae vero M.ti a me commendatus, honestum apud eam locum obtinet, contra

Michaelis importunitatem et dominum Davidem Poniathowski
Custodem Gnesnen contra clementis Rudnicki audaciam qua
bullam ordinariorum Regni nostri infringere vellet. tuendos sus:
cipiat et defendendos quod quanto fecerit studiosius, tanto
me beneficio hoc suo sibi magis devinciet.

Joanni quoque Zdzarowski Canonico Posnanien negotium a quibus:
dam facessitur. non quod causa sit ulla cur Iure molesti ei
esse possint. sed quod preter meritum eius magno erga eum odio fe:
runtur. Is iam se de omnibus sibi obiectis expurgavit, et cum
adversariis suis amice transegit. neque quidque eius rei nomine de
qua fuit controversia petunt ab eo amplius, cum in gracia et con:
cordia sint cum eo reducti / sunt tamen qui eum Romam personaliter
ut proficiscatur ad eam causam dicendam que transacta iam est
cogere velint / quod cum absque magna illius molestia sumptuque
fieri non possit. queso ut vestra R. D. commissionem dare velit
qua facultas certis Prelatis hic eam rem cognoscendi concedatur
expurgaverit ne se hic de obiectis sibi criminibus, initane sit
ab eo cum adversariis concordia. et recte ne atque ordine inita
ut non opus illi sit et sumptibus exhaurire et tantam itineris
molestiam perpeti. Faciet V. R. D. rem et virtute sua dignam
et michi valde gratam. Totam autem causam ex Bartholomeo
Gantkowski V. D. melius cognoscet.

Caeterum commisi D. Stanislao Penitentiario nonnulla referre ve:
strae R. D. ab illaque postulari meo nomine. Et proinde illam
rogo plurimum ut in his que retulerit plenam illi fidem adhi:
bere velit. non secus ac michi ipsi coram loquenti. Commendo me
fraterno amori R. D. V. Deum precor ut eam plures in annos
incolumem servet ac foelicem. Datum.

Paulus Papa Tercius Petro Tomicio Epo Craconiensi Regni Polonie Vicecancellario

Venerabilis frater. Salutem et Apostolicam benedictionem. Detinetur ut audiuimus in quodam Lithuanie castro captiuus dilectus filius Joannes Jacobus de Affatatis Baro patricius olim Char.me in Christo filie nostre Regine vestre generalis in Italia questor. qui cum anno elapso visitatum ad eam venisset emulorum ut fertur insidiis et fraude oppressus. in dicta causa in vincula coniectus est. nec liberari obtinuit usque in hunc diem. Nos itaque a nonnullis insignibus viris rogati litteras Regi et Regine propterea scribimus. hortantes in domino ac magnopere eos rogantes ut in eiusmodi hominem mitiori sint animo ac miserum senem tandem libertati restituant. In quo et fraternitatis tue operam desideramus ut litteris hisce nostris utrique redditis pro effectu identidem hominis absoluendi insistas. tum ut responsum quoque mature exquiras. et honeste petitionis compotes nos fieri studeas quo industrie et solita sua sagacitate curato. prudenterque et mature ad finem deducto eximie profecto nobis gratificaberis. erimusque propterea quicquid ex occasione inciderit. ad quecunque commoda propensiores. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die xxvi Februarii. M° D. xxx v. Pont.s nostri Anno primo.

Grinnaldus
Cardinalis Petro Tomicio Epo Crac
Regni Polonie Vicecancellario

SAne vellem vt michi quodcunqz aliud ad R. D. v. scribendi
initiu se se obtulisset, nihil profecto accidere potuisset quod
non equiori animo tulissem. Na quod ita acciderit vt michi
vestra opera et gracia sit vtendu id quidem est michi pergra:
tu, perqz iucundu, cui enim quibuscunqz rebus gratificari cupio
eidem plurimu debere gaudeo. sz q vir optimus quo cu mihi
summa amicitia ac pervetus intercedit maximis obruatur
calamitatibus id vero vehementer doleo. Is autem est Jo. Jacobus
de Affaitatis Patricius Barew qui in Italia superioribus annis
fuit Ser.ma Regine vestre questor qui omni anteacta vita vir
bonus ac innocens apud omnes semper est habitus. tu vero hanc
questura ac omnia quecunqz ad Ser.ma Regina pertinebant
singulari fide ac studio administrasse possu ipse verissime
testificari cui hominis integritas perspecta multis annis sit
ac cognita vir talis tamen vt solet inuidia contra optimos
quosqz neruos ac vires exercere calumniis vt creditur ac
fraude maleuolorum quorunda ac perditoru hominu in suspi:
tionem nescio cuius criminis atqz in odiu apud Ser.ma Regina
adductus indicta causa in carcerem in quoda Lithuanie castru
coniectus est, cuius iussu qua summa semper obseruantia coluit, dili:
gentis.mqz obseruauit id quod planissime vel inde potest intelligi
q senex officiosissimus affecta iā etate nemine iubente, aut
cogente iter perlongu, difficile, nec satis tutu suscipere non
dubitauit, vt quo vno desiderio tenebatur antequa e vita
migraret Ser.ma Regina longo interuallo viseret, et vt

se debere putabat propius coleret. quae quidem omnia cum intellexissem tanta me molestia affecerunt, quanta ex probatiss.mi viri meique amantiss.mi ac studiosissimi miseriis accipere debui. quare cum non sim nescius quanta apud M.tem Regis et Reginae. vestra R. D. pro sua incomparabili virtute. sit et authoritate et gracia. illam etiam atque etiam rogandam existimaui. ut quicquid pro mea in eam beneuolentia adduci possit ut faciat, id omne ad tuendum et ex tali calamitate excitandum Jo. Jacobum conferre velit quod cum fecerit pro certo habeat. se nihil mihi gracius facere potuisse eoque nomine me sibi semper obligatum fore. verum preterea honestiss.mum et gratum hominem tali ac tanto benefitio sibi in perpetuum deuinxerit. Hac ipsa de re ad eosdem Ser.mos Regem et Reginam hasce litteras do. quas per: velim ut et fideliter reddentur. et eam occasione de infortunatiss.mi amici salute serio agetur. valeat foelix. v. R. D. cui me plurimum commendo. Romae iiii Calendas Marcias M D xxx v°.

Giennensis Cardinalis Petro Tomicio Epo Crac
Regni Polonie Vicecancellario

R.me in Christo pater et domine obser.me. Hortatur nos tuae virtutis et humanitatis celeberrima fama, ut in negotiis vel amicorum vel nostris in Regno isto peragendis ad te qui ingenio et auct.e plurimum vales confugiamus. cum itaque diebus elapsis quidam amicus noster Ciuis Barem nomine Joannes Jacobus de Affatatis sicut accepimus in Poloniam se contulisset ut de rebus Ciuitatis Bari ubi Regius questor ipse fuerat,

M.tem Regiam informaret, indeque revertens non procul ab Aula
Regia captus et carceratus, ac ita male tractatus fuerit, quod de
eius vita non modicum dubitatur, sed certus nunctius haberi
non potest. Nos pietate moti, quia iamdudum de homine notitiam
habuimus, ac inter non infimos servitores Bo: me: domine
ducisse Isabelle matris regine vestre illum novimus, cupientes
si fieri potest laboranti succurrere, scribendum duximus ad Re:
gem Reginamque pro illius liberatione, et ad patriam reductione
M.tes suas suppliciter deprecantes. Scribunt etiam pro eo
Sanct.mus D. noster et plerique alii S. Romane Ecclesie
Cardinales, verum quia spes omnis in presidio patrocinioque
D. v. R.me posita est, illam quantum possumus rogamus
et obsecramus, quatenus apud Regias istas M.tes ita velit agere
et operari, quod amicus incolumis et liber sine mora revertatur
in patriam. Erit profecto Regibus ipsis non inutile nec
indecorum, quia proprium Regum et magnorum Principum est sub:
ditis suis fidelibus ignoscere. Erit praeterea domino nostro
Pape et R.mis D. Car.bus praefatis valde gratum et mihi
prae ceteris grat.mum. Valeat D. v. R. cui negocium hoc
ex animo commendamus et nos offerimus ad maiora.
Romae xxvi Februarii. M. D. xxxv.°

Protector
Antonius S. Quatuor Coronatorum
Cardinalis Petro Tomicio Epo Crac
Regni Polonie Vicecancellario

R.de in Christo pater amice noster salutem. Sanct.mus D.
noster, sicuti est natura et animo mitis ac pronus ad mise:
ricordiam, ita etiam piis operibus libenter intendit. Scribit itaque
S. sua ad Ser.mos istos Regem et reginam dominos ac patro:
nos nostros paterno affectu. Scribimus et nos pro libera:

tione ex carceribus cuiusdam Iohannis iacobi de Affatatis qui als questurae offitium pro ipsa domina Regina in Regno Neapolitano exercuit licet sinistris auibus id sibi cessisse videatur prout ex tenore breuium R. P. v. latius visuram non dubitamus. Et quia cupimus S. D. n. per M.tem suam pluribus respectibus in hoc gratificari, nullumque medium magis aptum magisue idoneum ad S. suae desiderio satisfaciendum quam Rm.dam P. v. nouimus, cum apud Regias M.tes et auctoritate plurimum valeat et gracia. Ea propter si quid exiguitas mea piae S. D. n. petitioni adiicere potest, vt amicorum etiam precibus faciamus satis, ipsam ex animo rogamus, vt amore etiam nro hominem ipsum liberationemque suam fauore ita tueri suo et amplecti dignetur, quod gracia hanc medio poss.mum R. P. v. se consequutum fuisse agnoscat. quam bene et faeliciter valere optamus. Romae Die xxvii Februarii. Anno M.D.xxxv.

~~Cardinalis~~ Petrus Tomicius Eps Crac
Regni Polonie Vicecancellarius
Io. Andree de Valentinis Medico regine.

Rnde domine frater et amice in Christo charss.me. Nuper adeo venit ad nos ex Italia quidam quem neque de nomine neque de facie noueramus vnque. et nobis litteras reddidit a San.mo D. nostro et a quinque R.mis Cardinalibus scriptas quorum nos nonnullos ante hunc diem ne natos quidem sciebamus. Ab illo nobis mandatur, ab hiis magnis a nobis precibus contenditur, vt quae scriptae sunt ab eis ad vtriusque M.tem litterae hae autem ~~vt~~ reddantur per nos. si praesentes adsimus. aut nostra saltem opera ad vtriusque M.tem perferendae curentur. Sunt autem hae litterae scriptae liberandi causa e vinculis in quae coniectus est domini

Joannis Jacobi de Affaitatis. Pauci Menses intercesserunt cum
R.lis M.tis gracia vnde deturbati iam esse videbamur no:
bis reconciliata est. nunc metuimus ne res ista nouum apud illam
odium nobis conflet. nouamque pariat offensionem. Itaque magno
libenter empturi fuissemus si honesta aliqua ratione tam
molesto hoc tamque nobis inuidioso onere leuari potuissemus.
Sed querimus ex D.ne vra. si vbi haec ad eam †delata fuisset † D. vram
quid factura fuerit? Certe si recte animum illius nouimus
sanctae sedis Apostolicae authoritatem nunquam defugisset. hoc
nobis quoque necessario fuit faciendum. Nam cum omnibus Chri:
stianis tum nobis precipue qui aut Episcoporum aut sacerdotum
nomine censemur. summa esse debet religio capitis nostri.
hoc est Summi Pontificis iussis non obtemperare. precipue
in re aequa et honesta. Quid enim habet iniquitatis magno:
rum virorum litteras ad magnos principes mittere? cum pre:
sertim eius generis litterae sint. quae non minas aliquas in:
tendant. non formidines opponant. non pericula vlla de:
nuncient. sed tantum non suppliciter petant. vt Principes
Christiani. Christiani hominis miserae afflicti. misericordiam
aliquam capiant. Speramus equidem Reginalem M.tem. vt
est prudentissima domina. factum hoc nostrum boni consulturam
cum videat nos inuitos et necessitate coactos fecisse. Sed si
quam grauiorem animo contra nos offensionem acceperit quesumus
D. v. cum nullius nos prorsus affines esse culpae videat. vt di:
ligenter apud illam purgatos nos velit et excusatos. Factura
rem et sue erga nos studio dignam et a nobis vicissim omni
officiorum genere compensandam. quae bene ac feliciter valeat
nos charos sibi et commendatos habeat. Datum ex oppido
nostro Kielcze die v. Junii Anno dni. M D XXXV.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.

~~Cardinali~~ PROTECTORI

Vincentio Carrafa Cardinali Neapolit.

Rme in Christo pater et Domine domine obseruandissime. officiosissima obsequiorum meorum commendationem, qua de re scripsit ad me R. D. v. ea mihi curae sunt maxima. Quod summum potui studium nauaui in liberando e vinculis in quae coniectus est D. Joanne Jacobo de Affatatis. Itaque nuncium ex urbe missum qui eum ad Regiam Reginalesque M.tes, tum ad me litteras ferebat per famulum quendam meum deducendum ad illas Vilnam et ad me reducendum curaui et per dispositos equos eo proficiscendi potestatem eis feci. tantoque studio et diligentia causam D. Jacobi vtriusque M.ti commendaui vt maiore non potuerim: vt nullum in me fidelissimi deprecatoris diligentis.mique offitium desiderari merito possit aut debeat. Sed a Regia M.te responsum hoc tuli dixisse Ser.mam Reginam coniugem eius D. Jacobum cuius causa tantopere laboratum est. naturae iam concessisse ita vt vita functus libertati iam restitui minime possit. facta sunt a me omnia quae fieri ab illo potuerunt. qui in gracia R. D. vestrae miserum et calamitosum hominem ex animo voluit subleuatum et in libertatem vindicatum. Si conatum meum fortuna non adiuuit. si quam in re magnopere contendi et elaboraui eam ita vt volui ad exitum perducere non potui. quoniam per me non stetit. quo minus R. D. v. desiderio satisfieret. queso vt voluntatem meam. studiumque illi gratificandi omnique meo obsequio illam demerendi boni consulat. Si qua alia deinceps in re R. D. v. opera mea vti volet in qua par animo facultas suppetere possit. dabitur a me opera vt quicquid eiusmodi postulauerit id optatum ferre queat.

Neque dubito quin quo me animo R. D. vra in se esse perspexerit eodem in me quoque vicissim sit futura, meque sibi charum et commendatum habitura. Opto R. D. v. quam diutissime ex animi valere sententia: cui secunda et felicia comprecor omnia. Datum ex oppido meo

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
~~Cardinali~~ PROTECTORI
Paulo S. Eustachii Carli de Caesis

Rme in Christo pater et domine Domine observande. officio: sissima obsequiorum meorum commendationem. quo fuit a me diligentius laboratum in causa D. Joannis Jacobi de Affatatis mihi per R. D. v. commendata, hoc hausi dolorem acerbiorem in cassum cecidisse conatus meos omnes et labores. Cum venisset ad me cum litteris Apostolicis et aliquot Rmorum Carlium ex urbe nuncius quoniam litteras ad Regiam Reginalemque Mtes scriptas, propter ingens locorum intervallum, quo sum hoc tempore ab illis disiunctus, reddere ipse non potui: feci tabellario huic potestatem per dispositos equos ad Principes meos proficiscendi, et quo tutior esset in itinere servum ei meum adiunxi, qui et duceret eum et reduceret. Causam D. Jacobi qua summa potui fide et diligentia utrique Mti commendavi, verum hoc a Sermo Rege meo responsi tuli edoctum se a Mte Reginali coniuge sua cum cuius causa laboravimus vixisse. A me nihil est praetermissum quod ad liberandum miserum hominem et calamitosum pertinere putarem. quod si conatum fortuna destituit, mihi dubium non est quin R. D. v. non minus grata sit futura voluntas mea hac desideriumque postulata illius perficiendi quam si is quem sperabamus et optabamus eventus fuisset secutus. Si qua alia in re cuius conficiendae facultas esse possit maior, Rma D. v. opera mea uti volet,

summum illi studium meum diligentiamque polliceor et defero, ut facultas desit, animus nunquam deerit ad inserviendum R. D. vrae. promptissimus, quam quaeso atque obtestor, ut me vicissim charum habere velit sibique commendatum. Deum precor ut R. D. vram multos in annos incolumem esse velit et falicem. Datum ex oppido meo Kielce ultima Junii M. D XXXV

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Capitulo CRACOVIENSI

VEnerabiles Domini fratres in Christo charissimi. Questi sunt per litteras fratres quatuor ordinum Mendicantium de Cracovia D. Thoma Rosedocanski Canonicum Ecclesiae nostrae Cracoviensis et officialem nostrum, non habita eius rei ratione quod sint ab ordinariorum iurisditione exempti, censuris Ecclesiasticis priorem Conventus Dominicanorum sanctae Trinitatis innodasse. Nos quanquam officialem nostrum iure id fecisse intelligimus, neque licere fratribus Dominicanis aut cuique alteri tum primum exceptione uti aliqua, et iudicium commutare velle, cum sententia pronunciata est, tamen ne quae novae Tragediae excitarentur a censuris Ecclesiasticis illos absolvimus, ita tamen ut cum muliere cum qua lis eis est et controversia concordiam ineant et quindecim marcis si fieri posset cum ea transigerent. Et haec quidem fecimus pacis et tranquillitatis amore cuius in primis sumus studiosi. quoniam vero deteriores omnes sumus licentia: exemptio autem qua fratres isti gloriantur, impunitatem eis et licentiam, magnam ad peccandum illecebram promittit. Ubi Christo adiuvante Cracoviam in conspectum vestrum reversi erimus, deliberare vobiscum et rationem aliquam inire statuimus qua fratres isti ab jurisditione ordinariorum

non prorsus exempti esse queant, cum aequum sit a quorum iure petunt praesidium eorum vos parere sententiae. Bene ac foeliciter valete nos in orationibus vestris commendatos habete. Datum ex oppido nostro die XXV. Junii M. D XXXV.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Monachis Sanctae Trinitatis et aliis

Rndi et religiosi patres fratres in Christo dilecti. Redditae sunt nobis litterae vestrae quibus querimini magna vos isthic ab officiali nostro affici iniuria, qui, ea, quam vt vos asseritis non habuit, iurisditione, contra vos, vel potius contra priorem Conuentus Dominicanorum sanctae Trinitatis vsus est, quum vos ab ordinariorum iurisditione exempti sitis. Si lite non contestata haec a vobis in medium prolata fuissent aliquid tamen dixisse videremini. Licebat enim tum priori fratrum Dominicanorum hac exceptione vti, sed, postquam iudicium semel ille accepit, a sententia contra se lata appellauit: appellationem non prosequutus in censuras Ecclesiasticas incidit, tum primum exceptione eum vti velle nouum nobis videtur et inusitatum, neque iuri solum verum etiam aequitati contrarium. Semper enim litem contestatam praecedit exceptio post latam vero sententiam excipere non licet. nisi forte tum demum valere vultis iudicium cum secundum vos lis data est. Sin contra nutum voluntatemque vestram pronunctiatum sit, rescindi vultis rem iudicatam, sententiamque latam induci et antiquari. Videte ne imperiosius hoc sit, quam vt mendicantium ordini, cui summa virtus est animi demissio, conuenire videatur. quid enim aliud hoc fuerit? quam praescribere iudici

quid sit ei iudicandum? hoc enim dicere videmini. Judicem te sumo, sed secundum me iudicare volo, aliter si feceris irritum erit iudicium. Ergo soli vos futuri estis qui ea tanta conditione iudicium accipietis, si secundum vos iudicatum sit.
Perpendite ipsi et considerate cum animis vestris quam sit ea res aequa et honesta, nobis contra Jus contra aequitatem honestatemque niti, et contendere non licet, sed pro ea tamen qua in vos minime vulgari propendemus inclinatione, fecimus non inuiti, ut a Censuris Ecclesiasticis Priorem Conventus Dominicanorum sanctae Trinitatis absoluerimus ea lege et conditione, si a fratribus illis, ita ut cum Provinciali eorum egimus et se facturum ille recepit, concordia fuerit cum muliere inita, et quindecim ei marcae fuerint numeratae. Cum autem exemptio ista vestra a Jurisditione ordinariorum grauis sit ordinariis. Nam et in conciliis de abroganda illa saepius actum esse scimus, ubi Christo adiuuante Cracouiam incolumes reuersi fuerimus, de communi Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae meae Cracouiensis sententia aliquid de ea statuemus. aequum ne sit vos, qui bona et census habeatis, neque raro actiones et controuersiae cum hominibus vobis accidant, si quando necessitas postulat a Jure ordinariorum praesidium petere, sed eorundem tamen iudicio si non ad nutum voluntatemque vestram factum sit parere recusare, aut non implorare vos aequum fuerit ab eorum iure auxilium, aut eis Jus dicentibus obtemperare, sed haec postea videbimus nunc vos bene valere cupimus et vestris nos orationibus commendamus. Kielcz XXV. Junii MDXXXV.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Paulo Tercio Pontifici MAXIMO

SAnctss.me ac beatss.me in Christo pater et domine domine clemen.me. Post humilem perpetuae seruitutis meae et orationum commendationem, pedumque oscula beatorum, quia gratum fuerit Ser.mo Regi meo liberalitas ista Sanc.tis vestrae in iis de quibus M.tas eius supplicabat, ei maiori ex parte concedendis, ex litteris eius Sanc.tas vestra cognoscere poterit. quae quod meas quoque simplices preces non est aspernata. atque ea quae meo nomine petiui, omnia, plura etiam quam petere fui ausus, plena quod aiunt manu michi largiri dignata est. credibile non est, quanta ex benignitate ea S.tis vestrae voluptatem acceperim. Quis enim ego sum cui San.tas vestra tanta gratiae suae et clementiae signa dare in animum induxit suum? indignus certe qui corrigiam calciamenti S.tis vrae soluere queam: nedum vt incredibili hac eius beneficentia dignus iudicari possim. Itaque pro beneficio isto Sanc.tis vestrae, cuius apud me memoria nunquam est intermoritura, cuperem quidem ita vt debeo, gracias illi agere: sed verba quibus id facere aggrediar inuenire nequeo. Neque enim oratione vlla consequi vnquam potero, quantum sibi me S.tas vestra liberalitate ista sua deuinxerit. Etsi nullum ex ea ad me priuatum peruenit commodum, tamen cum Ecclesiae meae rationes priuatis meis rationibus longe antepona, plus inde sum exhilaratus, quod illius cum dignitati, tum tranquillitati, paterna cura S. vestrae prouisum esse video, quam si magna ipse ab ea fortunarum honorisque accessione auctus essem et honestatus.

De diuinis virtutibus S.tis vestræ crebra ad nos atque ingens fama peruaserat: sed ea nunc magis indies atque magis omnium iudicio confirmatur, cum prouidentia S.tis vestræ præclusum harpiis ad honores Ecclesi.cos aditum esse vident: viamque viris dignis ad eos consequendos esse patefactam. hoc illius ornandæ Ecclesiæ Dei studium in cælum laudibus ferunt omnes. Deumque supplices orant vt Sanc.tem vestram multos in annos incolumem seruet ac fœlicem, quæ non ipsa solum viros dignitate præstantes ad summum dignitatis fastigium prouehit, sed aliis quoque de minoribus dignitatibus idem faciendi potestatem permittit: fieri vt non posse sibi cuncti persuadeant, quin Sanc.te vra clauum tenente, Petri nauicula decumanis quibusdam fluctibus, maximisque procellis et tempestatibus propemodum oppressa tandem aliquando iam emergat, et ad optatum portum feliciter perueniat, id quod præstare nobis dignetur Christus Jesus, in quo solo spes est summa Reip.cæ Christianæ constituendæ. quam quidem rem non solum precibus ab illo fonte misericordiæ conor impetrare, verum etiam pro tenui mea et infirma parte enitor ipse quoque vt Ecclesiæ huic meæ michi Dei Sanctæque sedis Apostolicæ gracia concessæ quantum possim opis adferam. Itaque et ea petendi, quæ diuino atque immortali benefitio Sanc.tis vestræ nuper adeo sum consequutus, non alia michi causa fuit, quam vt labantem Ecclesiam meam bonis et dignis viris fulcire possim et sustentare: Et hoc tempore multo animum meum cura maior sollicitat. Fratres enim qui Mendicantes vocantur eam cui consultum maxime cupio Ecclesiæ meæ tranquillitatem impediunt. Nam cum domos possessionesque certas habeant, sepenumero vsu euenit vt et vocent ipsi et vocentur in Judicium, iureque cum iis quibuscum aliquid eis controuersiæ intercedit experiantur. Fit autem vt si quam sibi iniuriam ab aliquo factam putent

ad me currunt e vestigio, aut ad eorum aliquem quorum in co:
gnoscendis causis vicaria utor opera, iurisque a nobis presidium
postulant, quod quidem eis nunquam negatur. Sed si ipsis quoque
dies a quopiam dicatur, aut non contestata lite, negant se ad
sistendum cogi posse, quod nostrae Jurisdicioni non subsint, aut si
iudicium acceperint ita demum judicis decreto parent, si
contra eos lis data non sit. Sin autem contra votum volun.temque
eorum iudicatum sit, illico Privilegium exemptionis proferunt, atque
hactenus valere judicis sententiam volunt, si quae ex prae:
scripto eorum lata sit. Aliter si factum sit, prolato exempti:
onis Privilegio, perinde quasi scuto quodam obiecto facile
se putant cuiusuis quemlibet ictum impetum se posse sustinere.
et cum impune sibi peccare licere intelligunt, spes haec impu:
nitatis, maxima eis illecebra sit peccandi. Quotus quisque enim
est? cui suppetant facultates, Romae cum eis judicio experi:
endi? quae ut suppeterent nonnullis tamen quae res in dis:
ceptationem plerumque veniunt, leviores sunt quam ut tanto
sumptu Jus aliquis suum velit obtinere: quae tamen pauperi:
bus, non perinde leves parvique momenti videntur.
Quare supplico San.ti vestrae, ne patiatur fratribus istis
apertam esse diutius fenestram ad iniuriam hominibus faci:
endam: sed certis hominibus in Ecclesia et Dioecesi mea
si minus in vitam eorum et mores inquirendi quod et ipsum
inprimis esset necessarium, saltem de civilibus causis quae
cum hominibus eis quandoque intercedunt, cognoscendi pote:
statem faciat. Jam enim miserorum quorundam ploratus et la:
mentationes ferre diutius non possum, qui magno suo cum dolore
queruntur: si quid sibi cum Regia M.te cuius Imperio subsunt
negocii sit, facilius Jus suum se impetraturos quam si cum fra:
tribus istis mendicantibus disceptandum sit, adeo plusquam Ty:
rannicam potestatem eos sibi usurpare deplorant, quanquam vero
haec fere inter obscuras personas agantur: tamen cum ad multorum

Nobilium aures perveniant, precipue ut nunc sunt tempora dici vix potest, quantopere ea re animi eorum offendantur. Nunc cum ego probari ordinibus odia erga nos mitigare studeam: queso cure sit S. vestre, ne hac exemptorum fratrum tanta licentia toti ordini nostro apud omnes mortales, ingens odium et invidiam conflare possit.

Quamquam vero acta michi iam propemodum est etas, neque longe abesse tempus illud oportet, quo me ex corporis huius divor: sorio eterna illa in domum migrare Deus est iussurus: nichi: lominus eo cure mee referuntur omnes in eo consumuntur, ut Ecclesie mee rationibus, non solum eo tempore quo superstes fuero prodesse; verumetiam posteritatis otio et quieti providere possim. Itaque cum ad tuendum statum Eccle.^cum^ pertinere pluri: mum videatur, ut qui excelso loco nati sunt, iis honores Ecclesiastici mandentur: data est a me opera, ut magno loco natus adolescens Stanislaus Pilecski Can.tu Cracoviensi orna: retur quem quidem S.^ti^ vestre debet poss.mum ut que Co: ronationis sue tempore Nominationem Regiam cuius vi Can.tum hunc adeptus est confirmare dignata est. Sed habet adversarium hominem, ut natalium splendore minime sibi parem, ita natura controversum, qui cum Ius cui possit inniti nullum habeat. Principum gracia et potentia Canonicatum hunc expugnare conatur, atque exturbatum eius possessione cupit adolescentem et claris maio: ribus ortum, et quem ab eorum virtute non degeneraturum certa spes sit. quamobrem S.ti vestre, qua summa possum animi mei demissione supplico, ut munus et beneficium suum in adolescente tueatur, neque potentia cuiusquam id quod clementia S. vestre consequutus est eripi ei patiatur, cum presertim interesse ma: gnopere videatur ad conservanda bona Ecclesie, ut sint in ea ex Procerum filiis aliqui, quo facilius posteaquam coniuncta nobis procerum studia habuerimus eorum opibus bona Ecclesiastica contra vim atque impetum cuiusvis defendi queant. quare,

Quare commendata sibi quaeso habeat S.tas vra adolescen:
tis huius causa, cui me quoque seruitutemque meam humiliter co:
mendo. Deum precor ut S.tem vestram, cuius prudentia con:
stituta iri Remp: Christiana summa spes est, compluris
ni annos superstitem, atque omni foelicitatis genere velit esse
cumulatam. Iulii XX M. D XXXV.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Ant.o Cardinali PROTECTORI

Rme in Christo pater, et domine, domine obseruan.me.
Officiosissima obsequiorum meorum commendationem.
quam R. D. vra operam nauauit, in exequendis istic M.tis
regiae negociis, ea fuit illi gratissima quemadmodum ex litteris
M.tis eius R. D. vra abunde cognoscere poterit, quae si
quam de immutata erga se M.tis eius voluntate opinionem acce:
pit, eam ut iam omnem ex animo suo deleat licebit, deque re:
gia erga se gratia et beneuolentia optime sibi persuadeat
Nam et superioribus temporibus, non ita grauiter animus
eius fuit offensus, quemadmodum R.ma D. vra fortasse
suspicatur. Et nunc si quid erat offensionis id omne subla:
tum est. Postquam certior est facta M.tas Regia de studio et
diligentia, quam adhibuit R.ma D. vra in impetrandis
his, quae a San.mo Domino nostro M.tas eius petierat, quae
si non omnia concessa fuerunt, boni tamen consulit: neque
minus gratam habet voluntatem et conatum hunc R.mae
D. vestrae quam si cuncta ex animi sententia cecidissent.
Ac quod ad Regiam quidem M.tem attinet ita se res habet
ut scripsi.

Quantum vero ego R.mae D.ni vestrae debeam, quod meis quoque in negotiis tantum studii collocaverit, patrocinioque suo adiutum me voluerit, ut plura etiam quam optare fui ausus Sanct.mi domini nostri liberalitate mihi concederentur verbis exprimere nequeo. Itaque pro tanta illius in me gracia, et benevolentia quod unum posse videor, et ago et habeo R.mae D.ni vestrae gracias immortales. Si quid apud Ser.mum Regem meum gracia et authoritate valuero, id omne, ut vestrae quoque R.mae D.ni valuisse videar contendam et elaborabo et quibuscunque rebus potero, me gratum esse et memorem tantorum beneficiorum R.mae D. vestrae declarabo, quae ut hac quoque in re, de qua nunc scripturus sum, patrocinium michi suum accomodet, magnopere quaeso. Fratres enim quos mendicantes vulgus appellat, mihi plurimum negocii facessunt. Ita quum multa cum multis contrahant, quum domos possideant, quum ex bonis quae habent certa vectigalia percipiant, fit ut frequenter et adducant alios ipsi in judicium et ab aliis adducantur, et a me, et ab hiis, qui in iudicandis controversiis vicem meam funguntur, ius dici postulant, et praesidium nostrum implorant, si quid iniuriae sibi factum esse putent. sed si ab aliis in Jus ipsi vocentur, aliquam judicium non accipiunt, quod ab Jurisditione nostra exemptos se esse dicant: aliquando contestata lite, contra quam vel iure cautum, vel moribus est receptum, tum primum exemptione uti, et exemptionis privilegium proferre incipiunt, cum sententia contra eos lata est: quasi praescribere judici volentes, quid sit ei iudicandum sententiam illius ratam non habituri, si secundum eos pronunciatum non sit. queruntur itaque miseri homines non habere se ubi Jus contra illos suum obtinere possint. nam Romae cum eis experiri qui possunt hii quorum tenues sunt facultates? quae vero res in controversiam eveniunt, ex tanti non sunt, ut earum causa tanti sumptus fiant.

Me certe miseret egentiss. morum hominum, qui querimoniis suis aures meas obtundunt, dum quottidie fere de tanta fratrum istorum mendicantium tyrannide queruntur: quod cum ab aliis omnibus liceat, a solis illis quod eorum est iudicio auferri non liceat. Itaque R.ma D. vestram magnopere queso, quandoquidem hac ipsa de re Sanctiss.mo domino nostro supplicaui vt adiutum me patrocinio velit, quo supplicationi meæ subscribatur. Hoc autem est quod impetrare cupio, vt Sanc.tas eius certos hic homines constitueret in Diocesi mea, quibus potestatem daret, de Controuersiis quæ fratribus istis cum hominibus intercedunt iudicandi, atque vtinam hiisdem potestatem facere ne grauaretur, in vita quoque et mores fratrum inquirendi. Nam si quæ res, hæc certe in primis esset necessaria. Spes enim impunitatis, dum hii quos sibi ipsi præfecerunt, ad scelera eorum conniuent, maiorem opinione omnium eis alit peccandi licentiam. Quo res hæc ad vitandas offensiones hominum, ad Ecclesiæ tranquillitatem conseruandam, ad calamitosorum quorundam iniurias propulsandas pertinere videtur vehementius: hoc vt maiori curæ sit R.mæ D. vræ plurimum oro: tam honestis precibus meis et postulationibus apud sanctam sedem istam Ap.cam loci aliquid vt detur.

Sed et propinqui mei et necessarii Stanislai Pilecz ki causam R.mæ D. vestræ diligenter commendo, adolescentis excelso loco nati, qui beneficio San.mi Domini nostri eo ipso Die quo Sanc.tas eius fuit coronata, Can.tum Cracov obtinuit, ex quo deturbare eum conatur homo litigandi cupidissimus Felix Naropinski, qui quum ius nullum habeat cui possit inniti, hoc agere dicitur, vt quod Juris propinquo meo a San.mo Domino nro concessum est, idem ipse a Sanc.te eius impetrare possit, quod cum ab omni iustitia et equitate sit alienum idem duobus Jus concedi, hoc est duos inter se committere, Spes est in eximiis virtutibus Sanc.tis eius, nullis eum hoc allegationibus impetraturum

Quoniam vero allatum fuit ad me: Principum nostrorum litteris causam illius istic commendari, non possum interdum non subvereri ne Principum gracia et autoritate quod pugnat aliquando expugnet. quamvis Regiae M.tis animum in propinqui mei causam propensiorem esse persuasum habeam, cuius maiorum praeclara constant in M.tem eius maioresque eius merita: cum adversarius ne de facie quidem illis notus sit. tamen propter meam ab aula absentiam multa secus fieri video. Vestram R. D. oro atque obtestor, det istic operam ne commendationes istae adversarii importunitate expressae atque extortae, plus apud sanctam sedem valeant, quam certum ius necessarii mei. Et me sibi R. D. vra beneficentia hac sua devinct.mum reddiderit: et Ecclesiae meae rationibus belle providerit, ad cuius bona tuenda et conservanda plurimum interesse videtur, ut ex Regni proceribus aliqui honores in ea obtineant, quorum opibus si ferat usus contra cuiusvis impetum defendi possint. quanto plus operae studiique et diligentiae positum fuerit a R. D. vra in tuendo propinquo meo, tanto et de referenda gracia magis ero sollicitus, et Deum precabor diligentius, ut multos in annos R. D. vram incolumem servet et felicem. Cuius me graciae et benevolentiae commendo. Datum ex Kielcze Die Julii M. D. XXXV

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell.

~~Contarreno CARDINALI~~

Cardinali Epo Vigorniensi

Gratuler ne prius R.mae D. vestrae an potius gracias agam? Cum merita illius in me, maiora quam quae ulla oratione consequi possint animo reputo, nihil graciarum actioni esse prever:

tendum esse existimo. Sed facit ingens gaudium quo fui elatus
cum optatissimum nuncium accepissem, R.mam D. V. in sacrosanctum Car.lium
Collegium, ab omnium quos nostra vidit aetas Sanctiss.mo atque op:
timo Pontifice cooptatam esse, nihil ut prius facere in animum
inducere possim, quam fuerim R.mae D.ni V. de honoris ista accessio:
ne gratulatus. Quo maiore namque studio superioribus annis con:
tendebam, ut quo tempore in vivis adhuc erat Clemens se:
ptimus Pontifex Max.s, suffragatione Ser.mi Regis mei in
eo quem nunc obtinet R.ma D. vra dignitatis gradu collocari
potuisset: hoc maior mihi nunc est obiecta letitia, quod Ill.riore
cum laude sua et gloria hunc ipsum honorem qui meritis et
virtutibus R.mae D.nis vestrae olim debebatur, nunc est consequuta.
In ea enim sum sententia et opinione, ut ad laudem alicuius plu:
rimum interesse putem: ab hoc an ab illo, honore sit aliquo dignus
iudicatus. Nam qui a turpi atque aliqua ignominiae macula
notato, honos est alicui delatus, contaminare magis eum cui de:
latus est, quam honestare videtur. Ita si quis cui a viro virtute
prestanti honos est mandatus, eum ego vere dici honestum et
honoratum posse. neque nomen tantum et insigne honoris, verum
ipsum esse honorem consequutum existimo. tantoque clariorem esse
statuo et magis illustrem, quo virtutis suae premium ab eo meruit
accipere, qui cum ipse virtute preditus sit, de virtute alterius
optimum minimeque fallax iudicium facere possit. Neque vero is sum
qui de priorum Pontificum existimatione quidque esse velim deli:
batum: sed quo minus tamen quod sentio dicam, tenere me non possum
Talis et tantus is esse videtur Pontifex, quem de Caelo ad nos de:
lapsum esse putamus, nullius ut fuerit in discernendis viris di:
gnitate dignis iudicium cum huius iudicio comparandum, duplici ut
nomine gratulandum sit his, qui per eum aucti sunt et honestati,
tum quod Cardinales facti sunt, tum vero quod a Paulo tercio Pont:
Max: hoc est ab optimo virtutis cuiusque et meritorum aestimatore
Car.les facti sunt. Est itaque quod ego gratuler R.mae D. vrae.

est quod ipsa quoque gaudeat immortaliter, vel propter hono:
rem qui collatus est, vel propter eius qui contulit, vel propter
Collegarum, sociorumque et participum eiusdem honoris dignitatem.
Ita si soli R.mae D. vestrae viro uni dignissimo, tantum hono:
rem hunc detulisset inveniri non nemo potuisset, qui non tam
iudicio id eum fecisse, quam casu in virum tanta dignitate dignum
incidisse arbitraretur. Nunc ita uno omnium ore ad nos perfertur,
omnes eos quos vere Sanct.mus Pontifex in Car.lium album supe:
rioribus hisce diebus retulit, eiusmodi esse, ut doctrina virtute
atque omni laudum genere non habeat totus terrarum orbis ullos eis
prestantiores, ut non aliud sit de cuiusque virtutibus iudicium ferre
necesse quam quod Sanct.mus fructum illis tribuendo tulit. Iam
vero si quis de optimo isto et maximo Pontifice cognoscere cupiat
qua prudentia, quibus moribus preditus sit dictum ac factum
cognoscet omnia, cum acceperit quos ille viros in amplissimo digni:
tatis gradu posuerit, qualium enim quisque honori studet talis ipse
quoque esse iure optimo existimatur.
Sed ego dum gratulari cupio R.mae D. vestrae, longius amore suo
et benevolentia provectus, quam initio fuerat michi propositum,
quo circa finem iam gratulandi facio, si prius Deum fuero pre:
catus, ut honorem hunc R.mae D.ni vestrae fortunet, mul:
tisque annis eo perfruendi potestatem faciat.
In agendis vero graciis pro eo studio quod michi superioribus hiis
diebus isthic navavit, tanto minus esse verborum insumendum
arbitror, quanto magis constituta et confirmata est inter nos
amicitia, et malim si quando usus ita ferret animum in R.mam
D. vestram meum benevolent.me illi declarare, quam me operamque
meam pluribus verbis venditare. Hoc R.ma D. vestra pluri:
mum rogo det operam ut que liberalitate S.mi Domini nostri
vel Regiae M.ti vel michi sunt concessa, ea firma esse possent
et ad diuturnitatem stabilia. Alioqui si donatio nunc facta
paulo post inducatur, illudi sibi M.tas Regia existimabit.

Deinde vero periculum est ne contemni Pontificum ista liberali-
tas incipiat cum eos ipsos auctoritati suae derogare et irritum
facere quod ratum paulo ante habuerunt, homines cognouerint.
Sed haec curae futura R. D. vestrae pro gracia illius in me
et beneuolentia singulari nihil dubito.
Nunc facere non possum quin illi querar de fratribus istis quos
Mendicantes quidem appellant, sed intra mendicitatis suae
finis se non continent. hii enim cum domos habeant, cum et ex
illis et ex aliis possessionibus fructus percipiant, cum multa
cum multis contrahant, fit vt saepe litem aliis intendant, et
ipsis vicissim lis ab aliis intendatur: sed non aequa tamen con-
ditione. Nam si vocent alios in Judicium, iudicatum eos facere
cogi volunt: Si citentur ipsi, aut non sistunt se, neque iudicium
accipiunt, aut accepto iudicio liteque contestata, tum primum ex-
ceptione vtuntur, tum exemptionis Priuilegium proferunt cum
contra nutum voluntatemque eorum sententia lata est. Ita exem-
pti sunt quoties contra eos est pronunciatum: si secundum
eos lis data est, exempti esse desinunt, fiuntque iidem ~~esse~~ exempti ut
volunt, et non exempti. Indignum id esse, minimeque ferendum
clamant omnes et vociferantur gentes praecipue et cala-
mitosi homines quibus cum fratribus istis res esse potissimum
consueuit. quare maiorem in modum peto R. D. vestram obti-
nere vt dignetur apud Sanctissimum Do. nostrum vt constitu-
erentur aliqui in dioecesi mea qui potestatem habeant et
causas istas fratrum cognoscendi, et in vitam eorum inquirendi
Videntur enim ab officii sui religione plurimum declinare.

Petrus Tomicius Epus Crac Vicecancell

Simonete Cardinali

Quo firmius persuasum est omnibus Paulum hunc tertium Pontificem Maximum virtutis et meritorum cuiusqz longe optimum esse atqz prudentis.mum aestimatorem, neqz post hominum memoriam fuisse Pontificem ullum apud quem maiora virtuti premia posita essent: hoc magis R.mae D.ni vestrae gratulor cui tantus a tanto Pontifice honos est delatus, ut eam dignam iudicaverit, quam in Cardinalium numerum cooptaret. Etsi enim allatum est ad nos Rp.mam D. vestram regiis istic petitionibus esse adversatam, non tamen ideo minus gaudemus fructum esse virtuti Rp.mae D.nis vestrae: quem olim merebatur tandem aliquando tributum, quin potius, q contra Ser.mi Regis mei rem venerit id ignoratione magis voluntatis Regiae quam ulla aliam ob causam factum esse putamus. Nam si scire potuisset Rp.da D. vestra quo animo Regia M.tas sacerdotiorum istorum de quibus Sanct.mo D. nostro supplicavit Iuspatronatus certis certarum artium praefectis concedi voluerit: procul dubio quae virtus est illius et integritas non solum Regiae petitioni non intercessisset, sed obnixe operam datura fuisset ut tam piis et honestis postulationibus nihil a Sanct.mo domino negaretur Quicquid enim eius factum est a M.te Regia, propter hanc solam causam factum est, ut commoditati tranquillitatiqz Eccl.ae consuleretur. Nam nihil ei hac in parte, vel seritur vel metitur, publica haec est Ecclesiae non privata ulla Regiae M.tis utilitas, quae cum videret oportuna esse cuivis praedae atqz iniuriae bona Eccl.iaca, eo precipue tempore quo ad bellum milites proficiscuntur, inserta calamitatum quae per

impios et nefarios homines nostro ordini importantur. Hanc
vnam rationem reperit tantis hisce malis succurrendi, vt quorum
sacerdotiorum bona prae caeteris essent iniuriis istis obnoxia, eorum
iuspatronatus proximarum arcium praefectis donaretur, vt hii
hac nostri ordinis beneficentia deuincti, propugnationem bono:
rum Ecclesiacorum tanto libentius suscipiant. Quicquid autem sit
cum Regia M.tas cleri rationes ex animo velit adiutas, ad
quos eius propugnatio proprius pertinet, eos piis pii.mi conatibus
Regis, vel maximo esse impedimento, vestrae R. D. diiu:
dicandum relinquo. Mea sententia rectius res ageretur, si
Regiarum precum maior ratio habeatur, cum persuasum Reges ha:
beant, preces suas honorarias esse tantum, non autem neces:
sarias, licereque sibi putant, suo iure et potestate uti, si eorum
quae postulant, potestatem eis facere sancta sedes ap.ca recu:
set. De meo rege, possum hoc affirmare quod tamen bona cum ve:
nia Regum aliorum dictum volo, non esse quenquam principum Chri:
stianorum erga superos pietate, erga sanctam sedem istam fide
et obseruantia ei praeferendum. Sed tamen virtutem atque
integritatem fraudi esse cuique non oportet. Neque ideo mino:
rem eius rationem haberi conuenit, quia maiorem propemo:
dum quam alius quisquam erga Sanct.m Do. studio est et obser:
uantia, quare R.ma D. vestram maiorem in modum peto
det deinceps operam potius, vt honestis postulationibus
Regis plus loci detur, quam vt eas impugnare in animum
inducat, ita et Regiam sibi M.tem demerebitur, et me
clerumque fidei meae commissum ingenti beneficio sibi deuin:
ciet. Petit autem nunc M.tas Regia, vt duae tantum
Ecclesiae Parrochiales, certis duarum arcium Praefectis in Ius pa:
tronatus dentur, quam petitionem si R. D. v. dignabi:
tur adiuuare gratam esse et memorem Regiam M.tem co:
gnoscet.

Sigismundus primus Rex Polonie
Anto° Cardinali PROTECTORI

Sigismundus etc. Rv.me etc. Studium Rv.mae D. vestrae et diligentia in obtinendis his quae superioribus Mensibus a San.mo D° nostro petieramus valde gratum nobis accidit. etsi non omnia impetrauimus quae volebamus tamen hoc tempore liberalitate hac Sanc.tis eius facile futuri sumus contenti. modo faciliorem se nobis eius S.tas prebeat. In conferendo Jure patronatus perpetuo duarum Ecclesiarum parrochialium alterius in oppido Czeladz Capitaneo Slankouiensi alterius in villa obrzaszow Capitaneo Castri Jislsen qua in re apud Sanc.tem eius impetranda ut diligens sit Rv.ma D. vestra et sollicita plurimum rogamus pro ea vero quam paulo ante nobis nauauit opera agimus illi gracias. Et quamuis idem fecerimus in litteris, quas ad San.m Do. n. scripsimus. postulamus tamen a Rv.ma D. vestra, ut ipsa quoque viua quod aiunt voce nomine nostro gracias illi agat diligenter. | Delatum quidem ad nos fuit Rv.ma D. vestram in expediendis istthic negociis nostris, minorem spe et expectatione nostra curam impendere. neque inficias ire possumus, quin graue id et molestum auditu nobis fuerit, nunquam tamen his qui haec de R. D. vestra nobis retulerint, firmam fidem habuimus. Quoque maiorem hoc tempore vestrae Rv.mae D.nis in conficiendis rebus nostris fidem et diligentiam perspeximus hoc facilius in animum inducimus, ut falsa ea credamus quae de minus diligenter a R. P. vestra Curatis nostris

istthic negotiis delata nobis fuerunt, quare non solum immu:
tata non est nostra erga R. D. v. voluntas aut quicq̃ de-
ea imminutum. Verum accessit etiam permultum ad eam, qua
vos antea prosequuti sumus beneuolentiam, cum tanto R.ma
D. vestra studio esse et diligentia in rationibus istis nostris
adiuuandis nobis est renunciatum. Non est itaq̃ q̃ sollicita
sit R.ma D. vra, quin potius quod nostrum erga eam animum
attinet, in vtramq̃ aurem vt dormiat licebit, deq̃ nobis per:
suasum hoc sibi habeat, nullo in loco fauorem illi nostrum et be:
neuolentiam defuturam, quam bene ac faeliciter valeat San.mo
D.o nostro, nos charos reddat et commendatos. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie

Datario

Reuerende in Christo pater. Amice sincere nobis dilecte.
Quo plura nobis renunciata sunt, de studio et diligen.a
P. tis vestrae, in curandis hiis, quae a San.mo D. nostro pete:
bamus, hoc illi de tanta in nos beneuolentia maiores agi:
mus gracias. etsi non omnia de quibus suplicauimus a nobis
impetrata sunt, tamen cum per vestram P. non stetisse accepimus
quo minus voti nostri omni ex parte compotes fieremus, non
tam casum et euentum rei q̃ voluntatem P. vestrae nobis ex-
spectandam duximus, cui si par facultas non suppetebat non
ideo minus nobis animus iste P. vestrae gratus est futurus.
daturosq̃ nos operam pollicemur, vt si quando nostri vsus
aliquis esse poterit, apud gratos et memores operam hanc suam
se collocasse intelligat. Quin et de Sanct.mi D. nostri erga nos
benignitate nichil querimur, vtcunq̃ non omnia nobis

nobis concedenda . S. sua putauerit . satisfactu tamen nobis ad illa iudicabimus . si duas Ecclesias Parrochiales, alteram in Czeladz Slaukowiew, alteram in Obrzazow . ipsius Capitaneis . in Jus patronatus perpetuum concedere dignabitur . quod cum nos a Sanc.te illius petamus . non ad priuatam id vtilitatem nram aliquam referentes . sed cleri Cracouiensis diuersis rationibus consulere . illius tranquillitati prospicere cupientes . speramus non ita magno negotio apud Sanc.tem illius obtineri posse . qua in re . vt operam studiumqz suum . P. vestra nauare nobis non grauetur plurimum rogamus . illud autem inprimis curari a . P. vestra postulamus . ne quae aut concessit . aut concessura semel est Sanc.tas eius . ea paulopost antiquentur . decet enim Sanc.tis eius donationes . ratas esse et firmas . atqz ita sanctas . vt ne ab ipso quidem Sanctis.mo Domino nostro violari eas liceat . Alioqui si semel scriptae . et collatae nobis donationes inducantur . quid aliud . qz illudi nobis a sancta sede ista cogitare poterimus : dabiturqz nobis secus de illa existimandi occasio . neqz liceret nobis certe aequo id ferre animo . cum sine aliquo nostri contemptu fieri id non posse videatur . quare P. vestram etiam atqz etiam rogamus primum vt preces nostras apud Sanct.m Do: nostrum adiuuet . Deinde vt operam det . quae aut impetrauimus . aut impetraturi sumus . vt ea nullo vnqz tempore fieri possint irrita . quo maius extabit studium . P. vestrae in hiis quae petimus ex animi nostri sententia conficiendis . hoc maiora a nobis gracia et beneuolentiae officia expectabit. Bene valeat . P. vestra .

Sanctis.me .

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio Pontifici maximo.

SAnctiss.me Quod vestra Sanc.tas tam se benignam et libera:lem praestiterit in his michi concedendis, quae magno studio impetrata cupiebam, et ago et habeo illi gracias immortales. etsi non omnia quae optabam optata tuli. tamen haec ipsa quoque michi gratiss.ma acciderunt, quae sum beneficio Sanc.tis vestrae consecutus | quare quanquam et antea semper in sanctam sedem Ap.cam pro eo atque Christiani Regis officium postulat: summo fui studio et obseruantia. tamen tanto nunc maior ad solitam illam cumulus accedet, quod eum Pontificem constitutum in illa accipio quem et di:uinis esse virtutibus ornatum audio, et tanta in me voluntatis inclinatione propendere video, vt non minimam precum mearum rationem habendam existimet. quod si nunc desiderio meo. non omni ex parte fuit satisfactum. tanto spes animum meum tenet maior. pauca illa a Sanc.te vestra. facile me auferre posse de quibus vt illi nomine meo supplicaret. R.mo Domino Car.li Protectori meo dedi negocium. sed cum ingentem ex eo volu:ptatem cepissem: quod quae a Sanc.te vra precario postulabam eorum maiore ex parte compos factus sum. non minori certe fui gaudio delibutus, Posteaquam ad me est allatum R.n.dum dominum Episcopum Vigorniensem. beneficentia Sanc.tis vestrae in R.morum Car.lium album esse relatum. Atque de hac Sanc.tis ve:strae liberalitate ita sum interpretatus. vt me singulari ab ea beneuolentia affectum iudicarem. et hanc illius hono:ris accessionem. ad meum aliquem honorem redundaturam existimarem. Ita cum publice tum priuatim michi cum eo ne:cessitudinis causae plurimae intercedunt.

Quo plura michi sepe commemorata fuerunt de prudentia illius et doctrina singulari cum singulari vitae integritate coniuncta, hoc fui semper in eum suauius effusus. Ubi vero accessisse ad haec intellexi studium illius in me non vulgare, cuius magna iam et multa aliquoties dedit argumenta facere non potui, quin quo me pluris ab eo fieri viderem, hoc eum maiore beneuolentia prosequerer. Itaque talis viri, tanta virtute prediti, michique ob eam causam amicissimi, a Sanc.te vra rationem esse habitam, magnopere gaudeo. Sanc.tique vestrae, eo nomine magnas ago gracias. Quod si multi futuri sunt, euismodi Ecclesiae Cardinales, in magnam spem venio, firmiorem eam fore, meliusque constitutam, quam ut conuelli possit status illius a quoque et labefactari. id quod prudentia S.tis vestrae prouisum iri non dubito. Cui me, Regnumque ac dominia mea ex animo commendo. Et eam complures in annos incolumem esse ac faelicem cupio, quod id ad tranquillitatem faelicitatemque reip.cae Christianae vehementer pertinere persuasum habeo.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali de Ginutiis.

Magnam ex eo et solidam cepimus voluptatem, quod R.ma D. vestram ad Cardinalitium honorem euectam esse accepimus. quanto enim studio maiore contendimus, vt opera nostra, et patrocinio dignitatem Sanc. R.ma D.o vestra consequi potuisset, tanto nobis auditu iucundius accidit, vltro illi ab optimo Pont: tantum honorem esse delatum. quanquam itaque S.tis eius magna apud nos et preclara fama est, ea tamen iudicio nostro plurimum confirmatur, cum eo hominum genere

delectari ea intelligimus qualem esse R. D. vestram multorum
prædicatione cognouimus. Non potest enim ille non esse laudatiss.^mus
qui eos quorum commemoranda virtus est augendo et honestando,
quasi præscribit aliis quam sibi ad consequendos summos
quosque honores viam munire debeant. quare et San.^mo D. nostro
quod tam digno tantum beneficium dedit gracias egimus. et Re.^mae D.
vestræ de tanta hac honoris accessione vehementer gratulamur,
atque ut eo multos in annos feliciter fruatur ex animo precamur.
Quod autem tanto fuerit studio et diligentia in impetrãdis
his de quibus Sanctiss.^mo D. nostro superioribus Mensibus
supplicaueramus, magnam illi habemus gracia. si qua ratio:
ne rationes Re.^mae D.^nis vestræ vicissim a nobis adiuuari po:
terint. nihil est quod nobis queat facere gratius. quod si opem
nostram et præsidium confidenter poposcerit. Neque nos ulla in
re Re.^mae D.^ni vestræ defuturos pollicemur.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao doctori de Rzeczicza Poeniten:
cionario.

Venerabilis domine frater in Christo charis.^me. Cum ad nos
in Kielcze rediisset Andreas Przeczlawski postridie diui
Joannis Baptistæ, paucis post diebus dedimus ad vos litteras
per Italum quendam maneum. qui missus erat liberandi causa
e vinculis D. Jacobi de Affatatis, olim questoris Barum. et
cum ad nos tum ad M.^tem Regiam Summi Pontificis Re.^mi Do:
mini Cardinalis Quinonensis Hispani et aliorum quatuor Re.^morum
Re.^morum Dominorum Car.^lium litteras attulit. per eum itaque vo:
bis scripsimus. etsi non omnia concessa sunt. quæ et Regia M.^tas
et nos petebamus, tamen quando aliter fieri non potuit,

grata nobis ea accidisse quae S. D. N. largiri dignatus est
Scripsimus etiam aliis de rebus strictim et breviter
Quin et Regiam M.tem litteris nostris e vestigio fecimus certio:
rem eum de reditu ex urbe Przezlawski nostri, tum de iis
quae per eum ibi fuerunt impetrata. Gratum id fuit M.ti Re:
giae cognoscere, agitque nunc suis litteris S. D. N. gracias
pro hac illius erga se benignitate, si non omnia quae postula:
bat obtinuit aequiore tamen animo se laturam id scribit,
modo duorum adhuc sacerdotiorum perpetuum Juspatronatus
impetrare possit Ecclesiae parrochialis in Czeladz Capitaneo
Slaukoviensi, et Ecclesiae in obrzazow quae opima est, et fru:
ctuosa Capitaneo Istlensi, vestrum erit dare operam, ut quod
petit M.tas Regia consequatur. Pro ea vero opera quam
navastis in impetrandis tribus Canonicatibus et prebendis
ecclesiae Collegiatae Sandomiriensi, et sex ecclesiis parrochialibus,
in Juspatronatus perpetuum duobus Capitaneis nostris ma:
gnam vobis habemus graciam.

Scripsimus litteris quibus gratulamur R.mo D. de Gemutiis
quod per S. D. N. in Car.lium Collegium est cooptatus atque idipsum
ut faceret M.tas Regia curavimus, quin et Sanct.mo D. no:
stro illa gracias agit, quod tantam habet dignissimorum virorum ra:
tionem; quodque hunc quovis honore dignissimum ita voluerit
honestatum, quemadmodum ex litterarum Regiarum exemplis
quae vobis mittimus plenius cognoscetis.

Sed et R.mo D. Car.li Simonetae gratulamur, tametsi is
petitiones Regias et nostras est impedire conatus, spera:
mus tamen mitiorem eum deinceps et benigniorem futurum.

Supplicavimus etiam S. D. nostro ut fratres istos mendicantes
qui quam sunt humilitate, ab Episcoporum jurisditione volunt
esse liberi, coerceat, neque pro libidine sua agere omnia pa:
ciatur, sed certos aliquos in diocesi nostra delegatos, seu

commissarios, ut Abbatem clarae tumbae, et nostrum in spiri-
tualibus vicarium Cracoviensem, cum clausula, quod si non ambo
deligat, quibus controversias quae cum dominibus, fratribus istis,
intercedunt, liceat iudicare.

Providete qua summa potestis diligentia, ne Regina reserva-
tiones aliquas beneficiorum in Ecclesia nostra istic impe-
tret, quis enim esset usus diplomatis, nobis a S D N concessi,
si nihilominus ipsa aut alius quisque reservationes obtineret.

Devolutionem causae per appellationem Falicis Warampinski
Stanislao Pilecski nostro personaliter denunciatam et intimatam
non esse, certum habetote. Nunquam id probare Felix poterit se
eam illi denunciasse.

Promissum est a nobis diligenter, ut omnium possessio decimarum
sit penes Stanislaum Pilecski neque ulla vel minima earum
pars ad adversarium perveniat.

Etsi de singulari virtute, atque integritate domini Jacobi
Cortesii nihil dubitamus, tamen ne Doctoris Joannis An-
dreae suasu, et impulsu in adversam partem pertrahatur, cu-
rae vobis sit.

Scripsimus D. Datario, atque illi pro opera navata nobis gra-
cias egimus. Idem facit M.tas Regia inductu nostro,
postulatque ut eandem praestet operam in impetrandis apud
S D N duabus Ecclesiis parrochialibus in Jus patronatus
perpetuum duobus nostris Capitaneis.

Nobis non placet nimia familiaritas quae vobis cum Michaele
Pachanow intercedere dicitur, qui cum totus ex fraude falla-
ciis mendaciis constet, cum dolo sit plenus, et astutia, cum
aliud in corde gerat, aliud in lingua promptum habeat,
veremur ne vobis imponat atque in fraudem vos aliquam in-
ducat, semper enim ille circumit, tanquam leo rugiens quae-
rens quem devoret, neque alterius rei studiosior esse dicitur
quam ut arcana cuiusque expiscetur et exploret, exploratis illis

consilia et rationes eius impediat et perturbet. Cavete itaque vobis ab hac peste, ne suum vobis virus afflet. quod si nihil aliud vobis ab eo periculi impenderet, tamen vel hoc solo nomine vitandus est vobis, ne similes eius iudicemini. Talis enim esse quisque existimatur, quales ii sunt quorum consuetudine et familiaritate utitur.

Mittimus quatuor mandata et instrumenta ad consentiendum Regio et nostro nomine in reservationem Iurispatronatus perpetui nonnullorum beneficiorum duobus nostris Capitaneis concessa. Cur autem quatuor misermus ex Przeclawski cognoscetis, quem isthuc M.tas Regia mittit, cum ut visat eius nomine S. D. N. litterasque ei reddat, tum ut operam det, ne quid morae interponatur perficiendis eius postulatis.

Cum domino Thesaurario egimus de pecunia, quam eius filio credidistis, gratum ei accidit hoc officium vestrum, curavit eam iam domino Doctori Borek numerandam.

Librum Ioannis Genesii sepulvedae contra Erasmum, et alterum de libero arbitrio contra Lutherum mitti nobis cupimus.

Mittimus S. D. N. duas pelliceas elegantes una de pellibus hermelorum, altera de dorsis albularum. R.mo quoque D. Cardinali de Genutiis mittimus dono quinque orbes argenteos speramus fore ut his muneribus et S. D. nostri et eiusdem R.mi D. Cardinalis de Senitiis gratiam et favorem nobis conciliemus, vos una cum Przeclawski haec munera nra verbis quantum poteritis ornanda curabitis.

Iam proculdubio perlatum est ad vos D. Mathiam Drevicium Archiepm Gnesnensem decessisse: vacabunt itaque Episcopatus aliquot quos pro more suo Regia M.tas non ita cito videtur esse collatura. sed ea de re bis iam vobis copiosius scripsimus.

Dedimus negocium Andreae Przeclawski, ne quid studii praetermittat isthic in impetranda reservatione nobis quinque

beneficiorum in Gnesnen ac Posnanien Ecclesia et dioecesi
nam et necessarii, et servi complures nobis sunt, quibus
benigne facere, eorumque rationibus providere et fortunas auge:
re cupimus, rogamus vos ut in eo diligenter elaboretis, quo re:
servationes istas obtinere possemus. Nos eius operae et laboris
quem nostra causa ceperitis, memores sumus futuri, dabimusque
operam, ut neque vos, neque Przeclawski nostrum, negociis istic
nostris conficiendis, et mandatis exhauriendis, tantum
curae diligentiaeque impendisse possit paenitere.
Mittimus per Andream Przeclawski ad causam Stanislai Pi:
leczki, tum pro expeditione diplomatis, sive bullae provi:
sionis ipsius XX aureos. | Pro annata soluenda misimus vobis
antea 51 aureos | Pro frisis, sive fimbriis Ecclesiasticis
mittimus 130 aureos | Pro redimendo diplomate reservati:
onis trium Canonicatuum Ecclesiae Sandomiriensis, et sex seu
octo Ecclesiarum parrochialium in Iuspatronatus perpetuum duobus
Capitaneis nostris 92 aureos | Pro brevi reservationis
aliquorum Canonicatuum, et beneficiorum, quam petiturus est
Andreas Przeclawski X aureos | Pro indulto, sive potes:
tate promovendi Stanislao Pileczki concessa, pro minutis
pro supplicationibus, et aliis quae vos expendisse scribitis
XX aureos, verum nisi nos fallit memoria, bis vobis iam
istud indultum Stanislao Pileczki concessum soluimus. Nam
in priori calculo aestimationem sive taxam eius vos adscri:
psisse scimus, pro qua pecuniam vobis misimus. quanti autem
nos facitis, tantum ut operam detis rogamus, ut victoria sit pe:
nes propinquum et necessarium nostrum Stanislaum Pileczki
valde enim eum adiutum cupimus, estque nobis haec illius causa
curae vel maxime, quam et Summo Pontifici et Reverendissimis
Dominis sanctorum 4 et de Comitiis Cardinalibus ea dili:
genter commendavimus. Maiorem a nobis gratiam inire
non potestis, quam si in tuendo propinquo hoc nostro, nihil studii
diligentiaeque praetermiseritis.

Scedula ad Rzerzicjam do Rzymu

Dubium nobis non est, quin D. Choienski Episcopus Premisliensis maior sit Episcopus futurus. ita vobis cedet Kielcensis Decanatus opimum sacerdotium cuius annui reditus Ducentos florenos excedunt. Misimus vobis litteras presentationis Capitanei nostri Kielcensis ad hunc Decanatum. Videtis fidem nostram et diligentiam in augendis fortunis vestris. date operam ut nos vicissim vestram istic fidem et diligentiam in curandis negociis nostris ne desideremus. Dat. Cracis. Die xxviii Septembris. M D xxxv.

Constitucio Procuratorum à Rege. ad expediendum Ius Patronatus apud Sedem: super certa sacerdotia.

In nomine Domini Amen. Per hoc presens pub.cum Instrumentum cunctis evidenter pateat, et sit notum, quod anno a Nativitate Domini. Millesimo quingentesimo trigesimo quinto: Indicione octava. Pontificatus Sanctis.mi in Christo patris et domini Pauli divina providentia Papae tertii anno eius primo. Die vero decima sexta Junii. in Civitate Magni Ducatus Lithuaniae in Castro inferiori eiusdem Civitatis. in stuba eius maiori: In mei Notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Ser.mus Princeps et dominus. dominus Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae

Russie. totius Prussie ac Masouie etc. Domini et heres.
Principalis principaliter pro seipso citra tamen quorumcunque
Procuratorum suorum per eum hactenus constitutorum reuocationem
omnibus melioribus modo, via, iure causa et forma quibus me:
lius et efficatius potuit et debuit, fecit constituit creauit et so:
lenniter ordinauit in suos veros et legittimos procuratores,
actores, factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores et
nunctios speciales ac generales, ita tamen quod generalitas spe:
cialitati non deroget nec econtra: et quod vnus eorum incepe:
rit, id alter mediare, finire et terminare possit et valeat.
specialiter et expresse. videlicet Egregii et Ven.les dominos
Jacobum Chortesium scriptorem Apostolicum. Stanislaum de Rzecieza
Wladislauien. et Kielcen. Ecclesiarum Can.cum Basilice
Beati Petri de vrbe minorem penitentiarium, quirinum Gallez
absentes, tanquam presentes, et quemlibet eorum in solidum ad ipsius
Domini constituentis nomine, et pro eo in Curia Romana in Can:
cellaria, et in Camera Apostolica. ac vbi opus fuerit, et ne:
cesse comparendum. ibidemque expeditioni litterarum donatio:
nis seu concessionis, et reseruationis perpetue Iurispatronatus
et presentandi trium Canonicatuum, et Prebendarum, videlicet
Dwirkoffka, Midlowska, et Krezonowska Ecclesie Colle:
giate Sandomirien: ac parrolium Ecclesiarum in Piotrkrauin,
Obrzazow, Swiechiechow, Brzez, Radlow Dziersazna
Czeladz, Slawkow oppidis, et villis respectiue Cracouien. Dioc.
per prefatum Sanctissimum D. nostrum Paulum tertium feliciter
modernum, Ilsien et Slaukouien Capitaneis modernis
et pro tempore existentibus, perpetuo facte et indulte
ipsique concessioni et reseruationi perpetue Iurispatronatus
et presentandi nomine quo supra omni meliori modo con:
sentiend. ac Iuramenta qualibet licita, et honesta. circa
eiusmodi actus fieri solita et necessaria in anima ipsius
domini Constituentis prestand. aliaque omnia et singula

faciend gerend et administrand quae circa talia nouerint neces:
saria et oportuna, etiam si talia forent quae Mandatum exigerent
magis speciale quam praesentibus est expressum. vnum quoque vel
plures procuratorem vel procuratores loco sui substituend.
Promittens ipse Ser.mus D. Rex constituens ratum gratum atque
firmum se perpetuo habere et tenere velle, quicquid per dictos
procuratores suos constitutos et substitutos actum factum, ordi:
natumque fuerit in praemissis. Releuans ipse Ser.mus dominus
Constituens praedictos procuratores suos constitutos et substi:
tuendos ab omni onere satisdandi iudicio sisti et iudicatum
solui, sub omnium bonorum suorum mobilium et immobilium obliga:
tione pariter et hypoteca. de et super quibus omnibus et singu:
lis praemissis praeffatus Ser.mus D. Constituens voluit sibi
a me Notario publico infrascripto fieri et confici vnum vel
plura pub.cum et publica instrumentum et instrumenta. Act. et
dat. anno die Mense Pontificatu Indictione et loco quibus supra.
Praesentibus Rev.mo in Christo patre domino Joanne Episcopo
Premislien. et Generosis Bernardo Maciciowski Castell.
Czechowien. et Iudice Sandomirien. ac Nicolao Mnissek
Ser.mi domini Regis iunioris Succamerario, et Joanne
Oczieski Aulico Regio, caeterisque quam plurimis Secretariis et
officialibus Regiae M.tis testibus ad praemissa.

Anno dni M D XXXV. Die xii Septembris in domo et
Curia sua Episcopali in platea Canonicorum sita, hora tertiarum
Rev.mus D. Petrus Episcopus Cracouien. constituit procur.s
Cortesium, Rzeczicam, quirinum et Przeczlawski, absentes
tamquam praesentes in Curia Romana ad expediendum litteras
vt supra.
Praesentibus Doctore Borek. Jacobo Laczinski. Sebastiano Zidowski
Stanislao Dambniczki. Joanne Raybergk.

Et me Sta.o Gorski etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.

Datario

Rme in Christo pater et domine amice charissime et honorande. Ser.mus Rex et dominus meus pro sua singulari erga S. D. N. observantia, tenere se non potuit, quin nunctium et scribam hunc suum Andream ad illius Sanc.tem mitteret per quem de valetudine illius certior fieri posset. Huic litteras etiam dedit, et ad S. eius et ad vestram quoque R. D. sed et curanda quaedam commisit, quae ut perfici primo quoque tempore per eum possint, queso ut eum adiuvare ne gravetur. Magnam ea re a Ser.mo Rege meo graciam inibit.
Ego quoque per eundem nuntium nonnulla istic mihi cuperem impetrari, quod ut facilius effici ab eo possit, permultum positum est in voluntate Rme D. vestrae, quae si petitioni meae faverit, irrita procul dubio non erit, quare ut id faciat, ut mea quoque negotia istic adiuvet, magnopere queso. Hoc tempore non habui aliud quod mitterem R. D. v. pignus amoris erga illam mei, quam vestem hanc pellicem ex ventribus albularum, sed si me patrocinio illius adiutum sensero, dabo operam ut maius aliquod habere possit, grata meae voluntatis testimonium. Cracoviae Die xx viii Septembris. M. D XXX V.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Jacobo Cortesio Scriptori Appostolico

Mag.ce Domine amice nobis charissime. Etsi nobis in dubium non venit virtus, fides, et diligentia singularis D. vestrae

qua in iis quorum causa suscepit tuendis et defendendis uti consuevit, tamen quo magis cordi nobis est causa Stanislai Pileczki propinqui et necessarii nostri cui de Can.tu Ecclesie nostre Cracovien per Foelicem Harampinski negotium exhibetur hoc minus nos tenere potuimus quin eam patrocinio D. vestre diligenter commendaremus. A qua maiorem in modum petimus quandoquidem cum propinquo nostro ius facit et aequitas, ut magno animo, magnaque fide et diligentia propugnationem eius suscipiat atque idagat ne victi e iudicio discedamus. Cognoscet D. vra se operam hanc suam et laborem apud gratos et memores collocasse, omnique eum studio benignitateque nostra contendemus ut se fidem et diligentiam suam nobis probasse letetur. Bene valeat D. v.

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Andree Czarnkowski Scolari

Venerabilis in Christo dilecte. Pauci dies intercesserunt cum epistolam ad te misimus, ad D. Ioannem Manardum tibique negotium dedimus ut ipse eam ad illum perferres responsumque illius primo quoque tempore ad nos mitteres. Nunc ad eundem alias litteras scripsimus quod si Przeczlawski per Ferraria iter non faciet, tu da operam ut per alium quempiam ei reddantur ab eoque petas ne diutius nos expectatione suspensos teneat. Multis enim et variis morbis affecti sumus quibus tempori providendum est, quo maiorem spem in eius excellenti doctrina positam et defixam habemus hoc festinet magis ut spei et expectationi nostre satisfaciat.

Sed et D. Faventino eadem in causa scripsimus cui negotium nostrum vel potius salutem nostram fac ut diligenter comendes:

roga

Roga nostro nomine, ne gravetur consilium suum nobis perscribere, quo possimus Christo adiuvante pristinam bonam valetudinem recuperare. potes illi de nostra benignitate prolixe polliceri, modo profici aliquid sentiamus, verum et tuae diligentiae memores esse volumus. vides agi salutem nostram quae si tibi chara est, est autem proculdubio charissima, omni studio contende et elabora, ut quam celerrime nobis subveniri possit. Bene vale, et in studia litterarum diligenter incumbe, quo fueris illis instructior, hoc maiorem tibi nostram benevolentiam demereberis.

Sigismundus primus Rex Poloniae
cardinali ~~PROTECTORI~~
Fernesio

Rme in Christo pater et domine amice charissime et honorande. Eo studio sumus eaque observantia erga S. D. N. ut non ipsi solum nos illi atque officia nostra probare cupiamus, sed et eos, qui ditioni potestatique nostrae subsunt, ditioni potestatique Stis eius subesse, neque illi solum, verum iis etiam servitutem serviri volumus, qui aliqua S. eius arctiore presertim necessitudine attingunt. Cum autem nulla possit esse arctior quam ea qua est illi R. D. vestra coniuncta, fecimus non invite, ut quod magnis allegationibus a nobis est impetrare conatus Volfgangus Lindeverus honestis parentibus in civitate nostra Posnaniensi natus, id ei tanto studio contendenti concederemus, atque eum R. D. v. servum de meliore nota commendaremus, a qua petimus ut eum (in gratiam nostram) in fidem et clientelam suam recipere ne gravetur. Id quod tanto nos facilius impetrare posse confidimus, quod is adolescens, et eruditionis et integritatis nomine nobis plurimum est commendatus, qui gloriari etiam fertur

quod vixdum annus vnus intercesserit q aliqua in gracia apud R. D. vestra esse videbatur quo tempore in Collegio quod vocant Ancoranum S. D. nostri patrui sui liberalitate locupletato litteris opera dabat. quare nihil dubitamus si qua antea voluntatis inclinatione R. D. vra in illum propendebat quin accessurum ad eam sit aliquid nostra hac commendatione. quae spes et opinio nostra de R. D. vra concepta ne nos fallat, etiam atque etiam vt efficiat rogamus. omni beneuolentia nostra Regia, parem illi quandoque graciam relaturi. quam Deus omni felicitate augeat, et sanam atque incolumem in multos annos conseruet.

Sigismundus primus Rex Polonie
Summo Pontifici Paulo TERCIO

SAnctissime ac beatissime pater et domine domine clementissime Post mei Regnique et dominiorum meorum debitam commendationem pedumque oscula beatorum. Anni iam aliquot intercesserunt cum subditus quidam meus Gotscalcus Timmerman ex ciuitate mea Gdanensi Diocesis wladislauiensis consobrinae cuidam suae vicium imprudens obtulit. quam cum grauidam esse factam comperisset conscientia patrati tam faedi facinoris dedit se in pedes, vt fuga saluti suae consuleret. Sed paulo post deprehensus in oppido meo Elbingensi Diocesis Varmiensis coactus est per agnatos puellae, cum qua probrum fecerat satisdare se illam in matrimonium ducturum: cui rei certum etiam tempus fuit praestitutum. quod vbi aduenisset, fidem ille suam liberauit, consobrinam in vxorem duxit: quin et liberos ex ea sustulit: cupitque cum ea totum vitae suae tempus transigere. quod cum neque per humanas neque per diuinas leges licere sibi sciat, quia tamen

fore sperat, ut beneficio vestrae Sanc.tis legibus soluatur. degit adhuc in oppido meo Elbingensi. Michi quidem nec=stum hoc connubium non solum non probatur verumetiam animadver=sione dignum videtur, iussissemque Gotscalso huic aqua et igni in Regno ditioneque mea interdicturus, nisi veritus essem ne quam seruare quoquo modo praestat, animam eius, hac seueritate mea perdidissem. Neque enim dubium michi fuit ut primum eum e terris ditionis atque imperii mei exegissem, quin e vestigio ad Lukranos qui sunt huius locis ubi natus est vicini se recepisset. quare satius esse duxi ut a Sanc.te vestra medicinam peterem, cui supplico ut eum pro auctori.te sua a Deo sibi concessa legibus quas imprudens violauit soluere dignetur. Rem paterna sua clementia et misericor=dia dignam, michique gratissimam factura. Commendo me regnumque ac dominia mea gratiae Sanc.tis vestrae, quam Chri=stus in multos annos felicem esse velit atque incolumem. Datum Cracouiae Die Anno domini M°. D°. XXX v.to Regni vero mei, anno XXIX°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Paulo Tercio Pontifici Maximo

SAnctiss.me etc. Vacante in presens Ecclesia metropoli=tana Gnesnen. et cogitanti mihi quem ad eam sedem Sanc.ti vestrae commendarem, quae non solum ecclesiarum, sed etiam Sena=tus Regni mei primas tenet. plurimumque interest mea regnique et dominiorum meorum qualis vir in ea praesideat. visus est tandem inter alios Eccliarum Regni mei proceres Rev.ndus dominus Andreas Cricius Episcopus Plocen. potiss.mum pro=mouendus, virum doctrina preditus singulari, quam pluribus

ingenii sui monumentis editis, testatam fecit, tum erga constituendam in Regno meo Rempub: Ecclesiasticam tanto studio, ut vel hoc ipso nomine dignissimus sit, cui honos hic amplissimus in Regno meo deferatur: quem et prudentia et reliquis virtutibus, facile poterit, ex muneris dignitate atque Ecclesiae utilitate sustinere, eum itaque Sanc.ti vestrae vnice commendo, summo studio supplicans, ut quoniam sedes haec, in turbulentis istis et periculosissimis religionis motibus gubernatore suo diutius, sine discrimine carere non potest, mandare dignetur S.tas vestra, quo et celerem benignamque expeditionem istic haberet, et impendio minimo non grauaretur. non ignorat enim vestra S.tas Regnum et dominia mea assiduis bellis ab infidelibus premi et exerceri, assiduoque in illis propulsandis subditorum meorum tam Ecclesiasticorum, quam secularium opes exhauriri. Proinde iterum Sanc.ti vestrae supplico, ut benignam eius rei rationem habere, et pro eximia virtute sua liberalem et fauorabilem se in hac ipsa expeditione exhibere dignetur. faceret etiam vestra Sanc.tas rem Statui Ecclesiastico, et religioni in his regionibus, summe necessariam, si legationem natam, qua haec ipsa sedes, per antecessores vestrae Sanc.tis ornata est aliquibus facultatibus ultra eas quas generales habet ampliare dignaretur, non alia ob causam, nisi partim maioris auctoritatis manutenendae rei Ecclesiasticae partim ad leuandas eorum conscientias, qui ob longinquum iter, et alias difficultates istuc in vrbem proficisci nequeunt, ne quod difficulter ab illis praestari possit, hoc ita negligere ut consuetudine quoque contemnere assuescant. quicquid autem in ea expeditione vestra Sanc.tas gratiae ipsi domino Episcopo Plocensi exhibuerit, mihiipsi exhibitum reputabo, curaboque illam vicissim omni studio et obseruantia mea erga Sanc.tem vestram et Sacrosanctam eius sedem perpetuo demereri

cui me et dominia mea etiam atque etiam vnice commendo, atque illam
ex animi sui sententia quam diutissime valere cupio.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali PROTECTORI

Reverendissime etc. Vacat in presens Ecclesia Metropolitana
Gnesnensis primaria sedes Regni et dominiorum nostrorum
vnde cum vehementer exigat a nobis tum officium nostrum, tum
etiam publica Ecclesiarum Regni et dominiorum nostrorum
necessitas, vt illi de idoneo pastore quamprimum prospiceremus,
hoc presertim tempore quo ab hereticis status Ecclesiasticus in dies
magis oppugnatur et labefactatur, prouidendum ad eam, et Sanctissimo
D. N. presentandum duximus, prae caeteris Reverendum dominum
Andream Cricium Episcopum Plocensem, virum diuinarum humanarumque
litterarum non mediocri doctrina preditum: atque aliis multis
virtutibus ita ornatum, vt non plus ei locus hic amplissimus
quam ipse loco sit dignitatis et ornamenti allaturus. Rogamus
itaque vestram Reverendissimam D. vt quoniam haec sedes diu vacare
citra magnum rei Ecclesiasticae incommodum non possit, operam
suam adhibere dignetur apud Sanctissimum D. N. vt preces nostras
pro eius negocii celeri benignaque et liberali expeditione exau-
dire dignetur, meretur enim nostra perpetua erga sedem Apostolicam
obseruantia et deuotio vt non solum ea annuat eius Sanctitas, quae
in commodum Ecclesiarum et religionis integritatem in Regno no-
stro conseruandam, sed etiam ea quae petimus exigunt liberali-
tatem eius Sanctitatis erga nos et subditos nostros tam Ecclesiasticos
quam seculares quorum opes omnes in propulsandis assidue infi-
delibus exhauriuntur. Proinde rogamus iterum Reverendissimam D.
vestram, vt huic negotio iuxta procuratorum instructionem

bene expediendo ita patrocinetur, ut fides nostra de illius
erga nos beniuolentia postulat quod officium erit nobis multo
grat.mum et vicissim R.mae D. vestrae omnibus grati ani:
mi testimoniis referre curabimus, cui9 beniuolentiae nos plu:
rimum commendamus, cupimusqz ut fael.me valeat et sit felix.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

R.me in Christo pater et domine amice charis.me et honorande.
Mortuus est superioribus hisce diebus Rev.dus olim D.
Mathias Gnesnen Archiepus, in cui9 locum quemadmodum aliis
in litteris R. D. vestrae scripsimus Archiepum designauimus
Reuerendum Patrem D. Andream Cricium Ploceń Episcopum
virum in primis eruditum. Cum autem diu multumqz cogitare:
mus, cui esset Ploceń Episcopatus deferendus nullum digni:
orem reperire potuimus, quam Rev.dum Patrem D. Joannem
Choinski Premisliensem Episcopum, qui est insigni juris vtriusqz
doctrina preditus, prudentia grauitate animi magnitudine
caeterisqz virtutibus ita ornatus, vt eum eum Reip.cae Eccl.ae
tum nobis et Regno nostro, et ornamento et emolumento fore
maximo confidimus. In huius autem locum nominauimus
Petrum de Gamratis, multis illius et magnis erga nos Re:
gnumqz nostrum meritis id flagitantibus. Nunc S. D. N. supp:
licamus vt hanc nostram nominationem, siue electionem,
non grauatim confirmare dignaretur a R. D. vra magno:
pere petimus, vt operam det ne qua huic confirmationi
atqz nuncii expeditioni mora afferatur. Deinde cum exi:
lem habiturus sit Episcopatum Petrus de Gamratis, efficiat

pro suo erga nos studio ut ei sacerdotia quae habet retinere liceat, nam absque iis persona Episcopi cum dignitate tueri et sustinere non posset. Joannes autem Choinski si beni: gnitate S. D. N. cum Episcopatu Ploceñ Can.tum Cracouieñ retinere posset, eo solo facile contentus esset futurus. Quod si hoc quoque opera R. D. vestrae effici posset ut libera: liter et benigne cum illis ageretur, neque in iis quae annata: rum aliarumque rerum et expeditionum nomine numeranda eis erunt, nimium grauarentur, rem nobis esset multo grat.ma factura. optamus R. D. vrãm. in multos annos incolumem et faelicem viuere. Datum

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Sto de Rzeczicza penitenciario Romano

V. Enerabilis domine frater in Christo charm.me. Effecit tan: dem Regiualis M.tas, ut D. Joannes Choinski Nominatus Ploceñ. Can.tum quem habebat Cracouieñ resignaret in fauo: rem Faelicis Narampinski, eadem ei mandauit, ut cederet omni Jure, lite et causa quae se habere praetendebat ad: uersus propinquum nostrum Stanislaum Likezki Can.tus nomine de quo eum in iudicium vocauit, atque ut Procur.s in vrbe con: stitueret ad resignandum ad aduocandam causam extra rotam atque ad litem sopiendam quae ubi facta per eum fuerint, tum nos ei de Can.tu Cracouieñ per resignationem, D. Nominati Ploceñ vacantem prouidebimus. Mandatumque istud procura: torium ad vos mittemus. Haec autem ideo vobis putauimus si: gnificanda: ut vos ulterius in causa non procedatis. Breui enim mandatum habebitis Felicis Narampinski. Bene valete Deum pro nobis diligenter orari facite. Datum Cracouiae.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Bartholomeo Gandkowski Cancellario
POSNANIENSI

Venerabilis domine, frater in Christo dilecte. Te quoqz procul dubio iam istic cognouisse oportet Rmum olim D. Mathiam Archiepum Gnesnen mortem obiisse. In cuius locum suffectus atqz Ecclesie Gnesnen Archiepiscopus designatus est, D. Andreas Cricius nepos noster. Plocen vero Epus nominatus est D. Joannes Choinski, Episcopus Premislien. D. vero Petro de Gamratis datus est Episcopatus Premisliensis, omnes isti mittunt volucrem nunctiu ad sedem Apostolicam qui efficiat vt Regie nominationes confirmentur. quos pro nostro erga illos studio, primo quoqz tempore voti sui compotes fieri cuperemus. Nos variis adhuc morbis affligimur, quare dedimus per Przeclawski nostru, qui nudius quintus hinc discessit, ad D. Benedictu Fauentinu et D. Hieronimu de Eugubiis litteras, quibus consiliu ab eis et auxiliu petimus. Tu quoqz cu eis ages et eos rogabis, vt fideliter nobis et amanter perscribere ne grauentur, quibus rationibus tam pertinax iste morbus curari possit. quandoquidem nihil est istic, quod te diutius remorari possit: vbi jurisconsultoru insignibus cohonestatus fueris, dabis operam, vt ad nos qz primu redeas, quo possis rem tuam cu aduersario tuo transigere et stabilire: et domi potius qz foris de augendis fortunis tuis esse sollicitus. quaquidem ad rem, adiutores nos tibi fore profitemur. Modo Christus vere salutis autor tam longo tempore desiderata pristina bona valetudinem nobis restituat, nostram in te augendo et honestando opem atqz operam non requires. Bene vale. Datum Cracouie.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Cardinali PROTECTORI

Rme in Christo pater et domine domine obseruandme.
Officiosissimam obsequiorum meorum commendationem. Mittit
Regia M.tas Nunctium istuc suum vna cum litteris et mandatis
ad Sanct.m D. nostrum. Fecerit R.ma D. vra pro offitio suo
proque singulari erga Ser.mum Regem meum obseruantia quam
semper prae se tulit, si dederit operam ut cito et ex dignitate
Regia, regia istic negotia conficiantur quo possit nunctius
hic mature ad nos reuerti. Ego quoque meo nomine quaedam
ei istic curanda commisi, illud in primis ut S. D. N. suppli:
caret, quo mihi quoad vixero sub Mensibus S. suae reser:
uationem ac liberam collationem quinque sacerdotiorum in Eccle:
siis ac dioecesibus Gnesnensi et Posnaniensi concedere digna:
retur, atque vna omnium dignitatum Canonicatuum et prebenda:
rum Ecclesiae Collegiatae Lanciciensis Gnesnensis Dioecesis
Praepositura et Scholastria exceptis, quae sunt Iurispa:
tronatus Regiae M.tis. Ideo autem ea de re S. D. N. su:
pplicandum duxi, quod cum publicum munus Cancellarii susti:
neam amplum illud quidem et honorificum, sed plenum laboris
et negocii multos alere mihi necesse est, praesertim viros
doctos et prudentes, qui me parte aliqua laborum meorum
leuare possint. Itaque egenos homines vndique conquiro
summo studio et diligentia, qui ut alacriores reddantur
ad mihi inseruiendum, vel potius Reipublicae, cui ego quoque
seruio, cuperem beneficio S. D. N. habere vnde illis
benigne facere possem, quos si scirem Ecclesiasticis honoribus
istis dignos non esse, non solum iis eos ornandos non cura:
rem, sed ne fouerem quidem eos et alerem in familia

mea. Quare R. D. v. plurimum rogo, ut preces has me:
as velit adiuuare, nam vna eademque opera R. D. vra
et mihi beneficium dederit et Reipub: Ecclia ea prospe:
xerit cum potestatem mihi impetrauerit, viros et doctos
et bonos in ea collocandi. opto R. D. vestram ex animi
sententia quam diutissime valere. Cuius me fauori patroci:
nioque commendo. Datum.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Lasaro Bonamico lectori Patauino

Cum antea te semper ob insignem doctrinam tuam,
quae cum singulari probitate coniuncta esse fertur, fe:
cimus plurimi, tum hoc tempore multo sumus maiore tui
studio inflammati, posteaquam facti sumus certiores, qui:
bus fratris nostri filium officiis istic fueris prosequutus
quem cum grauissimo morbo conflictatum esse videres, ino:
pem ab amicis, nudum a propinquis, ita benignitate tua
subleuasti, ut se a nobis abesse non sentiret. Adeo
non patrui solum, verum etiam parentis indulgentissimi
in eo verbis consolando, re quoque cum re opus esse co:
gnoscens adiuuando, munus et vicem obiisti. Credi:
bile non est quam gratum nobis acciderit officium istud tuum
dabitur a nobis opera, ut id apud gratos et memores
te collocasse intelligas.
Nunc a te petimus, quemadmodum necessario nostro gra:
uiter laboranti omni humanitatis genere non grauatim
subuenisti, ita nobis quoque adesse velis, ut ex his mor:
bis et doloribus, quibus tam longo tempore vehementer

affligimur, aliquando tandem liberari possimus. Id quod ita demum per te fieri posse confidimus, si et domino Manardo, et aliis medicis, apud quos aliquid gracia vales et auctoritate, per te diligenter fuerimus commendati, quod te pro tua virtute, proque eo studio, quo es erga nos libenter esse facturum nihil dubitamus. A nobis ea vicissim expectabis, quae ab amicissimo benevolentissimoque proficisci possunt. Bene vale. Datum Cracoviae Die Septembris MDXXXV.

Petrus Tomicius Episcopus Cracoviensis vicecancellarius,
Doctori Stanislao de Rzeczicza primiceriario Regio

Venerabilis Domine frater in Christo charissime. Dominus Faelix Naropinski, transacta cum domino Samuele Maciejowski lite et pensione per arbitralem nostram sententiam in proventibus Parrochialis Skrzinnow constituta et aliquot annis sine controversia accepta, nunc quadam animi sui penitudine commotus, vel ut natura sua minime tranquillam pacem et quietem non oneret, ipsum D. Samuelem Macieiowski, cuius animus ab omni prorsus contentione est alienus, per quandam non necessario excogitatam causae devolutionem in certamen Juris provocavit. Non eo arbitramur consilio, ut iustitiam suam, quae neque mota, neque tentata aliqua ex parte est, sublevet, sed ut dominum quietem lite illi intentata nodosis iuris anfractibus involvat, sicque vel poenam in arbitrali sententia appositam lucri faciat, vel ad Sacerdotium sibi adiudicatum regressum consequatur. De cuius devolutionis ratione cum ad vos ipse D. Macieiowski scribit, et omnia ad defensionem suae causae necessaria mittat, nos id nobis praesentibus explicare operepretium non

putamus id tantum a vobis rogamus: ut in re amici vestri alioqui iusta tuta et integra ita invigiletis, ne captionibus malevoli sui adversarii quoquomodo preter opinionem irretiatur quo rem nobis gratam facietis et quam D. Maciejowski pari amica gratificatione nobis referre curabit. Bene valeatis et felix sitis. Datum.

Petrus Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Sta.o de Rzecziczа Doctori penitenciario Regio

Venerabilis Domine frater in Christo charissime. Cum venisset huc Joannes Vilamowski, et declarasset nobis, non visum fuisse vobis, ut litterae M.tis Regiae Summo Pontifici eo modo quo scriptae erant redderentur. Nos curavimus illas immutandas et rursus transscribendas. Mittimusque eas vobis cum presentibus in eam fermae sententiam, quae vobis magis conveniens et necessaria fore videbatur conscriptas.

Quoniam autem hic varii sunt rumores de Summo Pontifice aliqui namque ferunt Sanc.tem suam aegre valere, aliqui vero illam iam decessisse asseverant, nos duplicatas easdem lras conscribi curavimus, alteras videlicet ad clementem Pontificem, siquidem adhuc vivit, alteras vero quae ternae sunt ad eum qui post mortem Clementis in summum Pontificem fuerit electus, easque non intitulavimus, sed absque titulo ad vos mittimus quo si in adventu isthuc Roma dominorum Vitbinij, et Gantkowski Clemens Pontifex iam non viveret, vos eas isthic ad illum qui eligetur in novum Pontificem quisquis ille fuerit intituletis, illique reddatis, et rogamus vos, ut in his rebus, de quibus scribit in eisdem litteris Regia M.tas diligentem operam vestram faciatis, caveatisque ut desiderio M.tis suae satisfiat.

satisfiat. Hoc namque quod petit sua M.tas petit propter com:
mune bonum Ecclesiarum Regni sui, praesertim vero Diecesis no:
strae Cracovien. et ut esset residentia circa Collegiatas
Ecclesias quae omnes sunt desolatae: nam nullus Praelatorum neque
Canonicorum circa eas residet. Adscripsimus autem in eisdem lris
Regiae M.tis et Ecclesiam Scarbimirien. ultra eas Ecclesias quae in
prioribus litteris continebantur. Sunt namque in illa parua admo:
dum beneficia et nullus Praelatorum neque Canonicorum circa eam re:
sidet.

Non miremini, quod eas ipsas litteras Regias acredine quadam in:
sperserimus, id namque ob eam causam fecimus, quod retulit nobis
Joannes Wilamowski, et nos ipsi probe scimus quod officiales isti Ro:
mani vix cum bona voluntate ad postulata Regum et Principum Chri:
stianorum aliquid faciunt. Expedit itaque indicare eis quod Reges
ipsi multa possunt facere in Regnis et dominiis suis etiam ipsis
irrequisitis. Si quid tamen nimiae acredinis in eisdem litteris
vobis esse videbitur, id vos verbis lenire istic curetis tametsi
nostro Judicio cum magna modestia et veneratione sanctae se:
dis Apostolicae sunt conscriptae.

Mittimus dominis Archiuistis ex denario sancti Petri centum
aureos largos. Pro annata vero, quam soluit dominus Jarocki
Canonicus Ecclesiae nostrae de prouentibus Cantus et Prebendae
suae quae dicitur bossutkowska aureos similes quadraginta
octo, quos vos illis reddatis, et rogetis eos, ut id quod ex prae:
dicto denario sancti Petri eis mittimus grato animo accipiant,
nosque de annis quatuor videlicet de anno domini Millesimo quingen:
tesimo, trigesimo primo, secundo, tertio, et quarto quittent, di:
catisque illis, quod nos libenter eis plus misissemus, sed Denarius
ipse adeo iam decreuit, ut valde exilis summa eius proue:
niat. Nobilitas namque huius Regni, exemplo vicinorum suorum
haeresi Luterana infectorum vetat solui illum a suis hominibus
et nisi Regiae M.ti cederet, proculdubio iam non penderetur.

Quod si vero domini Archiuista quittare nos nollent de annis quattuor vos denuncietis eis per modu comminationis hoc datu esse vobis in mandatis, vt ipsos centu aureos eis non reddatis, eosqz huc remittatis, nos tamen hoc totu prudentiae atqz industriae vestrae committimus, postulamusqz a vobis vt in hac re sic procedatis, quemadmodu vobis melius et conuenientius fore videbitur.

Quia paulo ante scripseratis nobis, q cu cognoscatis Datariu esse hominem valde duru ac difficilem, a Summo vero Pontifice, voluntati et arbitrio illius non paru defferri comodaret forte si illi pelliceam bona ex pellibus mardurinis mitteremus, nos huic consilio vestro non grauatim subscribemus mittemusqz illi propediem pelliceam bona mardurina, qua et in presentia libenter misissemus, sed ta bonam reperire hic non potuimus, quae pro nostra et illius dignitate donari ei potuisset, quam tamen fieri iam ad hoc mandauimus. Nunc vero pelliceam ex albulis, seu dorsis variollaru illi dono mittimus, quam vos si viuit adhuc et sanus est clemens Pontifex, nostro nomine illi donetis. Si vero ipse Clemens Pontifex est iam defunctus, quia in morte Pontificu omnes offles immutari istic solent, extunc vos eam ipsam pelliceam ex albulis et dorsis, domino auditore nostro nomine donetis.

Mittimus vobis viginti sex ducatos in auro, quos scripseratis per nos esse vobis debitos. Mittimus etiam viginti aureos ad rationem debiti Joannis Vilamowski. Mittit preterea vobis dominus Doctor Borgk non paru pecuniae, in qua est etiam pecunia missa vobis, per Rv.mu D. Episcopu Plocen, pro expeditione prorogationis graciae Jubilei, ad Ecclesia sua Plocen per vos exposita sa domino vero Vilnen Episcopo non est missa adhuc pecunia quae vobis debetur pro simili gra ad Ecclesia Vilnen expedita. Cumprimu vero mittetur, nos

eam ad vos sine mora perferri curabimus.

Rogamus vos, ut iam scutum ad pluviale laborari nobis faciatis quod laboret Brigio, seu Recamator non secundum picturam per nos vobis missam, sed iuxta figuram suam sanctorum trium Regum quam habet elegantiorem, nos vero illi id precium de quo secum conveneritis, non gravatim exolvemus.

Die sexta huius Mensis octobris. Comparuit coram Capitulo Ecclesiae nostrae Stanislaus Lilecski petens se recipi ad Can.tum et praebendam, per mortem domini Floriani Czurilo vacantem vigore nominationis Regiae M.tis [comparuit et dominus Ioannes Narampinski cum Iure fratris sui domini Foelicis Narampinski itidem petens ut ad eosdem Can.tus et praebendam reciperetur, vigore nominationis suae non pridem revalidatae. verum Capitulum ipsum revisis utriusque partis Iuribus et munimentis attentoque eo quod in brevi revalidationis nominationis Foelicis Narampinski id habetur per expressum quod anteferri illi debent omnes per Regiam ac R.tem M.tes nominati antequam revalidata est ipsius nominatio, recepit et induxit ad Ecclesiam Stanislaum Lilecski tanquam iure meliore fultum. Felicem vero Narampinski non visum est illi recipere, eo quod Ius pro hac vice non habeat.

Quamvis vero Ioannes Narampinski ab hoc actu et denegatione receptionis fratris sui appellaverit, et non dubitamus quin moturus sit omnem lapidem, ut nominationem suam melius quam prius reformatam habere possit, ut tamen non fiat praeiudicium aliis prius nominatis et ius habentibus rogamus vos ut obsistatis isthic modis omnibus, ne ille quidpiam obtineat ultra id quod illi semel iam est concessum, quodque in brevi revalidationis Nominationis suae continetur.

Breve perpendimus quod haec modificatio seu restrictio brevis Felici Narampinski concessi, facta est opera R.mi Domini Auditoris camerae Episcopi Vigorniensis pro qua vos illius D. gracias nostro nomine referatis rogetisque illam ut quemadmodum

prospicere velit ne Felix Narampinski ampliationē ali:
quam brevis sui in gravamen et praeiuditiu Stanislai Likeski
aliorumqz nominatoru obtinere istic possit. qua in re illius Dq
gratificatura nobis non dubitamus. vos etia omnem operam
vestra ad hoc ipsu debito modo providendu accommodetis.

De aliis rebus et negociis pluribus, scripsimus vobis per Banou
et per Motbiezka Nunctiu domini Abbatis Thimicen litteras
nostras ad quos nos referim9. ex illis namqz omnia quae vo:
bis scitu sunt necessaria intelligetis.

Tres Can.tus et preben Ecclesiae Collegiatae Sandomiriew, ac du:
as digni.tes et quinqz Can.tus et preben Ecclesiae Collegiatae
Scarbimiriew, et item nonnullas parroles Ecclesias, quaru Jus:
patronatus duobus economis bonoru nostroru Episcopaliu con:
cedi cupimus, ex sceda presentibus inclusa cognoscetis, rogam9
autem vos omnem opera vestra impendatis, ut quemadmodu
petit Regia M.tas ipsu Juspatronatus pro duobus Economis pre:
dictis bonoru nostroru Epaliu concedatur. hoc namqz pacto exi:
stimam9 bene consultu iri tranquillitati et securitati Ecclarū
in Dioecesi nostra consistentiu. de hoc vero quod impetrabitis,
certiores nos quamprimu reddatis.

Inter alias litteras per nos vobis in presentia missas, mittim9
etia vobis binas litteras papireas non intitulatas, alteras a
M.te Regia, alteras vero a nobis ad dominu Joanne Jngelvinkel
Praepositu Xanthen, et Sanct.mi domini nostri Datariu scriptas
quas vos illi, si est adhuc in offitio, et si vivit clemens Summ9
Pontifex intituletis et reddatis. Si vero ipse domin9 Joannes
Datarius desiit iam fungi suo Datariatus offitio Clemensqz
Summus Pontifex iam decessit vos inscribatis et reddatis eas
illi, quae gratia et authoritate apud novu Pontificem plu:
rimu valere cognoveritis, quid autem scriptu sit in eis lris
quas non intitulatas mittim9 ad vos, ex earu exemplis quae

quae vobis etiam mittimus intelligetis .
Declarauit nobis Joannes Vilamowski . quod Sanct.mus dominus
noster Clemens papa . reseruationes nobis concessas . simul cum
graciis aliorum reuocauit . quare curare velitis vt sua Sanc.tas
vel nouus Summus Pontifex , si iam est electus . eas ipsas re:
seruationes , per nos intercessione M.tis Regiae a Clemente
septimo obtentas , reualidare rursus dignetur , quo aliquem
fructum illarum habere possimus .

Valde male habet Regia M.tem , quod R.mus dominus Car.lis
Protector Regni sui . non solum non promouet istic negotia suae
M.tis , sed etiam nonnunquam impedire solet . quominus ex senten:
tia M.tis suae Regiae expediantur . imputatque nobis sua M.tas
quod nos illius D.nem sibi commendauerimus quando quidem fuerint
multi alii domini Cardinales qui protectores Regni sui esse cupie:
bant . Nos fatemur quidem nos M.ti suae illum commendasse
id tamen fecimus adducti litteris vestris quibus nobis scripseratis
Reueren.mum dominum olim Car.lem Sanctorum quatuor , cum iam in no:
uissima aegritudine erat constitutus , a nobis postulasse . ageremus
apud M.tem suam , quo is dominus Cardinalis nepos suus in Pro:
tectorem Regni ab illa susciperetur . quod vero et nos et vos
frustramur spe de illo concepta . non sine dolenti animo id feri:
mus . cupimusque vt vos aliquando per occasionem , illius D.nem ,
eius rei commonefaciatis , simulque rogetis quo maiore cura et
diligentia promoueat negotia M.tis suae eiusque subditorum quam
hactenus fecit . per hoc namque magna gracia M.tis suae omnique
procerum et ordinum Regni fauorem sibi conciliabit .

:2: Nos per totam hanc aestatem preteritam graui et varia aegritu:
dine decubuimus , qui quandoque remissius . quandoque vero
grauius nos afflixit . nunc mitius quidem agit nobiscum , ad huc
tamen nos plane non reliquit . itaque quartum iam Mensem

continemur lumine domestico. Spem vero in domino Deo concipimus, q[uod] brevi pristinae bonae valetudini restituemur quod ut fiat vos quoqz divinam illius M.tem istic oretis.

1 Commendavim[us] vobis causam Joannis Vilamowski, quam habet cum Mathia Wargawski super Can.tu et prebenda Gneznen[si] refert autem Vilamowski q[uod] nisi Mathias Vargawski attulerit aliquid aliud munimenti ad causam suam ultra id quod iam produxit non dubitat ipse quin confirmetur in hac secunda instantia prior sententia pro se lata atqz ideo vos admoneatis omnem curam et diligentiam vestram in ipsam eius causam tuendam ac liteqz cito explicandam, in quo rem gratam nobis facietis 1521

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Doctori Stanislao de Rzeczicza Poenitencionario

Venerabilis domine frater in Christo charis.me. Tametsi copiose satis et pro rei exigentia vobis perscripserimus de morte domini Floriani Churilo Can.ci Ecclesiae nostrae Cracovien[sis], deqz acceptato per Stanislaum Pileczki Nepotem nostrum vigore nominationis Regiae Canonicatu per decessum illius vacante, simulqz declaraverimus vobis abunde omnia quae curari et fieri istic per vos in rem Stanislai Pileczki velimus, quia tamen nunciatum est nunc nobis q[uod] R.lis M.tas, ut pote quae rebus omnibus tractandis non modo prophanis, sed etiam Ecclesiasticis se se iam immiscet, scripserit ad Summum Pontificem et R.mum D. Car.lem Regni Protectorem litteras ut de eodem Can.tu qui per mortem domini Churilo vacavit, tanq[uam] reservato sedi Apostolicae, eo q[uod] dominus Churilo Leonis papae familiaris fuerit, domino Sebastiano Branic3ki

referendario Regio provideretur admonendum vos quoque iussi
mi adhuc volumus, rogamusque vos plurimum, ut omnia quae
ad fulciendum Ius Stanislai Pileczki facere videntur, undequaque
praeocupetis.
Allatum est iam ad nos nouum de morte Summi Pontificis qui si
iam decessit Canonicatus, qui morte domini Czurilo vacauit,
quemadmodum et omnia alia beneficia post obitum ipsius Summi
Ponti^cis^ vacantia suspensa erunt, et nemini de eis providebitur
quoad nouus Pontifex eligetur. Proinde sitis in omnem partem
arrecti, provideatisque diligenter, ne in his quae in negotio prae:
dicti Can.^tus^ facietis, a quopiam anticipemini, utque is ipse Can.^tus^
de manibus nostris non elabatur. In quo rem grat.^ma^ nobis fa:
cietis. Bene valete. Datum Crac.^e^ Die xxi Octobris M D xxx iiii.

Petrus Tomiczki Ep̄s Cracc. vicecancell.
Stanislao doctori de Rzeczicza Poeni:
tenciario Romano.

Venerabilis domine, frater in Christo char.^me^. Cum Paulus
de Chodow pelles istic in urbe Roma nostro nomine donandas
recipere secum recusauerit, nos nolentes, neque illi, neque cuipiam
alteri preces nostras inuito obtrudere, hunc Seruitorem nostrum
Christophorum Swarcz cum eisdem pellibus et litteris nostris istuc
mittimus, fretique hac oportunitate eius per nos missi, mittimus
quoque per eum pelliceas duas Sanct.^mo^ domino nostro Papae
donandas, alteram minorem de sabellinis, alteram vero maio:
rem de mardurinis pellibus consutam, quarum utralibet colla:
ta alteri maiorem graciam adiiciat, et munus nostrum splendidius
reddat / volebamus quidem ut aliis litteris scripsimus, duntaxat
pelliceam mardurinam illius Sanc.^ti^ mittere, sed non visum est
nobis hunc tantum Principem et Monarcham tam paruo munere

prosequi quare Sabellum quoqz pelliceam Sanc.ti sua nis̄m I quaru vtramqz illi vos nostro nomine reddatis, munusqz no: strv verbis ornetis, et rogetis illius Sanc.tem, vt preces M.tis Regiae ac nostras in hoc Pontificatus sui initio exaudire dignetur. qua in re vos quoqz omnem curam et diligentia vestra nauare velitis, operamqz vestram faciatis, vt in omnibus votoru nostrorum compotes efficiamur. Non satis probatur domino Doctori Borek, signatura Stanislai Pilecz̄ki per vos expedita, censet naqz praestitisse vt verba haec posita in illa fuissent, fiat motu propo A: non dubitamus tamen nos, quin vos ea ipsa supplom de consilio et sententia jurisperitoru confeceritis et signare curaueritis. speramusqz rem Stanislai Pilecz̄ki fore tutam, praesertim cu et iusticia nixa sit, et diligentia vestra illi non deerit. vtcunqz vero Naropinski palam hic iactitat causam sua esse iam in portu, et isthic apud sedem Apostolica ei bene promissu nobis tamen non est formidnu haec illius vana iactatio, tantum namqz exigit nos concepta fiducia de Iure Stanislai Pilecz̄ki, et diligentia vestra, vt nichil metuamus, vt praeualeat aduersu nos inimicus et temerarius litigator.

Mittimus vobis et aliam praesentationem ad Decanatu Kielcien vt confirmari faciatis eam quae vobis magis probabitur.

Nunctiu hunc nostru redditis pelliceis et litteris nostris ad nos quantotius poteritis remittatis, cupimus tamen, vt non nisi rebus omnibus, ex animi nostri sententia confectis ad nos redeat.

Rogamus vos concilietis nobis fauorem et beneuolentia domini datarii, et alioru Praelatoru qui auctoritate et gracia valent apud Sanct.m D. Nostru, vt illoru fauore et patrocinio adiuti in nostris iustis precibus et nunc ac deinceps exaudiamur, et in eis repulsam non paciamur. Bene valete et negotia vobis comissa diligenter curate. Datu in oppido nostro Kielce Die xxii Januarii Anno domini M.Dxxxv.

Præsentacio doctoris Rzeczicza
ad Decanatum kielcen.

Rmo in Christo patri et domino domino Petro Dei gracia
Episcopo Cracouien. et Regni P. vice Cancellario domino
meo clemen.mo aut eius R.mae D. in spiritualibus vicario seu
alicui alteri ad id potestatem habenti. Stephanus Visczenski
Capitaneus Kielcen. perpetuam seruitutem et obseruantiam ac sui
humilem commendationem. Rx.me in Christo pater et domine
domine clemen.me. Cupiens prospicere in futurum bono statui
ac regimini Ecclesie Collegiate Kielcen. volensque testatam
facere meam singularem beneuolentiam erga venlem dominum
Stanislaum Rzeczicza Iuris vtriusque Doctorem Can.cum Wladislauien.
et basilice beati Petri de vrbe minorem Penitentiarium virum
eruditum et idoneum ipsum ad Decanatum eiusdem Ecclesie Kielcen.
cuius Ius patronatus et presentandi ad me pleno Iure pertinet.
duxi presentandum cum primum per cessum vel per decessum vel alio
quouismodo vel etiam per translationem ad maiorem Gradum
Rx.mi Domini Joannis Choienski Episcopi Premislien. eiusdem
Decanatus moderni possessoris vacauerit. harumque serie literarum
presento vestre R.mae D.ni supplicans illi humiliter velit
eundem Dominum Doctorem Stanislaum penitentiarium ad eum
ipsum Decanatum Kielcen. eo modo premisso vacauerit institu:
ere et inuestire non expectata alia presentatione mea,
Curam animarum regimen et administrationem spiritualium
et temporalium rerum illi in eo conferendo, prout id ad vestre
Rx.mae D. officium pertinet pastorale. In cuius rei testimonium
sigillum meum presentibus est impressum. Datum in Kielce die xxii
Januarii. Anno domini M. D. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Stanislao de Rzeczicza doctori.

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Hodie reddidit nobis Molsiczka litteras vestras quibus inprimis scribitis nobis de obtenta provisione Canonicatus Ecclesiae nostrae, qui vacavit per mortem domini Czurilo in persona Stanislai Pileczki et utcunque nonnulla impedimenta, quae etiam perscripsistis nobis in eo negotio intercesserint, vos tamen rationem eius ita obfirmasse, quod si posthac aliam supplicationem cuipiam alteri signari contingeret, rem tamen Stanislai Pileczki futuram esse tutiorem, pro qua vestra diligentia quam tam cordate praestitistis agimus et habemus vobis magnas gracias, volumusque ea vobis officio et beneficentia nostra semper referre.

Narapinski Litigiosus. Quia vero Falix Narampniski, homo controuersus litigiosus et turbulentus devoluit causam istuc in urbem Stanislao Pileczki, remittimus vobis supplicationem provisionis ipsius Pileczki mittimusque vobis pecuniam pro expedienda bulla eiusdem provisionis, quam vos expedire tum curetis cum commodam, ac necessariam expeditionem illius fore putaveritis.

Probamus plurimum, quod novo domino datario foderam de pellibus mardurinis nostro nomine donandam promiseritis, quam nos promisso per vos facto deesse nolentes, in praesentia mittimus ad vos, volumusque, ut eam illi reddatis, resque nostras et Ecclesiae ac servitorum nostrorum commendetis.

Quia modernum Sanct.mum D. nostrum Papam propensum ac fa:
uorabilem in res nostras semper extitisse, pluribus argu:
mentis didicimus. Volentes Sanc.ti illius animi nostri gra:
titudinem testatam facere, mittimus illi pelliceam marturinam
bonam ac honestam, munus quidem exilius quam ut donari Sanc.ti
suae conueniat: quia tamen solent etiam maximi quoque Prin:
cipes, eiusmodi dona exilia, hilari vultu suscipere, praeser:
tim si a sinceris donantium animis proficiscantur. Postulamus
a vobis, ut eam ipsam pelliceam Sanc.ti suae nostro nomine
donetis, Nosque ac res nostras et Ecclesiae nostrae illius clementiae
commendetis, simulque litteras nostras, quibus Sanc.ti suae asse:
cutum Pontificatum gratulamur, et de hoc munere per nos misso
scribimus illi offeratis.

Metuentes vos vereturos esse reddere litteras Regias
Sanct.mo D. nostro Papae moderno, et aliis Praelatis Ro:
manis, propterea quod de data nimis recenti et breui post ele:
ctionem illius, alias litteras de data posteriore parauerramus
mittereque eas ad vos primo quoque tempore voluimus, verum
cum illas quas per dominos Gantzkowski et Vitdinie ad vos
misimus, reddituros vos esse scribatis, aut forte iam reddidistis.
Nos has posteriores hic retinuimus, putamus vero quod ad data illa:
rum quas vobis misimus non habebitur aliqua consideratio, quod sit
nimis recens post electionem noui Pontificis quin testabun:
tur summum studium et obseruantiam M.tis Regiae, erga Sanct.m
dominum nostrum, et istam sanctam sedem. Sunt quidem eaedem
litterae: uti perpendere vobis ex illarum exemplis licuit scri:
ptae quodam modo asperiusculae, qui ita vos scribendas illas
censuistis, non putamus tamen quod ea res dominos Praelatos
et officiarios Romanae Curiae offensura sit, certoque nobis
persuademus quod si accesserit diligentia vestra ac etiam fauor
et opera R.mi Domini Car.lis Protectoris Regni et domini

Auditoris Cameræ negotia de quibus scribit M.tas Regia cum sint iusta et licita, pro voto et desiderio M.tis suæ et nostro a Sanctiss.mo domino nostro impetrabuntur, in quibus impetrandis, vos omnem operam et diligentiam vestram adhibeatis.

Cognitum habentes studium et diligentiam vestram, quam in curandis isthic rebus nostris nauare soletis eo animo semper fuimus ac etiamnum sumus, ut gratitudinem animi nostri erga vos declaremus. quare cum Joannes Vilamowski isthinc rediens rogaret nos vestro nomine, ut ad Decanatum Ecclesiæ kielcien. per Capitaneum nostrum kielcien. presentari vos curaremus, e vestigio annuimus petitioni vestræ, qua in re cum nunc quoque nobis scribatis, nos desiderio huic vestro deesse nolentes, eum ipsum Decanatum collocare in vos destinauimus, et liberali animo collocabimus, presentationemque Capitanei nostri kielcen. ad illum vobis mittimus cum presentibus, ut modo debito confirmari eam isthic vobis faciatis. utcunque non admirari non possumus quod nominationem quam ad Ecclesiam Gnesnen. pro vobis seruauimus, suscipere renueritis. non est quidem nobis incognitum quod dominus Archiepus Gnesnen. vocabat vos ad Canonicatum Ecclesiæ suæ Gnesnen. sed Can.tus ille est onerosus. habet namque annexa sibi onera legendi et prædicandi, quando tamen sanctum Adalbertum auersamini et non cupitis esse in Ecclesia Gnesnen. Can.cus, nos eam nominationem, quam vobis seruauimus, in alium quempiam consanguineum aut seruitorem nostrum transferre curabimus. Vos vero certos reddimus, quod Decanatum kielcien. Deo auxiliante habebitis, cum per cessum decessum, aut promotionem ad maiorem dignitatem, et Epatum R.mi D. Joannis Chojenski Episcopi Premislien. vacauerit, id quod nullam iam vobis adferat dubitationem.

Dominus

Dominus Florianus Czurilo defunctus dum adhuc viveret fecerat nescimus quos contractus cum Capellano R.lis M.tis super parrochiali Ecclesia in Czotel quare dominus Joannes Sbanski patronus eius: dem Ecclesiae ad eam praefatum Capellanum Reginae praesentavit atque ideo cessio pro Vilamowski facta quam misistis nullum ei adferet fructum aut commodum. Difficile est enim navigare con: tra ventos.

Valde dolemus quod dominus Episcopus Posnaniensis est vobis infensus et quod cum Joanne Boncza super parrochiali in Coslow vo: bis negocium adhuc intercedat quare hortamur vos ut apud ipsum dominum Episcopum insimulationem vestri diluere curetis. Solent namque domini exacerbari graviter dum aliquis vel adversum eos quidpiam expedit vel adversarius eorum operam ac studium suum accommodat. non dubitamus tamen D. Episcopum Posnaniensem futurum esse vobis placabilem et odium conceptum in vos deposi: turum, posteaque vos illi excusabitis, et re ipsa declarabitis quod nullum unque decretum contra illum expedivistis. quocunque au: tem animo ille erga vos fuerit. Nos tametsi sit difficile in bonis alienis quidpiam authoritatis suae facere: curabimus tamen ut in possessione parrochialis in Coslow praedictae defensio oportuna vobis non desit.

Rogamus vos curare velitis ut Nominationes Regiae et gratiae ac reservationes quas nos a Clemente Pontifice ha: buimus per hunc novum Pontificem revalidentur aut de novo concedantur quo rem apprime gratam nobis facietis.

Stanislaus Pilecz ki consanguineus noster quod scire optastis habet annos xix.

In litteris quas ad Sanct.mum D. Nostrum Papam scripsimus hoc etiam adscribi fecimus quod sua Sanc.tas exaudire di: gnaretur preces ac desideria nostra quae illi per vos ex: ponentur rogabitis itaque illam in primis ut postulata M.tis Regiae cum sint ex iustis et rationabilibus causis profecta

ad benigna exauditionem admittere velit: Deinde ex-
ponetis Sanc.ti suae nemini constare magis posse quam nobis
Episcopis qui et quales homines his difficillimis temporibus
ad Ecclesias maiores huius Regni recipi oporteat, et pro-
inde supplicabitis Sanc.ti suae nostro nomine, ut gra-
"et preben" ciam reseruatiuam, ad tres Can.tus " seu tres digni.tes quas-
cunque in Ecclesia nostra proxime vacatur, cum derogationi-
bus sufficien.mis Nominationum et aliarum graciarum expe-
ctatiuarum et reseruationum quarumcunque concedere digna-
retur. Nos vero hanc Sanc.tis suae graciam fide et obser-
uantia nostra, erga Sanc.tem suam, et istam sedem sanctam
Romanam promereri semper studebimus.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Doctori Stanislao de Rzeczicza Poe-
nitencionario.

VEnerabilis domine, frater in Christo charissime. Jarzambkowski rediens ex vrbe, reddidit nobis litteras vestras datas decima die Februarii, quibus inter alia nobis scribitis vos litteras Regias ad Summum Pontificem, ac dominos Cardinalem Protectorem Regni et Auditorem Camerae non reddidisse, propterea quod de data nimis recenti, post electionem Summi Pontificis vobis esse videbantur, postulatisque a nobis, ut alias litteras de posteriore data vobis mitteremus. Magnum profecto negotium et difficultatem nobis in his litteris facitis, iam cum non probari eas vobis, iam austerius scribendas censetis, iam Datae recentis eas esse causamini, aliasque atque alias mitti a nobis petitis, et non perpenditis, quod sit longa et huc ab vrbe Roma, et hinc in Lituaniam distantia, proindeque

multum temporis insumi oportere, antequam parentur, et primum hinc in Lithuaniam perferantur, deinde huc, postremo vero istuc transmittantur id quod sine mora et retardatione magna negotiorum nostrorum fieri non potest. quando tamen ita sit factum quod eas litteras quas misimus non reddidistis, nobis nolentes, ne propterea et gratulationis officium, quod Summo Pontifici nomine M.tis Regiae fieri destinavimus intermittatur, et negotia nostra Ecclesiaeque nostrae diutius remorentur. Mittimus vobis per Joannem Vilamowski alias litteras de Data posteriore conscriptas gratulatorias, videlicet Summo Pontifici de assequuto Apostolatus solio, necnon petitorias, ut illius Sanc.tas beneficia illa de quibus non ignoratis duobus Capitaneis bonorum nostrorum Epalium in Juspatronatus perpetuo conferre dignaretur. Tum etiam litteras ad dominos Cardinalem Protectorem Regni, et Camerae auditorem, et dominum Datarium modernum, cuius nomen proprium et verum titulum scire a vobis desideramus. Miseramus eas ipsas litteras per Przeclawski nostrum. sed nescimus quam ob rem eas nobis remisit de Cracovia, qui multo melius fecisset, si eas secum istuc tulisset. non contigisset namque negociorum nostrorum Ecclesiaeque nostrae tanta retardatio, quanta accidit ob non redditas per vos litteras, quas per dominos Ganls:kowski et Vithinie misimus. quare reddatis tandem eas quas nunc mittimus, negotiaque nostra, de quibus vobis instructionem abunde iam dedimus, omni cura ac diligentia vra sic prosequamini, quod votorum nostrorum et M.tas Regia compotes fiamus.

Valde libenter habuissemus eas litteras vestras, quas de doloribus et cruciatibus Clementis Pontificis, quibus ante obitum suum premebatur, nobis scripsistis, et quae nescimus quo casu ad nos non pervenerint. ferebantur hic varia de eo ipso Clemente Pontifice, aliqui dicebant illum extremum diem

vitæ suæ clausisse. aliqui vero affirmabant illum vivere, sed in ægritudine constitutum esse. ad hunc itaque modum per longum tempus in ambiguo de illo prius hæseramus. sed neque tum quoque cum domini Vithinic et Gantzkowski istuc in urbem hinc sunt profecti. certi quidque de eo aliunde. fuerat nobis significatum. Deinde vero multo postea scriptum est huc. ab Aula Ser.mi domini Ferdinandi Regis illum in vivis esse desiisse.

Post decessum Clementis Pontificis quia non dubitabamus Datarium priorem ab offitio ammotum esse, et alium novum in locum eius constitutum; De pellicea quam domino Hingelvinkel donandam, in Lithuania fieri feceramus, consilium et deliberationem nostram mutavimus. pelliceamque ipsam Sanct.mo Domino nostro per Andream Przeczlawski misimus. una cum alia pelliceola de pellibus Sobellinis, speramusque quod sua Sanc.tas munus hoc nostrum. utcunque exile grato animo a nobis suscipere. nobisque et negociis ac rebus nostris: benigna et propensa esse: et preces nostras æquas et iustas exaudire dignabitur. In quo vos quoque diligentem operam vestram adhibeatis

Ternis litteris vestris. quarum altera XXVI octobris altera quas attulit Mothiczka XXIIII Novembris. Tercia vero ex Venetiis nobis allata. tertia Die Decembris Romæ fuerunt datæ. satis abunde vobis respondimus. et aurum tam pro expeditione provisionis Stanislai Pileczki, quam etiam in solutionem per vos in nostra servitorumque nostrorum negotia expositorum vobis misimus / per Andream etiam Przeczlawski. scripsimus et significavimus, vobis ea omnia. quæ a vobis curanda isthic volumus. atque ideo non necessarium esse putamus illa nunc quoque repetere.

Gratum est nobis, quod bene sperare ~~nobis~~ nos iubetis de iure Stanislai Pileczki ad Can.tum Ecclesiæ nostræ. qui post mortem domini Chu

zilo

vacavit, vtcunqz Felix Narampinski palam exultet, passimqz iactet se habere Ius potius / magis vero cepit erigere corniculu ex litteris per dominu Vitbinys, vt refert D. Carolus Canonicus Plocen, Cracoviæ scriptis, quibus ille [is Vitinij] bonus pater eundem Felicem Narampinski, tanqz futuru procul dubio victorem, in vtramqz aurem dormire iussit

Si Sanct.mus Dominus noster dabit gracias expectativas de mense Maio proximo, vos curate vt tum quoqz post illas datas, Nominationes Regiæ ac etiam reservationes nobis concessæ revalidentur, quas an eo ipso tempore cu dabuntur graciæ, vel postea revalidandas curare debeatis, id nos consilio et deliberationi vestræ permittimus, volumus tamen vt circa revalidationem, nominationem Felicis Narampinski excludatis, neqz revalidari eam curetis / est namqz dudu consumpta et evaporata, quam si volet ipsemet revalidari sibi faciat

Agimus et habemus vobis gracias q votu Sancto Nicolao, pro recuperando ~~bono~~ statu, pristinæ bonæ valetudinis nostræ nuncupastis et persolvere vultis. Sumus quidem Deo sit gra relevati iam ab longa et gravi ægritudine adhuc tamen hæret debilitas, et lassitudo quædam in membris nostris, et proinde postulamus a vobis, vt pro nobis orare adhuc dominu Deum non intermittatis, eiusqz sanctos qui vrbem istam sanguine suo resperserunt / quod vestru offitiu benevolentia et gratificatione nostra vobis per omnem occasionem refferemus.

Si iam reddidistis litteras Regias et nostras dominis Car.li Protectori Regni, Auditori cameræ, et Datario, quas per dominos Vitbinij et Gandkowski misimus. has quas nunc ad illoru D.nes mittimus non reddatis, sunt enim eiusdem tenoris vt priores, preterqz eas, quæ scriptæ sunt in commendationem, Joannis Vilamowski, et Alberti Kiiewski

quas vos manu nostra signauimus. si vero illas nondum reddidistis, eas quas nunc mittimus reddatis, illas vero antea per Vrbinum, et Gandkowski missas, et per vos non redditas, siquidem non sunt redditæ retineatis.

Demonstrauit nobis Kiewski seruitor noster litteras a vobis recens ad se scriptas, ex quibus animaduertit, negotium concordiæ inter se Dominumque Rilski super Can.tu wladislauiensem initæ, nondum finem suum istic esse sortitum, et probatur nobis vt hoc ipsum negocium circa concessionem vsque graciarum Apostolicarum, quas de Mense Maio proxime futuras esse scribitis, expediatur. Postulamus tamen a vobis, interponatis diligentem operam vestram, vt eidem negotio, quod dudum iam istic hæret, manus extrema tandem imponatur. Dominus namque Rilski, est homo moræ impatiens, et minatur se lite Seruitorem nostrum esse impetiturum, a qua is ipse seruitor noster, valde abhorret. Vt autem facilius impetrare et obtinere possitis reualidationem Nominationis Dni Rilski, et translationem illius ad Ecclesiam Posnaniensem, fecimus adscribi quoque commendationem eius rei in litteris pro Joanne vilamowski ad dominos Auditorem et Datarium conscriptis. Interest namque Seruitoris nostri Kiewski, quo negocium istud conficiatur iuxta concordiam cum domino Rilski per eum factam, cui vt satisfiat vos diligentem operam vestram impendere in hoc velitis, quo rem gratissimam, seruitorique nostro apprime necessariam facietis.

Pergratum est nobis quod cum Collegio Archiuii negotium transegistis et centum aureos ex denario sancti Petri illi numerastis, quitanciamque de quatuor annis nobis misistis. Nos certe hos centum aureos inscia M.te Regia numerari ei ipsi Collegio curauimus, fecimus tamen id eo animo, vt hoc ipsum Collegium M.ti suæ propensius redderemus, quo si posthac prorogatio donationis denarii sancti Petri nomine M.tis suæ petita

fuerit non obstet idem Archivii Collegium quominus concede:
retur. quando vero Deo dante M.tas sua redibit ex Lithua:
nia nos hoc facto numeratorum per nos centum florenorum
apud illam excusabimus, prout melius poterimus.

Rescripsimus domino Philippo de Somis, ad cuius litteras, adjici:
entes hoc quoque, quod nos dominus Archivistis ex quadriennali
sancti Petri denario centum aureos miserimus, declarantes
illi etiam causas propter quas ex eo ipso denario valde exilis
summa proveniat. ut autem benevolentiam illius M.ti Regiae
et nobis conciliaremus, mittimus ei per Vilamowski pelli:
ceam de Albulis.

Nescimus quonam pacto accidit, quod preter scientiam et consi:
derationem forte vestram, Monitorium penale contra Andream
de Conskie plebanum, istic sic obtentum, ex quo pauper homo
valde est perturbatus, utcunque sit factum, rogamus vos ut
diligentiam in causa ipsius adhibeatis. habetis mandatum
munimentaque ipsius omnia. habetis et pecuniam per D. Docto:
rem Borek ad causam illius vobis missam, atque ideo curare ve:
litis, ne is homo probus, et servitor noster antiquus cum hac sua
causa in periculum aliquod et difficultatem magnam opera adver:
sarii sui conjiciatur.

Dominus Isdbinski noster est valde sollicitus in sua causa, quae
sibi cum Michaele Pacbanow intercedit, Retulit ei dominus
Rudnicki se a fratre suo Clemente istinc ex urbe non pri:
dem litteras habuisse, quibus scribere sibi debuisset, quod ipse Mi:
chael Pacbanow causam in Rota contra illum iudicandam com:
misisset. De quare quia vos nihil nobis scripsistis, postula:
mus a vobis, ut nos de illa an ita sit necne, certiores redda:
tis per primum nuncium.

Petrus Tomicski Eps Crac. vicecancell.
Sigismundus de Erberstein regenti Austrie.

Magnifice domine amice charissime. Accepimus heri litteras vestre Mag.cie quibus negotium cuiusdam affinis sui nobis commendat, et dominum Carolum Cueber doctorem nos de eo ipso negotio iudicat. Nos a gravi, et longa egritudine nostra relevati ab urbe Cracoviensi animi et confirmande valetudinis nostre causa huc ad solitudinem secessimus, atque ita de negotio vestre Mag.cie affinis, quod adiutum iri a nobis postulat, ex domino Carolo Cueber nondum cognovimus. Perlectis tamen litteris vestre Mag.cie illico ad illum scripsimus, ut seriem praefati negotii nobis exponeret, quod cum ille faciet, nos voto ac desiderio vestre Mag.cie valde libenter nos accommodabimus, ea namque voluntatis nostre inclinatione erga vestram Mag.ciam propendemus ut plurimas occasiones offerri nobis cupiamus per quas nostra gratificandi illi studia testata facere possimus. Ceterum cum mittamus nunc in urbem Romam, hunc Regium et nostrum nunctium, qui has reddet vestre Mag.cie litteras cum pelliciis duabus aut tribus, quas nonnullis amicis nostris donandas illuc misimus, rogamus plurimum vestram Mag.ciam efficere velit apud Ser.mum Dominum suum Romanorum etc. Regem, quo ei ipsi Nunctio nostro litteras securitatis concedere dignaretur, quarum privilegio adiutus dominia M.tis sue tuto et sine pensione aliquorum vectigalium pertransire possit. dedimus autem illi et servum et equum, in quo pelliccii predicti per:vehentur. faciet nobis in hoc rem longe gratissimam vestra Mag.cia, quam nos illi vicissim omni studio benevolentia

et gratificatione nostra offerente se quaque occasione referre semper curabimus. Bene et feliciter valeat vestra Mag.cia nosque sibi habere velit commendatos. Datum in Kielce Die XXII Januarii. MDXXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracs. vicecancell.
Adamo de Brzesini Medico.

Egregie domine frater in Christo dilecte. Accepimus heri litteras vestras per Motsiedzka nobis redditas, quas non sine dolore legimus, cognovimus namque ex eis Nepotem nostrum Swidwa, aversari bonarum litterarum studia, et dare operam rebus vanissimis, neque perpendere quamobrem nos eum istuc miserimus. quare ne pecuniam turpiter et frustra istic absumat, et casum aliquem graviorem ob depravatos mores et vitam suam incidat deliberavimus istic eum non temere dimenis, sed primo vere huc revocare. Interea vero vos providere utique velitis ut ne quempiam tristem casum incurrat, quemadmodum aliquoties iam incurrisse eum contigit, quo rem gratam nobis facietis. Bene valete. Datum in kyelcz 22 January 1535.

Petrus Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Andree Przeczlawski nuntio Romam designato.

Przeczlawski heri sunt ad nos ab urbe litterae domini Doctoris Rzecicza allatae, in quibus tametsi pauca nobis scribit Nos tamen vel ex hac ipsa scriptorum brevitate perspeximus

plurimum rationibus nostris expedire, ut tu in ipso initio quadragesimae itineri destinato te committas, illudque ea cura et diligentia prosequaris, ut possis Romam ante dies Passionis Dominicae sacros applicare. quanto enim illuc maturius te cum litteris statueris, tanto id et gratius nobis et rationibus nostris conducibilius feceris. Bene vale. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andreae Przeczlawski Notario suo.

Przeczlawski. Tametsi satis esse putabamus declarare litteris nostris, Summo Pontifici, et Rmo Domino Cardinali Sanctorum quatuor Regni Protectori te servitorem et Nuncium Regium esse. quia tamen petis instanter, ut habeas litteras Regias quibus innotescat omnibus te a Rege Romam missum esse. Nos quamvis non speramus litteras Regias quae non sint manu Mtis suae subscriptae magnum pondus esse habituras quia tamen illas habere optas. mittimus tibi illas cum presentibus, simul et earum exemplum. quas si reddere aut non reddere debeas, consules et deliberabis super hoc Romam veniens cum domino Doctore Rzeczicza.

Scripsimus litteras nostras Christophoro Swarecz qui forte reluctatur gubernare tres equos in itinere, mandamus illi, ut omnino tecum vadat, tibique uti seniori obediat. et equos gubernare et providere non detrectet. cum ea res illi nullam levitatem sit allatura. Credimusque illum id quod nos volumus, et illi precipimus, non gravatim esse facturum.
Cura ut te quam celerius evolvere istinc possis. vale. Datum in arce nostra Bodzanowiew. Die xi Februarii. Anno

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Andree Przeclawski Notario suo.

Przeclawski. Nullas tibi litteras Regias ad summum Pont: ferendas misimus neqz in presens mittere possumus, eo quod illas propter magnum loci quo cum Rege distamus intervallum consequi in hac tui discessus celeritate non potuimus. nostras tamen ad Summum Pont: et ad Rev.mum D. Cardinalem Protectorem et ad alios prelatos ac officiarios Romanos litteras misimus, qui cum illas obtuleris, fidem non indubiam facient te Regis nomine et authoritate ad M.tis sue et nostra servitorumqz no: strorum negotia curanda missum esse. Bene vale Dat.

Facti sumus certiores Felicem Narampinski profectionem in urbem instituisse. quamobrem expedire nobis videtur, ut tu in ipso quadragesime initio itineri te committas, et illud sic prosequaris quo possis aliquo intervallo hominem prevenire et cum domino Doctore consilia illius que noveris quibuscunqz in: geniis ad commodum nostrum antevertere et impedire.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Doctori Stanislao Borek Canco Cracc.

Ven.lis Domine, frater in Christo charis.me. Mittimus iam ad vos Andream Dluski nostrum, cum eoqz Petrum Trambeczki profecturos in Italiam pro Nepote nostro Swidwa qui valet iam melius, et valde lubens se evolvere inde cupit propter

propter contagiosum morbum quendam, qui grassari Venetiis dicitur, quare expediatis eos omnes numerato illis viatico quod pro personis eorum duabus, ac equis tribus, in Padua usque sufficere eis posse putabitis. Ducent namque secum equum tertium gradarium in quo Swidwa rediens ad nos aduehatur. quanto autem viatico providere eos debebitis, id nos arbitrio et providentiae vestrae committimus. Meminimus vos nobis narrasse quantum Andreas Fogelweder, Civis et mercator Cracoviensis dare solet pro viatico servitori suo dum illum mittit in urbem Venetiarum iuxta quod vos quoque in numerando ipsis Andreae Oluski et Petro Trambeczki viatico, gerere vos poteritis. nolumus namque ut aliqua victus penuria in itinere paciantur.

Quia vero hoc contingere potest, quod Andreas Oluski Paduam veniens, Swiduam illic iam non reperiet, si namque Ioannes Vilamowski reddet illi pecuniam per nos missam, antequam Andreas Przeczlawski Roma rediens Padua pertransibit, suspicamur quod nactus a Vilamowski pecuniam illico se inde mouebit, iterque ad nos arripiet, presertim si Przeczlawski comitem itineris se illi adiunxerit, qui forte redibit per Germaniam. opus est quoque ut ipsum Andream Oluski provideatis viatico necessario, quo ex Padua sine Swidwa rediens sustentare se posset, cum uno puero, et equis duobus, tertium namque equum gradarium, si Swidwam Padwe non reppererit, commisimus donandum domino Lasaro Bonamico, qui singulari beneuolentia erga nos propendet, et Nepotem nostrum Swidwam toto hoc tempore quo una erant comiter habuit

Si pochwi cum freno pulchro non sunt adhuc empti ad sellam eius equi, qui Bonaventure Swidwa deduci debet, volumus ut illa Oluski emat istic Cracoviae, qua vos pecunia nostra soluatis.

Sartor

342

Jo[illegible] alberta [illegible] wil 241

1518. 79. 1522 105 1527 219.

1523. 163, 1525, 233 1516 252, 1528 260

Riga 248

1529 339,

1530 383.

1531 394

1533 492

1535 590